


6
32
N
9



Tropologiarum mysticarumq;

enarrationum inutriusq; diuine legis testamentum: libri trigintaquatuor Venerabilis patris Petri Berchorij Pictauiensis sacrarum literarum et Benedictine religionis Laudatissimi pfessoris Opus iuxta bibliorum ordinem digestū et miscellanea expositione cōcinnatū omnibus sacram scripturā vel intelligere vel interpretari cupientibus imprimis cōmodum: nuperrimeq; Campestri censura: erroribus repurgatum innumeris.





Epistola nuncupatoria huius operis.

FRATER LAMBERTVS CAMPESTER THEOLOGVS IOANNI COBERGO CIVI NORIMONTANO. S.D.



Agnum est prestantium virorum gratiam demeruisse: quoniam id non aliter fieri posse quam virtute credatur. Huius muneris mi Coberge videris nõ imemor qui vt orbi christiano bene cõsulas nec impensas fugis nec operas: quo fit vt honoris virtutisque nomẽ per oẽm Germaniã futuris transmittis nepotibus. Factum ergo operepreciũ reor si (quãtum mee sunt partes) honestis votis tuis adducero. Moralitatũ Petri Berthorii liber (ita eñ nuncupant) nuper in manus inciduit meas: opus plane tum eruditũ tum venerandũ. Qd' cũ vidi per bybliopolas distrahi diuẽdique miro conatu, nũ tante frugis foret visurus inieci ocellos: vidique opus oibus numeris laudabile. Ceterũ qd' nunc expetitur supra me correctionis vmbilicũ nodũ sortitũ. Tam & si eñ Adam petrus (vir alioqui apprime doctus) nauiter operi impenderit haud penitendam: videtur tñ magnus nonnunquam dormitasse Homerus eo que titulos superliminares sine librorum delectu astrinxerit: & enarratiões hystoricas: allegoricas: anagogicas: vocabulo moralitatũ transfegerit: quo quidẽ operis huius bona pars tũ honos tum profectus intercidit. Equidem qm̃ id primum habeo morem gerere Cobergorum familie/idque nõ segniter Siriaco meo Cobergie domus Anegotis: curaui vt res quãto serius/tãto absolutius pdiret (& qd' dicitur) pulchellam nãcisceret coronidem. Nunc ergo tropologiarum librum mundis manibus prehendite tyrones euangelici: mysticum sacre scripture sensum percũctamini: nec verborum simplicitati (que temporis vitio prouenit) autori absterreamini. Porro si sub iusto iudice lis est (licet certẽt grãmatici) oratio est medio taliter trutinata examine: vt vltra citraque nequeat cõsistere rectũ: Res imprimis est ardua/que ornari neget cõtenta doceri: vtque semel dicamus reliquie pstant: licet vilibus inuoluanẽ lyntheolis. Id eñ quatenus ipm̃ Berthoriũ subinde proloquentem audite.

PROLOGVS TOTIVS LIBRI AVTORIS SVI EXPRIMENS INTENTVM.



VM IAM PER OPACAM NATVRAE SyLVAM FLOres proprietatum lecturus percurrerim: & ipsius rerum nature maiestate scrutata: post laborum & sudorum molestias: iam appropinquẽ ad litus: Restat post moralizatas pprietates creaturarum: figuras: necnõ superadditas expositiões morales ænigmatũ poetarum: moralizare: & exponere figuras & parabolas scripturarum. Quia enim scriptum est que auditor sapiens animaduertet parabolam & interpretationem: verba sapientũ & ænigmata eorum: occultaque prouerbiorum exquiret & in absconditis parabolarum conuersabitur. Dignum mihi visum est vnum tractatulum de moralizatiõe aliquarum figurarum Biblie huic operi meo inserere: & paucas e multis eligere: & preter expositiões oẽs que posite sunt a doctoribus & a glo. aliquã moralẽ expositionẽ ad creatoris laudẽ & gloriam ordinare. Protestor igitur que non intendo me intromittere vel curare de literali intellectu figurarum historialium & ænigmatũ. Cũ reuera tenuitatẽ ingenii mei non deceat: que mittat ad tam ardua manũ suã: præsertim cũ sancti doctores nihil intactum voluerũ: dimittere: nec iustũ sit que nitar solem facibus adiuuare. Solũ ergo aliquas figuras magis notabiles eligere intendo quas superficialiter quãtum ad simpliciũ informationẽ vtiles iudicauero: ad mores applicare, ppono. Nec oia que pono hic/mihi attribuo: quinimmo multorum dicta me confiteor: & in multis passibus ipsorum me verbis vel sententiis vti humiliter recognosco. Nunquam eñ mihi placuit alienã gloriam mihi attribuere: nec aliorum ingeniis derogare. Scio eñ que vnusquisque in suo sensu abundat: secũdũ Apostolum. Et ideo nõ ignoro que homini naturaliter displicet si alius eius labores & opera sibi attribuat & ascribat: & alieno pallio sese tegat.

¶ Opus insigne tropologiarum siue mysticarum enarrationum sacre scripture: promptum industria reuerēdi patris petri Bertborij bñdictine religionis professoris: ⁊ bonarū literarum scientissimi.

¶ Libri Genesis primum Capitulum: textus: In principio creauit deus celum ⁊ terram. Autoris moralitatum

Capitulum. I



Histo-ria. DEus in mundi creatione ante oīa tanꝙ magis necessariam: primo dierum oīm lucem fecit: virtute cuius tenebras effugauit. Tandem vero die secunda firmamentum in medio aquarum constituit: quo aquas superiores ab inferioribus diuisit. Aquas enim die tertia in locum vnū coercuit: ⁊ aridam apparere mādauit. Et aridam vocauit terrā: aquas autem qⁱ congregatas: maria nominauit. Postea autem incepit terra herbā virentem: ⁊ ligna fructifera germinare: lignaqꝫ ⁊ herbe ceperunt fructus ⁊ semina procreare. Deinde die quarto deus duo luminaria magna in firmamento posuit. Duoqꝫ luminaria magna: scꝫ solem ⁊ lunā: vt alter diei: alter nocti preesset formauit. Quinta vero die in aquis creauit pisces: qui in aqua remanserunt: ⁊ volucres: qui sursum ad aera volauerunt. Sexta vero die deus in terra iumenta: reptilia ⁊ bestias: ⁊ tandē hoīem creauit: ipsumqꝫ in paradiso locauit: ⁊ sic in sex diebus sua opera consummauit: ⁊ mundum s̄m creaturarū distinctionē formauit. In septimo vero die legit quieuisse: ⁊ nihil preter illum

Allegoria pulchra. diem ⁊ eius sanctificationē fecisse. ¶ Recte videt: ꝙ sicut deus se habuit in istius mundi maioris creatiōe sic quotidie se habet in minoris mundi: scꝫ hominis creatione: et moralis hoīs compositione. Dico ergo ꝙ lux est fides: firmamentum est spes. Aque superiores sunt a deo immisse tribulationes: Aque vero inferiores: sunt a carne nascentes tentationes. Terra est corpus: herbe ⁊ arbores sunt bona opera: fructus et semina sunt virtutes ⁊ merita: luminaria significant discretionem. Sol eternorū sapientiam: luna: eternorum noticiam: Pisces qui semper sunt in aqua: significant deuotionem. Volucres vero celestium cōtemplationem. Iumēta: pauperum adiutorium ⁊ subuētionem. Reptilia aliorū dolorum cōpassionem. Bestie significant demonum ⁊ vitiorū consyderationes.

E Homo vero ad imaginem dei factus: designat moralis hoīs compositionē: ⁊ mentis moralem perfectionem. Paradisus vero denotat finalem beatificationem: ⁊ glorie consecutionem. Dico ergo ꝙ ad hoc ꝙ minor mundus. i. vir perfectus moraliter constituat: primo necessaria est lux fidei: vt scꝫ mentē illuminet: ⁊ veritatem ostendat: ⁊ errorem ⁊ tenebras dissipet ⁊ cō-

Ac.9.a. fundat. Vñ dicitur: Circūfulsit eum lux de celo. Secūdo debet in ipso fieri firmamentum. i. spes: que scꝫ firma ⁊ solida debet manere: ⁊ inter aquas superiores tribulationum: ⁊ inter aquas inferiores tentationū

Eccle. immobilis perdurare. Spes enim in deū vtrobiqꝫ iu-

34.c. uat: quia sicut dicitur: Qui timet dñm: nihil trepidabit: qm̄ ipse est spes eius. Sequitur: Protector sapientie: firmamentum virtutis: regnū ardoris: vmbraculum meridianum. Tertio ibi debet apparere arida: idest: penitentie ariditas: ⁊ aquarum: id est delitiarū carnalium debet cohiberi fluxibilitas: q2 pro certo aque inferiores: idest carnis delectationes maria vocantur: pro eo ꝙ ipsas multe amaritudines concomitantur: sicut patet in luxuriosis: qui pro carnis delectationibus habendis multas molestias patiuntur

Unde dicit: Et multi hominū mortui sunt ex aquis: Apo.8.

quia amare facte sunt. Arida vero terra: que natura- d.

liter et solida dicit: pro eo ꝙ penitētie ariditas in mētis soliditatem mutatur: inquantū scꝫ vt cōmuniter ille qui per abstinentiā ⁊ penitentiam a carnis volu-

ptatibus est aridus: fortis est ⁊ stabilis. Ps. funda- Psal.

uit terram super stabilitatē suā. Quarto debēt in isto 103.a.

mundo scꝫ homine: poni luminaria clare ⁊ lucentis f

discretiōis: qⁱ scꝫ ibi debet esse sol. i. sapientia de spūalibus: luna. i. sciētia de tēporalibus: stelle. i. sciētie de naturalibus. Ad virum perfectū pertinet: ꝙ ipse sit illuminatus ⁊ instruct⁹ in spūalibus ⁊ tēpalibus ⁊ na-

turalibus. Vñ dicitur: Sol ⁊ luna steterunt in habi- Aba.3.

taculo suo. Quinto dico ꝙ ibi debēt esse pisces: qui valde sunt vigiles i diligētia vite actiue: aues volantes: idest: sublimitas contemplatiue: quia pro certo iste debet esse diligēs ⁊ mobilis: quantū ad ministrationem virtuose actionis: altus vero volucris ⁊ sub

limis: quantū ad volatū contemplationis. Psal. Vo- Psal.

lucres celi ⁊ pisces maris: qui perambulant semitas 8.b.

maris. i. pambulare debent semitas conscientie amare ⁊ deuote. Sexto debēt esse iumenta: idest: adiutrix proximorū compassio: reptilia. i. vitiorū que in nobis repunt meditatio: bestie: idest: demonū crudelium ti-

mor ⁊ consyderatio: vt sic dicat hō illud Psal. Mee Psal.

sunt omnes fere syluarū: iumenta in montibus ⁊ bo- 49.b.

ues: Talibus etiam creaturis spūalibus preambulis frequēter creat homo ad imaginem dei: homo dico interior: idest: interior ratio ⁊ moralis perfectio: christiqꝫ imago ⁊ imitatio: qui finaliter ponitur in paradiso: idest in ecclesie militantis statu ⁊ officio: ⁊ finaliter in paradisi celestis gaudio ⁊ solatio. Vñ dicit:

Plantauerat dominus deus paradisum voluptatis Gen.

a principio: in quo posuit hominē quē formauerat. 2.b.

Et sic sequitur septima dies: idest mentis tranquilli- G

tas ⁊ quietatio: ⁊ etiam eterna requies ⁊ consolatio. Sex enim diebus: idest: sex pfectionis gradibus: oīa que ad minoris mūdi: idest: interioris hoīs constitutionē spectāt: possunt spūaliter fieri. Et sic dies septima: idest. quies mētis in hac vita: vel eterna tranquil

litas in patria potest sequi. Vñ homini dicitur: Sex Exodi

diebus operaberis: septimo autē die cessabis. Et ibi- 23.b.

dem dicit: Sex annis seminabis terrā: septimo autē dimittas vt quiescat: ¶ Vel dicamus ꝙ mundus est ecclesia: in cuius scꝫ cōpositione cōcurrunt multa ge-

nera creaturarū. idest: personarū. Et primo quidē est Allego

ibi lux: idest: natura angelica: que habet hoīes illu- ria.

minare: ⁊ errorum obscuritatē fugare. Sunt ibi aque inferiores ⁊ superiores: idest: sancti qui sunt in patria ⁊ iusti qui degunt in via. Est etiam ibi firmamētū inter vtrasqꝫ aquas mediū. i. status prelatorū ⁊ ecclesiasticorum: qui scꝫ inter deum ⁊ populum medius currit: ⁊ inter superiora ⁊ inferiora firmus in fide ⁊ moribus persistit. Itē ibi sunt herbe virentes: idest: simplices populares: arbores fructificātes: idest: boni actiui ⁊ seculares: stelle lucentes: idest clerici atqꝫ docto-

res: pisces natātes.i.viri deuoti. Aues volātes.i.viri
contēplatiui. Ibi est sol.i.christus: qui p charitatem
calefacit: luna: idest beata virgo: que noctē.i peccato
res per pietatē humectat & rigat: terra seu arida: idest
viri sicci seu abstinentes: maria: idest: viri amari & pe
D nitentes. Ibi sunt iumenta: idest illi qui p elcemosy
nas alios iuuāt. Reptilia.i.illi qui circa terrā repunt
sc3 illi qui agricultire vacant: bestie & fere: idest nobi
les qui liberi p mūdi syluā pambulāt: homo ad ima
ginem dei factus.i.iusti qui pfectionē christi & mores
in se & suis actibus representāt. Iste est ergo ille mun
Jo.9.a dus de quo dicit dñs: Quādiu sum in mūdo: lux sum
Jo.1.a. mundi. Et illud: Mundus per ipm factus est. ¶ Uel
Aliter. dic q firmamentum est bonus prelatus: qui sc3 debet
esse solidus & firmus inter aquas superiores: idest in
ter deum: angelos & sanctos: & aquas inferiores: idest
fideles & subditos est mediator & medius: et duobus
magnis luminarib9.i. duabus spiritualibus virtuti
bus: sc3 sole indefectibili.i. iustitia: luna mutabili.i.
clementia: & stellis lucentibus: idest: prudentia debet
esse munitus. Iste ergo debet esse firmamentū per cō
stantie firmitatem: medius inter deū & populū p ora
tionis suffragium: & per prelationis autoritatē: me
diator vero inter alios per concordiā & charitatē illu
minatus: & stellatus per sapientiā & sagacitatē: per iu
stitiam & pietatē: necnō per multiplicitatē virtutum.
gen.1.b Unde: Fiant luminaria in firmamēto celi. ¶ Uel dic:
Aliter. q aque superiores que sunt crystalline: solide & luci
de: sunt viri iusti: qui super celos spe et contemplatio
ne morantur: & qui per sapientiam lucidi: & per cōstā
Psal. tiam solidi dinoscuntur. Psal. Benedicite aque sup
148.a. celos snt dño. Aque aūt inferiores que in vnum sunt
& Dan. congregate: & maria ab amaritudine sunt dicte: & flu
3.c. ctuose: & tumultuose: significant peccatores: qui sc3 p
A malam amicitiā inuicē congregati: per inuidiā ama
ricantur: per inconstātiam sunt fluctuosi: & per discor
Esa.57. diā tumultuosi. Unde dicitur: Impij quasi mare fer
d. uens: quod quiescere non valet. Firmamētū igitur.i.
bonus prelatus debet istos ab inuicē diuidere: & inter
eos dijudicare & distinguere: & ab inuicem eos separa
Matt. re. Unde: Diuidet agnos ab hedis: & ponet agnos a
25.c. dextris: hedos autem a sinistris ¶ Uel dic q aque de
Aliter. quibus tam pisces q volucres sunt creati: significāt
istam mortalem vitā: vel etiā istius seculi voluptatē:
que scilicet est principium & origo piscū.i. malorum:
& volucrū.i. bonorū: sed p certo pisces.i. voluptuosi:
in istis aquis per complacentiā remanserunt: volu
cres vero.i. contemplatiui & iusti: sursum ad bona spi
ritualia & eterna per affectum euolauerūt: & aquas vo
luptatis seculi in quib9 fuerant nati: reliquerūt. Ma
li enim non solent locum natiuitatis sue scilicet mun
dum dimittere: sed ibi gaudent more piscium enata
Abac. re. Unde dicitur. Facies homines sicut pisces maris.
1.d. Boni vero istum locū solēt fugere: & ad paradisi glo
riam euolare. Unde canitur in hymno: Qui ex aquis
ortum genus partim remittis gurgiti: partim leuas
Aliter. in aera. ¶ Uel si vis: dic q illi qui sunt volucres.i. sciē
tifici & spirituales: libenter relinquunt patriam suā &
Luc.4. natiuitatis sue locum: scientes illud: q nemo prophe
d. ta acceptus est in patria sua. Pisces aūt.i. voluptuo
si: imbecilles & ignari: nesciunt patriam suam dimit
B tere vel exire &c. ¶ Uel dic q deus in principio fecit lu
Allego cem primordialem de qua dicit historia scholastica:
ria luc3 q ipsius materia in solem cessit: itaq3 de ea sol postea
factus fuit. Ista igitur q̄uis sole eēt prior in tēpore:
fuit tamen minor in opere: quia licet nō erat ita clara
ista lux primaria que precessit: sicut sol postea qui suc
cessit. Talis lux videtur esse beata virgo: que reuera
fuit purissima more lucis. Unde dicitur: Uidit deus Gen.1.
lucem q esset bona. De ista enim fuit factus sol iusti a.
tie christus: quia ab ipsa fuit humanit9 incarnatus.
Illa ergo q̄uis in tempore ipso sole christo homine
fuit prior: in virtute tamen et efficacia fuit minor. Un
de ista potest dici: Fons paruus creuit in fluuium ma Hest.
gnum: & in lucem solemq3 conuersus est. ¶ Uel dic q 10.c.
ista lux que precessit solem: et ante solis creationē vi Allego
ces ipsius exercebat: significat legem ante gratiam: ria ioā
Joannem ante christum: gratiam ante gloriam: ini nis.
tium ante perfectionem: Joannem ante saluatorem:
quia scil3 ista tanq̄ minora et imperfectiora precesse
runt: illa vero tanq̄ maiora et magis vtilia successe
runt. Unde Augustinus in homilia: Premittitur in
quit Joānes ante christum: paranymphus ante spō
sum: seruus ante dominum &c. Senarius numerus
in hoc videtur priuilegiatus: quia deus omnia ope
ra constitutionis & creationis mundi: sex diebus cō
pleuit. In hoc etiam q christus sexto die & sexta hora
diei mortuus fuit: et quia etiam homo sexto die fuit
creatus. Et quia dies iste septime diei que significat
requiem: fuit coniunctus: per istum numerū possum
intelligere laborem bone operationis. Unde dicitur. Exodi
Sex diebus operaberis: quia pro certo iste numerus: 23.b.
idest bonus labor bene numeratus & mensuratus no C
bis in hoc commendatur: quia deus ipsum mundu3
creando sacrauit: & ipsum recreando per sue passiōis
ministerium benedixit. Istum etiā dies septimus.i.
eterna requies immediate sequitur: quia scilicet post
honestum laborem iustum est q celi requies habea
tur. Unde dicitur: Amodo iam dicit spiritus vt reque Apoca.
scant a laborib9 suis. Sexta ergo die fuit creatus ho 14.c.
mo: ad denotandum q ipse debet esse labori bonoru3
operum deditus: quia dicitur: Sex dies sunt: in qui Lu.13.c
bus operari oportet. Et Job: Homo nascitur ad la Job.5.
borem. b.

¶ Capitulum secundum Textus: Igitur perfecti sunt celi et terra. Moralitatum Capitulum. II

Sicut dicitur in Genesi: Dominus a princi gen.2.b
pio paradisum voluptatis in orientali pla Histo
ga plantauerat: & ibi posuit hominem quē ria.
formauerat. Erat autem paradisus ille ter
restris locus amenissimus prope globum lunarem
positus: & in secreta mundi parte locatus diuersis ar
boribus consitus: fontibus & fluminibus irrigatus.
Ibi enim est fons qui ascendebat de terra: irrigans
superficiem paradisi: qui tandem in quatuor flumina
diuiditur: que ad diuersas mundi partes mittuntur.
Ibi erat lignum vite: de cuius esu vita poterat con
tinuari. Ibi etiam erat lignum scientie boni et mali:
per cuius esum intellectus poterat illuminari: & mēs
scientijs informari. Homo igitur formatus ibi poni
tur: & vt videtur: paradisum operetur et seruet: et ibi
dominus ocpuetur. ¶ Paradisus potest significare Allego
virginem gloriosam: que procuIdubio in oriente lu ria vir
cis gratie fuit sita: sursum ad celestia per affectum et ginis.
contemplationem erecta: a mundo per contemptum
diuisa: in se solitaria & secreta: aquis gratiarum irri
gata: & virtutum arboribus fecundata. In ipsa enim
& in eius medio fuit lignum vite.i. charitas: lignum
sciētie

scientie.i.veritas: fons cuncta irrigans: idest pietas:
quadruplex fluuius.i. sue pietatis quadruplex ꝓprie-
tas. Fons enim misericordie virginis benedicte in
Quatuor flumina. quatuor partes est diuisus/⁊ in quatuor flumina dis-
persatus: quia scilicet vnus de suis fluuijs vadit ad
angelos ⁊ ad sanctos/vt letificentur: alius ad mise-
ros/vt in tribulationibus consolentur: alius ad iu-
stos/vt in bono fortificentur: alius ad peccatores/vt
a criminibus releuētur. Bernardus enī dicit: ꝙ ista
omnibus omnia facta est: ex ꝙ in ipsa inuenit ange-
lus leticiam/iustus gratiam/miser consolationem/
Ezech. 31.a. peccator veniam. Unde legitur: Flumina eius mana
bant in circumitu eius. In isto ergo horto deliciarū
posuit deus pater hominem: quem formauerat.i. chri
stum: ⁊ ipsius fecit ipsum principalem custodem ⁊ do
minum: quod scilicet factum est/cum verbum extitit
incarnatum. Psalmista: Homo natus est in ea: ⁊ ipse
Psal. 86.a. fundauit eam altissimus. ¶ Uel dic ꝙ paradisus est
ecclesia sancta ⁊ alta: et super sectas alias eleuata: et
Aliter. E in oriente fidei constituta: vbi scilicet est fons sapiē-
tie/verbum dei scilicet christus: qui per quatuor flu-
mina.i. quatuor euangelia aquam sue gratie nobis
fundit: vbi lignum vite.i. crux que viuificat peccato-
res: vbi lignum scientie.i. fides/que scientificat ignorā-
tes. Ibi igitur ponitur homo.i. qlibet fidelis/vt nu-
triatur ⁊ viuat: quia alibi non est salus. Uel etiam ibi
debet poni ⁊ prefici in prelatum ⁊ dominum homo.i.
persona rationabilis ⁊ iusta: vt eum operetur ⁊ exer-
ceat/vt eum seruet ⁊ custodiat. Homo enim debet eē/
⁊ nō fera: idest rationalis ⁊ humanus: cui paradisus
committitur/cui custodia ⁊ regnum ecclesie commē-
Aliter. datur. ¶ Uel dic ꝙ paradisus est conscientia viri iu-
sti alta/secreta/illuminata/irrigata: ibi est fons/scilꝫ
gratie: ⁊ quatuor flumina.i. quatuor virtutes cardi-
nales: lignum vite.i. memoria crucis: etiam lignum
scientie.i. virtutis fidei ⁊ discretionis: atq; hic homo.i.
christus/istum paradisum per gratiam libēter intra-
Psal. bit: ipsumq; custodiet ⁊ seruabit. Psal. Dominus cu
120. stodit te/dominus protectio tua: super manum dexte
Tropologia. ram tuam. ¶ Quatuor flumina fuerunt in paradiso
terrestri: que per diuersas orbis partes se vndiq; dif-
fundebant. Primum enim flumen erat Phison/qui
circuit terram euilath: vbi est aurum optimum/bdel-
lium ⁊ onychinus. Secundum est Gion/qui circuit
Ethiopiam. Tertium flumen est tigris: quod vadit
f contra assyrios. Quartum autem est Eufrates. Ista
quatuor flumina possunt significare quatuor virtu-
tes/que in paradiso cordis nostri esse debēt. Phison
enim qui interpretatur oris mutatio/significat con-
fessionem: que scilicet terrā euilath/qui interpretatur
dolens: idest contritionem debet circuire: vbi scilicet
aurum.i. sapientia: bdellium stringens.i. abstinētia:
onychinus/qui oculos facit tremulos: idest timor ⁊
tristitia debet esse. Gion/qui interpretatur luctatio.i.
consyderatio: que scilicet contra spirituales hostes
debet luctari: que debet ethiopiam.i. vitiorum ⁊ in-
ferni caliginem circuire. Tigris qui interpretatur ve-
locitas/est diligentia que debet opera bona velociter
exercere. Eufrates qui interpretatur frugifer/est elee-
mosyna: que fruge sua debet pauperes enutrire. Ista
enim quatuor flumina.i. iste quatuor virtutes debēt
a fonte penitentie deriuari: vt inde possit paradisus
Eccli. conscientie irrigari. Unde dicitur: Ex corde quatuor
37.c. oriuntur.

¶ Capitulum secundum Textus: Sed et
serpens erat callidior. Moralitatum
Capitulum. III

Homo positus in paradiso/omnia ligna ha- Historia.
buit in sua potestate: ⁊ ipsum lignum vite/
quod erat in medio paradisi: excepto tamen
ligno ⁊ fructu scientie boni ⁊ mali: et quod
solum sibi deus interdixit. Uerūtamē sic factum est/
ꝙ de nullo legitur comedisse nisi de illo quod fuerat
sibi interdictum. ¶ Quod ad hoc potest applicari/ Moralitas.
ꝙ homo naturaliter nititur in vetitum. Uidus enī
appetit homo illa que sibi sunt libera et concessa: licꝫ G
plus valeāt ꝗ illa que fuerunt denegata: quinimmo Negata
res eo ipso concupiscitur quo negatur. Sicut narra- ta appe
tur de quodam qui cētenarius vixerat: nec vnꝗ ciui- tuntur
tatem suam exiuerat. Quod rex admirans/vocauit magis.
eum: ⁊ sibi interdixit exitum ciuitatis. Qui statim exi- Narratio.
re tentatus fuit: nec quieuit/quousq; rex exeundi licē-
tiam sibi dedit. Unde dicitur: Stulti ea que sibi sunt Prouer.
noxia cupiunt. Unde apostolus: Occasione accepta 1.e
peccatum per mandatum operatum est in me omnē Ro.7.b
concupiscentiam. ¶ Uel dic ꝙ lignum vite est diuina Aliter.
gratia: lignum scientie/est rerum notitia: que scilicet
pro eo homini interdicitur: quia scilꝫ non est bonum
ꝙ circa scientias animus plus debito occupetur: qui-
immo necesse est ꝙ a nimio scientie appetitu/per debi
tam prudentiam refrenetur. Apostolus: Non plus sa
pere ꝗ oportet sapere: ⁊ hoc/quia scientia inflat: cha- Roma. 12.a.
ritas autem edificat: sicut dicitur alibi. Ueruntamen 1.Cor.
quidam sunt sicut Adam: qui plus diligunt scire ꝗ 8.a.
viuere: et citius ad scientiam/ꝗ vitam vel gratiā cur-
runt: et potius appetunt fieri docti ꝗ boni esse: sicut
sunt illi qui querunt scientias curiosas ⁊ damnatas.
Sicut etiam sunt illi qui pro scientia dimittunt ho-
ras vel similia: ⁊ propter hoc tales de paradiso/idest
de statu salutis eijciuntur: ⁊ a ligno vite quam con-
tempserunt/idest a vita eterna: gladio diuine sciētie/
⁊ igne gehēne finaliter excluduntur. Apostolus: Nō
plus sapere ꝗ necesse est. ¶ Uel dic ꝙ lignum vite est Ro.12.a
sacra scriptura: lignum vero scientie/est mundi scien- Allegoria.
tia ⁊ doctrina: hoc est verum ꝙ Adam et Eua qui erāt
in paradiso ⁊ in statu ecclesie militantis: citius cucur- h
rerunt ad lignum scientie mundane ⁊ lucratiue/ꝗ ad
lignum vite sacre scripture et gratie diuine: propter
quod digni fuerunt abinde eijci/et bonis ecclesiasti-
cis spoliari. Iuxta illud: Quia tu scientiam repulisti/ Ozee.
expellam te ne sacerdotio fungaris mihi. ¶ Deus de 4.b.
vtero/idest de limo terre sine semine virili sexta die for Textus
mauit Adam: quem quia nolebat esse solum/decreuit ca.11.c.
sibi dare simile adiutorium: et ideo ipsum in soporem
misit: et de costa eius Euam formauit: quam vxorem
et sociā sibi dedit. ¶ Terra ista inuiolata est virgo im
maculata/de qua scilicet secundus Adam christus, si Allego
ne virili semine: sexta die/idest sexta etate fuit factus. ria.
Unde illud Ezechielis. Illa terra inculta est quasi
hortus voluptatis. Tandē vero sopor mortis in ipso Eze.
immittitur: et Eua/idest sancta mater omnium fide- 35.a.
lium ecclesia: de eius costa/idest de eius latere consti-
tuitur ⁊ formatur: que cum ipso per fidem socialiter
desponsatur. Unde: Sponsabo te mihi in fide. ¶ Uel Ozee.2.
dic ꝙ in hoc ꝙ mulier facta est de viri latere/non de b.
capite vel de pede: datur intelligi ꝙ vir debet vxorem Aliter.
suam tamꝗ sibi collateralem ⁊ sociam diligere: ⁊ eam

non sibi preficere/nec ei obedire: quia de viri capite non
est facta: nec eam plus debito vilipendere debet: quia
de pedibus non est creata: sed eam debet quasi sibi si-
milem honorare: ⁊ eam sociam reputare: quia de me-
dio/scilicet de latere est formata. Unde dicitur. Mu-
A lier quam dedisti mihi sociam/dedit ⁊c. ¶ Vel si vis
Ge.3.c. allega contra loquacitatem mulierum: quod vir creatus
Aliter. est de terra/que est muta ⁊ non sonora. Mulier vero fa-
Loqaci- cta est de osse: de re scilicet que est sonora ⁊ dura. Plenus
tas mu- enim saccus terre sonat: plenus vero saccus ossibus tin-
lierum. nitat: ⁊ inde fit quod mulieres que de ossibus facte sunt
sunt loquaces. Viri vero de terra sunt formati sunt ta-
Textus citurni. ¶ Cum adam ⁊ eua essent in paradiso positi:
Ca.3.a. ⁊ ad producendum prolem inuicem coniugati: serpens
Histo- qui erat sapientior cunctis animantibus terre/accepit
ria. de fructu ligni vetiti. Et primo decepit mulierem: pro-
mittens ei si comederet/scientiam ⁊ aliqualiter deita-
Ge.3.a. tem/dicens: Eritis inquit sicut dij/scientes bonum ⁊
malum. Mulier enim decepta comedit: ⁊ viro suo po-
mum comedendum tradidit: que etiam ad mulieris
vocem contra preceptum domini manducauit: propter
quod vterque maledictionem incurrit: ⁊ de paradiso
electus fuit: ⁊ deus etiam ante paradisum angelum ⁊
ignem: idest murum igneum ⁊ gladium versatilem ad
Allego- custodiendum ianuam collocauit. ¶ Allegorice per
ria. adam principem vel prelatum magnum intelligo: per
Euam vxorem eius aliquem consiliarium ⁊ collatera-
lem ipsius assumo: serpens autem inferiores balliuos
denotat: pomum vero vetitum substantiam designat.
Dico ergo quod adam est quandoque in paradiso: idest prin-
ceps vel prelatus in suo deliciarum palatio/vel sue au-
toritatis fastigio: vbi pro certo semper vt communiter
habet Euam coniugem: idest aliquem magnum con-
B siliarium: idest collateralem: sibi igitur ⁊ collaterali
suo a deo omnis rapina interdicitur: ⁊ ne comedant
poma ligni scientie: idest ne deuorent vel rapiant bo-
na subditorum: ⁊ maxime clericorum/religiosorum/
⁊ scientificorum virorum/eisdem denegatur. Unde
Ezech. dicitur: Sufficiat vobis principes israel: iniquitates
45.c. ⁊ rapinas intermittite: iudicium ⁊ iustitiam facite.
Sed quid? pro certo serpentes venenosi: idest inferio-
res balliui: lignum scientie cum fructu suo pulchro:
⁊ ad vescendum suaui: idest diuites subditos cum suis
diuitijs primo Eue: idest illi principali consiliario ma-
gistri sui deferunt ⁊ ad poma: idest ad bona eorum ra-
pienda eos inducunt: occasionesque faciendi exactio-
nes ⁊ affligendi populum ipsis significant: ⁊ osten-
dunt illis dicentes ipsis illud quod ibidem sequitur:
Si comederitis/nequaquam moriemini: idest si rapue-
ritis bona talium/nequaquam peccabitis: quia scilicet
in hoc ⁊ in hoc deliquerunt: quia etiam bona subdi-
torum in necessitate sunt vestra ⁊c. Huiusmodi vero
inquiunt si sic feceritis/eritis sicut dij: idest apparebi-
tis aliorum domini ⁊ magistri. His ergo ablatis et
delatis/Eua idest malus consiliarius: Ade viro suo
idest principi vel prelato/illud ipsum loquitur: et sic
de comedendo pomo vetito: idest de exigendo a sub-
ditis indebita subsidia/de imponendo falso crimine
inter eos conseritur. Quapropter ⁊ serpens deferens/
⁊ Eua consulens/⁊ Adam consentiens/⁊ autoritatem
C prestans: idest balliui ⁊ consiliarij ⁊ magistri a deo
Apoca. maledicuntur: erumnis culpe ⁊ pene finaliter suppo-
21.b. nuntur: ⁊ a paradisi gaudijs excluduntur. Et si vis/
dilata etiam contra seculares officiales ⁊ principes:
qui consilia facere non cessant/quomodo bona cleri-
corum (que tamen sunt eis vetita) comedant ⁊ con-
sumant. ¶ Vel dic quod Adam est ratio vel spiritus: Eua Aliter.
sibi coniuncta est caro/sensualitas siue corpus: po-
mum est temporalis delectatio: serpens vero est dia-
bolus ⁊ temptatio. Igitur dico quod Adam et Eua: idest
spiritus ⁊ caro inuicem coniunguntur: vt prolem bo-
norum operum Eua: idest caro pariat: cum caro seu
corpus sit principium operandi/inuicem desponsan-
tur. Sed pro certo serpens: idest diabolus: pomum
vetitum: idest malam delectationem: primo mulieri:
idest carni presentat: que viro suo: idest spiritui vt con-
sentiat statim porrigat. Sic ergo Adam (Eua mediante)
comedit: quando animus: carne instigante: male de-
lectationi consentit: quapropter vterque paradisum:
idest salutis ⁊ gratie statum perdit: ⁊ maledictionem
vterque incurrit: quia ⁊ spiritus amaritudinem/caro
vero miseriam inde sentit. Ignis vero ⁊ gladius: idest
concupiscentia ⁊ desperatio ipsis opponitur: propter
que ab ingressu paradisi: idest a reditu ad gratiam se- Psal.
cluduntur. Psalmista: In ignem deijcies eos: ⁊ in mi- 139.c.
serijs non subsistent. Constat enim quod Adam et Eua
idest anima ⁊ caro: postquam serpenti diabolo consenti-
unt/⁊ pomum vetitum comedunt: idest opus prohi-
bitum faciunt: non solum paradisum: idest statum
salutis ⁊ gratie perdunt: immo miseriam mentis et D
corporis/concupiscentiam ⁊ iracundiam/tamquam ignem
⁊ gladium incurrunt: necnon difficultatem peniten-
di/⁊ ad paradisum gratie reuertendi sentiunt: ita quod
laboribus ⁊ miserijs extra subsunt: idest incurrunt. Gene.
Unde: Abraam autem portabat in manibus suis 22.b.
ignem ⁊ gladium. ¶ Postquam Adam ⁊ Eua peccaue- Ca.3.b.
runt/aperti sunt oculi eorum: et cognouerunt se nu- Histo-
dos: ⁊ ad vocem domini timuerunt: et se quia nudi ria.
erant/absconderunt: ⁊ folijs ficus suas turpitudines
absconderunt. Reprehensi autem a domino/veniam
non petierunt: sed se excusantes: Eua in serpentem/
Adam vero in Euam/⁊ etiam in deum culpas suas
retorserunt: propter que paradisi palatium perdide-
runt. ¶ Sic vero peccator videns se reprehensum/et Mora-
cunctis gratijs viduatum ⁊ nudatum: vocem ⁊ con- litas.
sortium bonorum metuit: quapropter quantum potest
se excusare contendit: ⁊ sub diuersarum palliationum
folijs se abscondit: nec vero dum redarguitur/veniam
petit: sed peccatum suum in alium repercutit ⁊ refun-
dit: quapropter veniam non meretur/immo paradisi
gloriam perdit iuste: quia proculdubio qui turpitu-
dines suas occultat ⁊ celat: ⁊ de peccatis suis veniam
non petit/sed ea potius operit ⁊ excusat: iustum est
quod paradisi gloriam amittat ⁊ perdat. Unde dicitur: Prou.
Qui abscondit scelera sua/non dirigetur a domino. 28.b.
Qui autem confessus fuerit ⁊ dimiserit ea/misericor- E
diam consequetur. ¶ Angelus qui custodiebat viam Histo-
ligni vite ⁊ ianuam paradisi: habebat gladium igneum ria.
⁊ versatilem/ad prohibendum ne Adam post pecca- Ca.3.g.
tum de ligno vite sumeret/⁊ ne aliquis peccator pa-
radisum intraret. ¶ Sic vero angelus: idest prelatus
cui committitur custodia paradisi terrestris: idest ec-
clesie militantis: summe debet cauere ne Adam post
peccatum: idest ne quicumque peccator aut indignus in-
grediatur ibidem: ⁊ ne quocumque modo sumat de li- Mora-
gno vite: idest de officijs vel beneficijs que sunt in pa- litas.
radiso ecclesie: ⁊ propter hoc talis angelus vel prela-
tus debet habere gladium seuere iustitie: que tamen
debet

debet esse ignea/idest charitatiua: ⁊ debet esse versati
lis. i. vertibilis et discreta: vt scilicet possit indignos
ab ingressu ecclesie cohibere: ⁊ ipsis lignum vite/idest
fructus ecclesie denegare. Gladius enim iustitiam si
gnificat/qua delinquentes punit ⁊ truncat. Ista ta
men debet esse ignea per charitatem: versatilis vero
per mutationis diuersitatem. Prelatus enim quan
do iustitiam vel seueritatem facit: vel quando aliquē
gladio percutit: semper hoc debet ex charitate facere
ipsumqꝫ gladium iustitie non semper equaliter infli
gere: immo vertibiliter/nunc vno modo/nunc alio/
nunc interimendo/nunc remittendo: debet enim va
riare/sic ꝙ gladius iustitie versatilis dicitur/quādo
2. Re. 10 sm̄ conditionem locorum/temporum/causarum et
b. personarum diuersimode variat. Unde dicitur: Ua
f rius est euentus belli: ⁊ nunc hunc/nunc illum con
sumit gladius.

Capitulum quartum Textus: Adam vero cognouit vxorem suam Euam: que concepit et peperit Cayn: dicens: Possedi hominem per deum. Moralitatum. Ca. IIII

Histo
ria. ADam et Eua primo genuerunt Cayn/qui
fuit maius: postea Abel/qui fuit bonus.
Deus enim munera Cain contempsit: ad
Abel vero ⁊ ad eius munera respexit. Tan
dem vero Cain inuidia motus/Abel occidit: propter
quod ipsum deus maledixit/⁊ signum scilicet tremo
Mora. rem capitis in facie eius posuit. Ipse vero extunc va
gus ⁊ profugus factus fuit. Adam est pater no
ster deus: Eua est synagoga/que fuit primaria eius
vxor. Cain primogenitus fuit populus iudeorum: de
Exo. 4. quo dicitur. Primogenitus meus israel. Abel vero
f. innocens fuit christus. Dico allegorice: ꝙ Adam
Allego idest deus: primo Euam/idest synagogam habuit in
ria. vxorem: de qua dicitur: Accipe tibi vxorem fornica
Ozee. 1. riam/⁊ fac filios fornicationum. Et primo in ista vxo
a. re sua pessimum Cain filium/idest durissimum po
pulum iudaicum genuit: tandem vero fratrem ipsius
Cain/scilicet Abel/idest christum innocentissimum
G produxit: ad cuius scilicet opera/sacrificia ⁊ munera
respexit deus: ipsaqꝫ pro redemptione humani gene
ris acceptauit. Cain vero/idest ipsius populi Judaici
Esa. 1. b munera/idest sacrificia ⁊ opera/que neminem iustifi
cabant/contēpsit. Unde Esaias: Non offeratis mihi
sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi.
Cain igitur/idest populus iudaicus/Abel fratri suo
idest Christo/eiusqꝫ sanctitati ⁊ miraculis inuidet:
Mat. dum de Pilato scriptum est: Sciebat enim ꝙ per in
27. uidiam tradidissent eum: ipsumqꝫ per crucem occi
dit ⁊ mordet. Quapropter iste Cain/iudaicus popu
lus vagus ⁊ profugus super terram ad litteram effi
citur: ⁊ signum in eius facie ponitur/vt ab omnibus
cognoscatur. Judei enim ad litteram cognoscuntur
in facie: ⁊ propter peccatū mortis fratris sui Christi/
vagi ⁊ profugi sunt in orbe. Unde dicitur per prophe
tam: Abiecit eos dominus deus: quia non audierūt
Ozee. 9. eum: ⁊ vagi erunt in nationibus. Uel si vis: dic ꝙ
b. Adam est spiritus/Eua caro. Isti ergo ante Abel pro
ducunt Cain: quia scilicet prius faciunt mala opera
Aliter. ꝙ̄ bona: ⁊ magis naturale est mala facere ꝙ̄ honesta.
Unde Seneca dicit: ꝙ virtutes magistro indigent:

sine magistro vitia discuntur. Uel dic generaliter Aliter
contra inuidos: qui scilicet quandoqꝫ vident alios Cōtra
magis acceptos inuident eis/⁊ dolent: vnde quantū inuidos.
ad vitam vel famam occidūt eos. Uel dic ꝙ Cain Aliter.
qui interpretatur possessio/est auarus: cuius caput D
est tremulum: quia scilicet auarus semper est in ti
more. Juxta illud Senece: Quantum accessimus ad Aliter.
successum/tantum accessimus ad metum. Tales etiā Job
sunt vagi super terram: quia nunꝙ̄ sunt solidi/nec in 40. c.
aliquo statu fixi. Uel dic ꝙ Adam est deus: primo
genitus eius est lucifer: qui est principium viarum
dei. Iste ergo inuidens/secundum filium/idest ho
minem occidit. Ipse vero nunc vagus ⁊ profugus p
hunc mundum discurrit.

Capitulum sextum Textus: Cumqꝫ cepissent homines multiplicari super terram: et filias procreassent: videntes filij dei filias. Moralitatum. Capitulum. V.

GEnesis sexto dicitur/ꝙ videntes filij dei fi
lias hominum ꝙ essent pulchre: acceperunt Histo
vxores ex omnibus quas elegerant. Exinde ria.
autem geniti sunt gigantes: qui in seculo
fuerunt viri famosi ⁊ potentes. Filij dei sunt viri
ecclesiastici: qui per spiritualem vocationem a deo
sunt in ecclesia generati. Isti tamen quandoqꝫ vident Mora
filias hominum esse pulchras: ⁊ exinde accipiunt cō litas.
cubinas: filij autem sui adulterini gigantes sunt/in
quantum scilicet patres eorum de bonis ecclesie ali
quotiens ditant eos: ita ꝙ in seculo magni fiunt.
Uel dic ꝙ filij dei sunt quicunqꝫ fideles. filij homi Aliter.
num sunt carnis delectationes: quas pro certo dum
in vxores accipiūt: gigantes/idest mala ⁊ monstruo
sa opera generant ⁊ producunt: quia pro certo omnis
filius/idest omne opus quod ex carnis delectatione
prouenit: naturam giganteam/idest enormem ⁊ irra A
tionabilem sapit. Cum diluuium immineret su Textus
per terram: precepit dominus Noe ꝙ faceret arcam Ca. 6. c.
de lignis leuigatis: vt saluaretur vniuersum semen in Histo
ea. Facta est ergo cum mansiunculis ⁊ tristegis suis. ria.
Et habuit trecentos cubitos in longitudine: quin
quaginta cubitos in latitudine/⁊ triginta in altitudi
ne. Linita fuit bitumine intrinsecus ⁊ extrinsecus:
ostium fuit inferius in latere: sursum vero fuit fene
stra crystallina in summitate. Arca etiam deorsum
erat lata: sursum autem stricta/⁊ in cubito consum
mata erat. De omni viuentium genere fructuum
atqꝫ seminum in arcam introducuntur. Uerunta
men deorsum animalia/sursum vero volatilia sta
tuuntur: de istis etiam viuentibus posita sunt in
arcam de mundis septena/de immundis autem
bina: scilicet masculus et femina/tam de volucri
bus/reptilibus ꝙ̄ de iumentis. Esce autem con
gregate sunt in arcam pro animalibus nutrien
dis. Sicqꝫ factum est ꝙ animalia que in arca fu
erunt/sunt saluata: cuncta alia in aquis diluuij
sunt deleta. Tandem vero diluuium quod quadra
ginta diebus incessanter durauerat/omnemqꝫ car
nem consumpserat/cessare incepit. Arca autem su
per montes armenie requieuit: sicut omnia ponun
tur Gen. vij. cum explanatiōe: quam ponit magister Allego
in historia scholastica. Dicamus igitur allegorice ria.

q̄ arca ista significat ecclesiam militantem: que sci
licet de lignis leuigatis idest de personis bonis do
B latis/et a superfluitatibus vitiorum abstersis consti
tuitur: et in quā Noe cum filijs idest christus/vel ali
quis bonus prelatus cum suis subditis dominatur
et ab ipso prelato pro viribus ad saluationem effici
tur fidelium et formatur: que proculdubio bitumine
charitatis et gratie interius quantum ad affectionē/
Exo.25. et exterius quantum ad operationem inungitur et li
d. nitur. Unde dicitur: Facies enim arcam de lignis se
thim: interius et exterius deaurabis eam. Ista arca
habet cenacula/mansiunculas et tristegam. idest di
uersas statuum distinctiones: scilicet officia/ bene
Joan. ficia / dignitates / conuentus / collegia / religiones
14.a. etc. quia sicut dicitur in euangelio. In domo patris
mei mansiones multe sunt. In istis tamen tristegis
positi sunt ex omni genere animalium et volatilium
idest ex omni genere personarum: quia scilicet ibi in
ueniuntur animalia munda et immunda idest boni
et mali: scilicet volatilia viri contemplatiui. Iumen
ta idest viri actiui: reptilia idest peccatores et defecti
ui. Sed de istis istud est certum/q̄ in tristegis idest in
statibus ecclesie animalia reptilia debent esse deorsuz
in statu subiectiōis: volatilia vero idest viri spiritua
les et contemplatiui/debet esse sursum in statu prela
tionis. quia reuera dignum est q̄ in gradibus eccle
Aliter. siasticis ille qui plus valet/sit superior: ille vero q̄ mi
nus/sit inferior. ¶ Uel etiam animalia sunt actiui: q̄
occupantur deorsum circa terrena: volucres sunt con
Pro.25 templatiui/qui occupantur circa celestia et superna
d. vnde in Prouerbijs. Celoz sursum et terra deorsum.
C Item ista arca ecclesie habet hostium inferius per
quod intratur/ hoc est fides: et fenestram superius/ p
quam lux veritatis videtur: hec est visionis species.
Hic enim inferius ambulamus per fidem: sursuz au
tem in patria ambulamus per speciem: quia sez nūc
1.Co.13 videmus per speculum et in enigmate: tunc autē fa
d. cie ad faciem in claritate: sicut dicit apostolus. Item
ista arca habebat longitudinem fidei: que habet tri
centos cubitos propter trinitatem quam credit: alti
tudinem spei. que habet triginta cubitos propter fru
ctum tricesimum/sexagesimum et centesimum .i. pro
pter triplex celeste premium/quod expectat: latitudi
nem charitatis. que habet quinquaginta cubitos/
Ephe.3 propter spiritum sanctum qui datus est die quinqua
d. gesima/qui eam inflammat. Apostolus. Possitis in
telligere que sit lōgitudo/latitudo/sublimitas et pro
funditas. Item ista arca ecclesie inferius fuit lata/et
sursum stricta: ibi notatur q̄ deorsum est lata in mili
tante/inquantum multi sunt vocati: sursum stricta i
Allego triumphante/inquantū pauci sunt electi. ¶ Uel etiā
ria. dic/q̄ ista deorsum est lata in militante / inquantum
multi sunt subditi / multi actiui / multi imperfecti.
Esa.54. Sursum vero stricta/inquantum pauci sunt prelati
a. contemplatiui/pauci perfecti. Esaias. Multi filij de
serte magis q̄ eius que habet virum. Breuiter arca
ista ecclesie continet volucres contemplatiuos / ani
malia actiua: masculos perfectos feminas imperfe
ctas: et mundos bonos/immundos malos. Cibum
D tamen bonorum temporalium et scripture et gratie
habet pro omnibus nutriendis/et pro electis et repro
Da.4. bis educandis. Unde dicitur. Esca vniuersorū in ea.
a. Ista est ergo que in cubito .i. in christo consummat et
perficitur: et que in diluuio tribulationū et cōtempla

tionum per quadragenam vite presentis fluctuat et
concutitur: vbi etiam quicūq; in futuro per fidem et
gratiaz inuentus fuerit/saluabitur: quicūq; vero per
pfidiaz vel peccatum extra manserit/ peribit et dāna
bitur: finaliter tamen super montibus situabitur et
quietabitur/scilicet in iudicio: quando presens tribu Psal.
lationum diluuium auferetur. Psalmista. Fundamē 86.a.
ta eius in montibus sanctis etc. ¶ Uel dic q̄ anima Aliter.
est arca/vel etiam vir perfectus: qui debet habere lon
gitudinem fidei/ altum spei / latum charitatis etc. si
cut supra que bitumine diuine gratie debet esse lini
ta: intus in conscientia/et exterius in apparentia: que
de lignis leuigatis idest de bonis affectionibus de
bet constitui: inferius quantū ad alios debet per ele
mosynam esse lata: sursuz vero quantum ad se per ab
stinentiam debet stringi. Inferi9 debet habere ostiū
hospitalitatis ad pauperes introducendos. Sursuz
vero debet habere fenestram discretionis ad lucem ve
ritatis speculandam. In hac ergo debent esse volu
cres. i. mūde cogitationes: animalia .i. viue opatio
nes: femina/idest scientie et virtutes: et sic diluuium
tribulationum et tentationum istam arcam non sub
uertet: sed finaliter in supernis montibus requiescat
Allegatur vt supra.

¶ Capitulum octauum Textus: Recorda E
tus autem dominus noe. Moralitatum.
Capitulum. VI

Cum diluuiū cessisset/dimisit noe colūbā: q̄ Histo
cū sit mūda auis/et nō inuenisset vbi requiesce ria.
ret pes ei9. nisi sup fetētia cadauera: q̄. s. tan
gere nō volebat. reuersa est ad noe iterū: q̄ ap
ta fenestra ipam itroduxit in arcā. Tādē emisit coruū
q̄ inueniēs humani gňis cadauera/ad arcā redire no Anago
luit: sz cū cadauerib9 foris māsit. ¶ Noe signt deū pa ge pul
trē/q̄ reuera colūbā et coruū .i. bonos et malos p crea chra.
tionē emittit. Ipsosq; ad huī9 mūdi diluuiū .i. ad flu
ctū tētationū vel tribulationū dirigit et trāsmittit: ve
rūtū qr mediāte isto tētationū vel tribulationū dilu
uio/q̄si tot9 mūdus plen9 est cadauerib9 .i. immūditijs
et carnalitatibus: id colūba .i. psona simplex/ bona et
colūbina nō inueniēs in mūdo .i. in mūdanis nego
tijs et delicijs: vbi pes affectionis ei9 requiescere debeat Mich.
iuxta illud Michee. Surgite et ite: qr nō habebitis 2.c.
hic requiē: Uoluntarie redit ad patrem suū deū/ scilz
ad secreta consciētie per compūctionē ad bona eterna
per cōtēplationē/affectionē et orationē: refugiens de
liciarum cadauera: negotiorūq; et vitiorū diluuiū vili Joā.16
pēdēs: dicens illud Joannis: Exiui a patre/et veni in f.
mūdū: iterū relinquo mūdū et vado ad prēm. Sz reue
ra coruus .i. homines coruini /carnales et immūdi: de f
reditu ad deū vel ad conscientie secretū non curāt: im
mo exterius in cadauerib9 .i. in mūdi immūditijs et car
nalitatibus se delectant: quapropter in arcaz salutis
et paradisi vn̄ exiuerāt/nūq̄ intrāt et ad noe .i. ad deuz Hiere.
q̄ ipsos p creationē emiserat/ redire p penitētiā refu 5.a.
tāt: dicentes illud Hiere. Indurauerūt faciē suā sup
petram: noluerunt reuerti. Isti igitur arcaz paradisi
seu statum salutis intrare refutāt: et in suis delecta Psal.
tionibus et vitijs extrauagantur. Psalmista. Quibus 94.b.
iuraui i ira mea: si itroibūt in requiē meā. Ista potissi
me apparēt de religiosis/q̄ de arca .i. de claustris emit
tūtur ad tpalia ministrāda. Carnales vero et coruini:

q̄ scilz

qui scilicet more corui semper procrastinant peniten-
tiam/dicentes: Cras/cras et toto manet in mundo: bo
ni vero in mundi negocijs aut delicijs requiem aut de-
lectationem non inueniunt: quandoque redeunt ad de-
uotionem ⁊ ad claustrum/qui secum deferunt ramum oliue
Aliter i. misericordie bonum opus. ¶ Uel dic de apostatis:
quorum quidam ex toto remanent circa cadauera. i. cir-
ca immundiciam luxurie. Alij vero redeunt ad noe. i.
ad prelatum in arcam. i. in ecclesiam vel in claustrum.
Tales igitur ramum oliue (qui misericordiam signifi-
cat) secum portare dicuntur: pro eo quod isti qui ad penitē-
tiam redeunt/misericordiam ⁊ pacem merentur. Unde di-
Luce citur: Surgam ⁊ ibo ad patrem meum/⁊ dicam: Pater
15.d. peccaui in celum ⁊ coram te. Et ideo dicitur quod noe ex-
tensa manu apprehendit columbam: pro eo quod prelatus
debet tales misericorditer recipere/⁊ ipsis concedere
Hiere. veniam ⁊ tutelam: dicens illud Hieremie: Reuertere/
3.a. ⁊ ego suscipiam te. Et illud Canticorum: Ueni electa mea
Can. te. ¶ Columba fuit emissa ante ad videndum/si ces-
2.d. sassent aque diluuij super terram. Que vespere redijt
ca.8.b. ad noe/ferens ramum viridis oliue in ore suo ⁊ dilu-
uium cessasse signans: ⁊ pacem redditam humano ge-
Mora- neri designans. ¶ Si vero diudum cum iam diluuium
litas. peccati ⁊ damnationis genus consumpsisset huma-
num: missus est a Noe. i. a deo patre de ipsa arca para
disi columba. i. christus benignissimus atque mitis: qui
scilicet in hoc mundo ramum oliue virentis. i. porcio-
nem nostre humanitatis assumpsit: quam tandem in
ascensione in arcam paradisi ad noe. i. deum patrem
detulit: ⁊ eius virtute cessasse ⁊ consummatum fuisse
Tobie viciorum diluuium intimauit/dicens illud Tobie:
12.d. Tempus est vt reuertar ad eum qui misit me. ¶ Uo-
ca.9.b. lens deus inire pactum cum genere humano: quod dece-
tero non esset futurum diluuium: nec per diluuium cō-
sumenda omnis caro: promisit arcum suum ponere
in nubibus: vt esset signum federis prelibati. Arcum
inquit meum ponam in nubibus: ⁊ erit signum fede-
Allego. ris inter me ⁊ inter terram. ¶ Sic deus volēs huma-
Psal. num genus assecurare: quod diluuium eterne damnatio-
7.c. nis nunquam amplius inuolueret mundum vniuersum:
arcum suum tetendit ⁊ parauit illum/scilicet filium
benedictum: ipsumque in nubibus. i. in purissimis ma
rie visceribus posuit: ibique colores duos principales/
rubeum scilicet ⁊ celestem assumpsit. Rubeus vero co
D lor significat carnem: celestis vero significat animam.
Sic ergo fuit deus pater mediante isto arcu huma-
no generi cōfederatus homo vero a damnationis dilu
Eccli. uio est liberatus. Unde de christo dicitur: quod ipse est quasi
50.a. arcus refulgens inter nebulas glorie. Et sicut arcus
iste designat pluuiam. Uide in titulo suo.

¶ Capitulum nonum Textus: Benedixit-que deus noe et filijs eius. Moralitatum. Capitulum. VII

Noe cepit esse vir agricola/et exercere terram:
plantauitque vineam: bibit vinum ⁊ inebria
tus est: et nudatus iacuit in tabernaculo
suo. Quod cum vidisset Cham filius eius/
verēda patris nō cooperuit: sed deridens patrē nuda-
tum: hoc Sem et Japhet suis fratribus nunciauit.
Qui statim pallium humeris suis imponentes: auer
sa facie vsque ad patrem retrocesserunt/ipsumque ope-
ruerunt: et eius turpitudinem nō viderunt. Propter
quod cum euigilasset: Cham cum posteritate sua ser-
uitute ⁊ maledictione dānatus est ab ipso. Sem vero
et Japhet a deo benedictionis gratiam meruerunt.
¶ Istud potest applicari/quod vtile est quandoque vitia ⁊ Mora.
defectus hominum dissimulare: periculum vero ipsa
detegere vel videre. Quandoque vero noe. i. aliquis p-
latus vel princeps vino in quo est luxuria. i. vitijs et
carnalitatibus ebrius/in tabernaculo domus sue re- A
quiescit/et delectatur: turpitudinemque luxurie sue et
aliorum viciorum ita omnibus manifestat/quod nudus sine vela-
mēto iacere videtur: ⁊ (quod deterius est) ab aliquibus se vide-
ri nullatenus opinatur: cum tamen vitia eorum nuda ab omnibus
videantur. Hieremias: Nudaui femora tua ante fa- Hiere.
ciem tuam: ⁊ apparuit ignominia tua. Sed pro certo 13.d.
tales nullo modo volunt videri nec explorari: quinimmo
si ad noticiam suam veniat quod aliquis hō defectus sue tur
pitudinis viderit: solent dolere/⁊ ipsis publice vel oc-
culte maledictionē vel punitionem inferre: ⁊ maxime
quando sciunt quod ille qui videt/deridet talia facta sua: ⁊ nititur
aliquibus publicare. Unde dicitur: Non est enim necesse tibi Eccli.
ea que abscondita sunt/videre oculis tuis. Et ideo qui 3.c.
sunt sapientes filij: tales turpitudines ⁊ infamias de
magnatibus/⁊ maxime de suis patribus. i. de suis pre
latis ⁊ principibus audiant: ipsas videre vel explorare
non querāt. Juxta illud Michee: Nō queras iniqui-
tatē in domo impij. Immo pallium dissimulationis in-
duunt: ⁊ ab inquisitione retrocedunt: ipsosque quātum
possunt excusant atque tegunt/ne appareāt propter quod ta-
les a talibus defectuosis magistratibus benedictiones ⁊
glorias acquirunt. Mali enim superiores illos potissi-
me solēt diligere/qui crimina sua studēt abscōdere et
celare: ⁊ sub dissimulationis pallio trāsire/⁊ ne appa-
reāt excusare. ¶ Uel dic quod noe est pater ⁊ prelatus no- Aliter.
ster: qui scilicet si in delicijs dormiat: ita quod turpitudo suorum B
defectuum in aliquo appareat: Sem et Japhet. i. boni
filij ⁊ subditi ipsum operire ⁊ excusare nituntur. Cham
vero. i. mali ⁊ proterui subditi ipsum deridere: ⁊ turpi-
tudines defectuum suorum aliquibus prodere: ⁊ eas libellis ⁊ ap
pellationibus reuelare conantur: quapropter tales
seruitute ⁊ aduersitate dānantur. Boni vero ⁊ pacifi-
ci prosperitate fruuntur: cum scriptum sit in Leuitico: Leui.
quod qui reuelauerit turpitudines patris sui/morte mo- 18.a.
riatur. ¶ Uel dic quod noe decimus ab adam (qui inter- Allego.
pretatur requies) christum significat: qui decalogum pulchra
legis impleuit: et requiem paradisi donauit. Uinea
enim quam plantauit/domus israel est. vt dicit Esaias:
Ista enim est que expectata est vt faceret vuas: fecit Esa.5.a
autem spinas: quia scilicet ista vinum consolationis
domino debuit offerre: ipsa tamen ipsum spinis vo-
luit coronare: et acetum mordacis tribulationis ei-
dem studuit propinare: et eum in cruce aceto potare.
Psalmista: In siti mea potauerunt me aceto. Quia
pro certo ista est que ipsum creatorem ⁊ plantatorem Psal.
suum christum vino tormentorum inebriauit: ita quod 68.c.
ipsum in lecto crucis per mortem nudum dormire fe-
cit: ita quod cham filius eius. i. malus populus iudai-
cus videns turpitudinem eius. i. humanitatem eius
mortuam: ipsum derisit/cum dicitur: Uah qui destruis
templum dei salua temetipsum. Ceteri tamen boni filij Mat.
eius/Sem ⁊ Japhet. i. apostoli ⁊ christiani: verēda pa- 27.c.
tris. i. mortem ⁊ mortalitatem ipsius operuerunt: in-
quantum ipsam dignis rationibus esse necessariam
monstrauerunt: quapropter chanaan filius cham ma-
ledicitur: quia iudeorum posteritas propter christi passio
nem maledictione dānatur: sicut ipsimet dixerunt: San-

guis eius super nos ⁊ super filios nostros. Boni ve-
ro filij.s.christiani ⁊ apostoli/benedictione tam tem-
porali ꝙ perpetua perfruuntur. Ideo de ista vinea cõ-
Hiere. 2.d. queritur dominus: Ego plantaui te vineam meã ele-
ctam omne semen verum: quomodo ergo conuersa
es in prauum vinea aliena?

¶ Capitulum vndecimum Textus: Erat autem terra labij vnius. Moralitatum Capitulum. VIII

Histo- ria. CUm gigantes essent super terram/decreue-
runt in campo sennaar edificare turrim: cu-
ius summitas celum tangeret: vt scȝ in celuȝ
ascenderent: et nomen suum inter homines
celebrarent. Habuerunt ergo lateres pro saxis/⁊ bitu
Turris babylõ. men pro cemento. Igitur cum edificarent: ⁊ iam tur-
rim illam in ciuitate babylonica vsqȝ ad duorum mi-
liariorum extulissent altitudinem/sm Orosium ⁊ sm
Hieronymum super Esa. xiij. Indignatus dominus
linguas eorum confudit: ita ꝙ alter alterius verba
nullatenus intellexit. Quapropter ab inuicem sepa-
rati sunt: ⁊ per mũdum sm linguarum distinctiones
Mora- litas. se diuersimode diuiserunt. ¶ Tales gigantes sunt su-
perbi/qui turrim.i.fastigiosum ⁊ altũ statum in cam
po sennaar: qui interpretatur fetor.i. in isto mundo
D fetido edificare nituntur: sursumqȝ ad altitudinẽ celi
idest altos gradus ⁊ status vltra ꝙ requirunt ipsorũ
merita/ascẽdere moliuntur. Et hoc vt melius faciãt/
plures quandoqȝ in eandem societatem cõueniunt: ⁊
ad hoc cõmuniter occupantur. Quapropter sepe fit
ꝙ dominus contra eos indignatur: ipsorumqȝ malã
concordiam rumpit: ⁊ ipsos per mortem vel per infor
tunia diuidit: ⁊ sic occulte faciente domino opus ma
Iob .5. b. lum quod ceperant impeditur. Unde Iob Dissipat
cõsilia malignorum: ne possint manus eorum imple-
re quod ceperant.

¶ Capitulum duodecimuȝ Textus: Dixit autem dominus ad abraam: Egredere. Moralitatum Capitulum. IX

Histo. CUm abraam esset in vr: que est ciuitas chal-
deorum: apparuit ei dominus/dicẽs: Egre-
dere de cognatione tua/et de domo patris
tui: ⁊ veni in terram quã monstrauero tibi: ⁊
faciam te in gentem magnam. Abraam igitur in ter-
ram chanaan ducitur: vbi altare domino edificauit:
⁊ vbi dilatatio sui seminis/totiusqȝ illius terre posses-
sio sibi promittitur atqȝ datur. ¶ Ur qui interpreta-
Mora- litas. tur ignis/significat mundum: qui scȝ vr chaldeorũ di
citur: pro eo ꝙ igne concupiscentie mundus cõtinue
inflãmatur. Abraam autem est homo: cuius terra est
terrena possessio. Cognatio est carnalis delectatio.
Domus patris siue parentum est amicorũ affectio.
Terra vero quam deus nobis ostendit: est vita spiri-
tualis/religio ⁊ perfectio. Dico igitur ꝙ abrae.i. cui-
libet peccatori: qui in vr chaldeorum.i. in mundo vel
E in igne concupiscẽtie habitat: a deo precipitur/ꝙ in-
de quantũ ad effectum exeat: ꝙ terram.i. terrenorum
amorẽ: cognationẽ.i. proprie carnis delectationẽ: ⁊ de-
corem domus patris sui.i. proprij generis nobilitatem
⁊ honorẽ contẽnat penitus ⁊ dimittat: quoqȝ ad terram
quam ipse deus monstrat.i. ad statũ penitentie vel ad
vitam spiritualẽ se transferat ⁊ transducat. Sic enim
sibi promittitur dilatatio gratie/promotio ⁊ exultatio
glorie/⁊ possessio celestis patrie. Sicut etiã patȝ Chri-
sto dicente: Uos qui reliquistis omnia: ⁊ secuti estis Mat. 19.d.
me ⁊c. ¶ Uel dic allegorice/ꝙ abraaȝ est christus: ter-
ra est iudea: cognatio eius fuit iudeorũ populus: do- Allego
mus sua tẽplum ⁊ synagoga. Igitur predicta verba ria.
potuerunt esse patris dei ad christum dictus: Egre-
dere/quantũ ad fidem ⁊ quantum ad credulitatẽ: de
terra tua/cognatione ⁊ domo.i. de synagoga/de tem
plo seu iudaico populo: ⁊ veni in terrã chanaan.i. po-
pulum gentilẽ: quã monstrauero tibi: vbi scilȝ altare
tuũ.i. ecclesiã edificabis: ⁊ ibi per fidem dilataberis ⁊
valebis. Unde dicitur: In illo tẽpore erit altare dñi in Esa. 19.
egypto. ¶ Uel videtur ꝙ talia verba dicit diabolus c.
homini/quẽ videt in statu religionis vel gratie. Mo Aliter.
net enĩ hominẽ ꝙ terram suã.i. stabilitatem suã dese-
rat: ⁊ ꝙ cognationẽ suam.i. bonorũ suorum societatẽ
dimittat: ⁊ de domo patris sui.i. de religione per apo
stasiã fugiat: ⁊ recedat ⁊ ad terram chanaan.i. ad mũ
dum mente ⁊ corpore se deflectat: et ibi promittit sibi F
diabolus per vanam spem/ꝙ faciet eum in gentẽ ma-
gnam.i. ꝙ faciet ipsuȝ totaliter diuitem ⁊ potentem:
quoqȝ ipm in tẽporalibus dilatabit: ⁊ ꝙ terrã chanaan
i. mundum in possessionibus continuo sibi dabit: sicut
supra videbatur dixisse mulieri: Quacũqȝ die comede Ge. 3. a.
ritis eritis sicut dij. ¶ Fame inualescente in terra cha Textus
naan: descendit abraam in egyptum/vt peregrinare- ca. 12. c.
tur ibidem. Pharao autem rex sibi suam mulierẽ ab- Histo.
stulit: sed tandem immunẽ sibi eam restituit. Ipse ve-
ro fame cessante in terram promissionis redijt. ¶ Sic Mora- litas.
vere cum quis vigente fame auaritie: terrã promissio-
nis.i. claustrum vel deuotionem dimittit: ⁊ in egyptũ
i. in mundũ ⁊ mundi negocia descendit: statim adest
pharao rex egypti.i. diabolus princeps mundi: ⁊ vxo
rem eius.i. diuinã gratiã sibi tollit. Uerũtamen quã-
doqȝ deus ipsum ad penitentiam reducit: ⁊ vxorẽ suã/
scȝ gratiam sibi reddit: ⁊ cessante fame auaritie/iterũ
in terram promissionis.i. statum salutis vel religionis
vel ad claustrum perducit: ita vt dicere possit illud pro 1. re. 2. a.
phete. Dominus mortificat ⁊ viuificat: deducit ad in-
feros ⁊ reducit.

¶ Capitulum decimumtertium Textus: Ascendit ergo abraam de egypto. Moralitatum Capi. X

LOth ⁊ abraam quis essent amici ⁊ fratres:
nequibant tamẽ habitare cõmuniter: quia
erat possessio eorum nimia. Loth igitur di- Histo.
uisus ab abraam/regionem circa iordanẽ
que irrigabatur vt paradisus elegit: vbi cito post eius
alijs captus fuit. Quatuor enim reges contra zodo- G
mam vbi habitabat/venerunt: qui ipsum cum popu- ca. 14. a
lo captiuauerunt. Abraam tamen occurrens aduer-
sarijs obuiauit: ⁊ loth de eorum manibus liberauit.
¶ Sic vero quotidie fit/ꝙ illi quorum est possessio Mora.
nimia/scilicet diuites huius mundi: simul seu con-
corditer habitare non possunt: immo ab inuicem per
lites et controuersias diuiduntur. Terrena enim pos-
sessio est diuisionis occasio. Sepe enim fit ꝙ loth qui
interpretatur declinans: idest aliquis qui ab abraam
idest a bonorum vicinorum societate declinat: et ex
hoc circa iordanem mundane prosperitatis posse ha
bitare se putat: qui tamen ab hostibus: idest a vitijs
et tribulationibus captiuatur: ita ꝙ oportet ꝙ ab
abraam quem dimiserat: idest ab illo fratre/socio vel
amico

amico/cuius societatem dereliquerat ⁊ contempse-
rat/adiuuetur. Igitur non est bonum/bonam socie-
tatem et concordiā dimittere: nec solum seu solitariū
manere: nec mundi prospera vltra debitum affectare:
sed simul per concordiam quiescere ⁊ manere. Unde
Ge.2.c. dicitur: Non est bonum hominē esse solum.

Capitulum decimūquintum Textus: Post hec itaqз transactis factus est sermo dn̄i. Moralitatum Capitulum. XI

Dominus precepit abrae ꝙ sacrificaret sibi
vaccam/capram/⁊ arietem triennes/colū-
bāqз ⁊ turturem. Abraam ergo animalia di
uisit: volucres sine diuisiōe/ad partem po-
B suit. Tandem aues celi cadauera sacrificij volebant
comedere: sed abraam eas abegit. In sero vero cliba
nus ardens apparuit: qui sacrificium consumpsit: do
minus vero multa bona abrae promisit: ⁊ sibi secreta
Moralitas: plurima reuelauit: ¶ Reuera videtur ꝙ in istis sacri
ficijs significantur omnes illi quos sibi domin⁹ vult
spiritualiter imolari. Ibi enim sunt aues.i. contēpla
tiui: animalia.i. actiui. Aues igitur precipiuntur non
diuidi: pro eo ꝙ contemplatiui nec per mundi nego-
cia/nec per affectiones varias sunt diuisi: immo per
contemplationem in deum tendunt integri et pfecti.
Leui.1.d. Unde dicitur: Auem non secabit/nec ferro diuidet.
Iste etiam aues scilicet contemplatiui/dicuntur tur
tures propter castitatem quā seruant: dicuntur colū-
be propter simplicitatem quā amant. Isti etiam pro
domino dicuntur oblati/scilicet par turturū aut duo
pulli columbarum. Animalia autem (sicut dictum
est) sunt actiui: qui scilicet circa terram.i. circa terre-
na negocia solēt occupari ⁊ manere: In istis vero est
vacca iugo subdita/q̄ significat subditos: aries dux
gregis/qui significat prelatos: capra macilenta/que
significat penitentes laboriosos. Igitur quilibet isto
rū debet esse triennis: quia videlicet vacca.i. subditi/
debēt eē triēnes p̱ fidē trinitat᷑ quā debēt simpliciter
credere. Uel per tria vota religionis: obedientiam sci
licet/paupertatem et castitatē: que debent firmiter cō
tinere. De quo dicitur. Funiculus triplex difficile rū-
Ecclesi.4.d. pitur. Aries.i. prelati debent esse triennes/per tres vir
tutes theologicas: fidē/spem/et charitatē: quas de-
A bent habere veraciter: de quibus apostolus. Nūc au
1.Co.13.d. tē manēt fides/spes ⁊ charitas tria hec. Capra vero.i.
penitentes debent esse triēnes/ſm tres partes penitē
tie: scз cōtritionē/cōfessionē ⁊ satisfactionē: q̄s debēt
Exo.3.f veraciter implere: de quibus dicitur. Uiam triū die-
rum ibimus in solitudinem. Ut et sic quilibet istorū
Eccl.25 a. dicat illud. In tribus beneplacitum est spiritui meo
Talia igitur sacrificia.i. tales persone ab auibus.i. a
demonibus tentantibus impetuntur: sed ab abraam
i. a deo vel a bono prelato defendūtur. Clibanus etiā
ardēs.i. charitas perfecta tales inflāmat: ipsosqз deo
imolat et presentat.

Capitulum decimūsextuз Textus: Igitur sarai vxor abraam. Moralitatum Capitulum. XII

Moralia. Cum sara vxor abrae sterilē se videret: tradi
dit ancillam suā abrae viro suo/vt sibi in ea
filium generaret: que tandē inter genua sua
pareret et ascriberet sibi partum. Agar autē
concepisse se videns/contempsit dominā: quā cum af
fligeret/fugam inijt agar: quam tamen in deserto an
gelus vagantem et fugientem inuenit/sibiqз dixit.
Agar ancilla sarai vnde venis/et quo vadis? Consu-
luit ergo angelus ꝙ rediret: ⁊ ꝙ sub manu domine sue
ceruicem supponeret: et ne amplius superbiret cōtra
eam. Filium etiam ex ea generandū predixit: ⁊ ab ipo
duodecim duces processuros promisit. ¶ Istud po Mora. B
test exponi moraliter: ⁊ dici ꝙ abraam est homo/qui
reuera habet vxorem et ancillam: que scilicet sarai vxor
sua significat animā. Agar vero ancilla significat car
nē. Sarai ergo.i. anima/de se est sterilis: quia scilicet
anima de se/nec per se nihil potest operari vel facere:
nec partū cuiuscūqз boni operis generare: cū non ha
bet organa. et ideo oportet ꝙ ancilla eius scз caro/pa
riat filium.i. faciat bonum opus: quia licet a mēte p̱-
cedat boni operis ordinatio sicut a domina: tamen a
carne procedit executio boni operis/sicut ab ancilla.
Uerumtamen quia ista ancilla.i. caro: concepisse/⁊
aliquid boni fecisse se videns: quandoqз in superbiā
erigitur: domināqз suā contēnens/in deserto mundi
circa bona terrena vagatur: ideo angelus.i. deus vel
bonus predicator/vel prelatus: ipsam reprehendit tā
de cōtemptu domine q̄ scilicet de fuga. Dicit ergo sic Moralitas.
Agar ancilla sarai vnde venis/⁊ quo vadis? ¶ O tu
agar que interpretaris somniū vigilie.i. o caro q̄ sem
per somnias vigilias et ludibria huius mundi: q̄ es
ancilla Sarai.i. anime: rogo vnde veneris aduerte: ⁊
quo vadis: ⁊ qualis est natiuitas tua/et qualis mors
vnde nasceris: qualiter morieris: q̄ vilis ingrediēdo
et q̄ flebilis mouendo: et caue ꝙ de cetero animā tuā
dominam non contemnas: sed ei seruias/obedias et
intendas: quia scilicet dicitur in psalmo: Oculi ancil
le debent esse in manibus domine sue ¶ Uel dic qđ Psal. 122.
quando domina anima laxat frenuз ancille.i. carni: Aliter.
ita ꝙ ipsam domina permittit concumbere carnali-
ter cū abraa/idest aliqua carnali vel temporali vo-
luptate: tunc statiз concipit hismaelem idest malum C
propositum: quod scilicet contra isaac idest cōtra vir
tutes quotidie facit bellum. concipit etiam quando-
qз diuitias/delicias et seculares scientias/et alia mū
di bona ita ꝙ tunc ista superba efficitur. intantum ꝙ
domine sue anime nequaq̄ obedire dignatur. q̄nim
mo si domina anima ipsam velit a superbia repri-
mere/et per abstinentiam affligere: statim solet ad
desertum vitiorum transire: et a iugo virtutum fuge
re et abire. Unde dicitur. A seculo confregisti iuguз:
rupisti vincula: dixisti nō seruiam. Ista etiam per an- Hie.2.d
geluз: idest predicationem vel religionē vel confesso
rem est reducenda: ⁊ sibi dicendum est: Agar ancilla
⁊c. per omnia sicut supra. ¶ Uel dic recte Sara signi- Tropologia. pncipū.
ficat mihi aliquos magnos consiliarios principum
vel magnatum. qui quandoqз habent aliquam ancil
lam.i. aliquam personā vilem et seruilem/scilicet de
humili plebe natam: quā diligunt: et ipsam abraam
viro suo supponunt: ⁊ in eius seruitio ponunt: et vt
ipsi exinde filium suscipiant idest vt exinde lucrum et
obsequium habeant: ipsos cum magistris promouēt
et extollunt: qui tamen statiз vt ceperint per diuitias
impregnari/incipiunt superbire. ⁊ saram dominam
suam illum qui ipsas ad officia promouent/ingrate
solent contemnere: et de eo non curare: quapropter
sepe fit qđ tales solent eos affligere: et propter in-
gratitudinem ad fugaз/idest ad amissionem stat⁹/
quem eis procurauerunt compellere et vrgere. Et iđ
recte potest talibus consuli/ꝙ erga dominam idest
benefactorem humilientur: et contra ipsum insur-

Eccli. 4.a. gere non consentur. Unde dicitur: Magnato humi-
lia caput tuum. ¶ Vel dic q sara significat prelatum:
Aliter qui ancillam suam, i. subditum suum pmittit immo
etiam pcurat diuitijs et beneficijs aliquotiēs impre-
gnari: quapropter sepe fit/q talis concepisse se vidēs/
et diuitias vel scientias acquisiuisse: contra eum sup-
bit: ipsum met et eius mandata contēnit: intantum q si
sara vel ipsum affligere vel corrigere nititur: statim p
apostasiam/vel per appellationem ad desertum mun-
di et ad romanam curiam cito fugit: et vagabundus
per mundum perambulat et incedit. Angelus igitur:
idest quicunqȝ bonus debet talibus consulere/q re-
deant: et q sare, i. prelato suo obtemperent: et q hu-
Hiere. militate preuia ipsius pacem querant: dicendo illud
31.d. Hieremie: Reuertere ad ciuitates tuas vsqȝquo deli-
Allego. tijs solueris filia vaga. ¶ Vel dic q prima vxor abrae
synago fuit synagoga: que a principio fuit sterilis: et in fine
ge. isaac, i. christum: qui interpretatur gaudium: genera
uit. Ancilla sua est gentilitas vel ecclesia collecta de
gentibus: que se concepisse spiritum salutis videns:
dominam suam: idest ecclesiam de iudeis natam: pro
eo q dominum crucifixerunt/contemnebat: sicut di-
cit apostolus. Illam ergo tamē dominam aliȷ hono
rare iubentur: et contra eam superbire vetantur. Unde
Ro.3.a postē apostolus dixit/q in ecclesia non est differen-
tia greci et iudei: sequitur: quid ergo habet iudeus gre-
Aliter. co amplius? multum per omnia. ¶ Vel dic q etiam
E nos qui sumus ex gētibus/non debemus synagogā/
q̄uis induratam et sterilem/vilipendere. sed eam qua
dam reuerentia honorare: pro eo q ab illa scripture et
fidei principia habuimus. Que etiam papa facere di
citur: quia scilicet rotulam legis moysi a iudeis obla
tam in die consecrationis sue osculari nullatenus de-
dignatur.

¶ Capitulum decimumseptimū Textus:
Postē vero nonaginta et nouem annorum.
Moralitatum. Capi. XIII.

Histo- ria. Abraam preceptum fuit/q octaua die omne
masculinum circūcideretur: et q certa por-
tio de sui carne preputij auferretur: vt sic po
Allego. pulus dei a gentibus distingueret. ¶ Octa
ua dies est tempus gratie: quod post sabbatum legis
succedit. Nos igitur qui sumus in isto octonario, i.
statu et tēpore gratie: debemus esse a cūctis super fluis-
tatibus circūcisi: et maxime a preputio carnis nostre, i.
a concupiscētia carnali: et sicut soli masculi/non femine
circūcidebant: sic etiā hodie masculi, i. pfecti: nō femi
ne, i. impfecti sea vitijs circūcidunt: et sicut in circūci
sione nomē imponebat: sic boni qui a vitijs circūcisi
sunt/nomē bone fame pre alijs consequūt. Unde dicit:
Nomine eterno hereditabit illum dn̄s deus noster.
Eccle. 15.b. ¶ Vel dic q octonarius est tp̄s future resurrectionis:
vbi p certo caro nostra a cūctis superfluis passionibus
Aliter circūcidetur: et a cunctis defectibus secludetur. Unde:
Octaua die venerunt circūcidere puerum. ¶ Antē
Lu.2.c. abraam et sarai isaac generarēt: precepit dn̄s q nomē
Histo- ria. suum cresceret/et diceretur abraam: sarai quoqȝ nomē
suum minueret et diceretur sara. ¶ Per abraam intel-
ca.17.a. ligitur intellectus: per sarai aūt vxorem/intelligo vo-
et.c. luntatem. Isti enī duo scȝ abraam et sarai debēt simul
Mora. isaac, i. bonā prolem et bona opera parere: et fructū virtu
f tum dn̄o generare. Sed reuera ad hoc requiritur/q
abraā, i. intellectus crescat/veritatē cognoscēdo. Sa-
rai, i. volūtas decrescat/se a concupiscētijs refrenando.
Intellectus enī quātū pōt debet in actu suo, i. in agni
tione veritatis crescere. Volūtas aūt in actu suo, i. in
concupiscētia boni/debet se rationabiliter moderare.
Scriptū est enī: Post concupiscentias tuas non eas: et Eccle.
a voluptate tua auertere. Si prestas anime tue concupi- 18.d.
scētias suas: faciet te in gaudiū inimicis tuis. Debet
ergo dicere sarai de abraam, i. voluntas de intellectu/
illud Joānis: Illū oportet crescere: me autem minui. Jo.3.d.
¶ Vel dic de coniugibus: q quando vir crescit p boni- Aliter.
tatem: mulier vero decrescit p humilitatē: tunc faciunt
isaac, i. risum et gaudiū p cōmunē iocūditatem: tūc enī
coniugiū psperatur/qn̄ mulier subijcitur/et homo domi
natur etc. Quod tn̄ est contra multas dominas hodi-
ernas/que viris dominari nitūtur. Unde dicit: Mu- Esa.3.b.
lieres dn̄ate sunt eis. ¶ Vel dic q vir est prelatus: q de- Aliter.
bet crescere virtute et autoritate: mulier est subditus:
que debet minui humilitate: vt sic simul generēt isaac
i. risum: hoc est dictu: vt sic pseuerēt in gaudio et pspe
ritate. Debet enī prelatus crescere/et se magnū ostēde-
re: ne familiaritas pariat contemptum. Subditus ve
ro debet humiliari et minui: ne superbia pariat despe- G
ctū: vn̄ dicit: Humilia te sub manu domine. Genes.

¶ Capitulum decimumoctauum Textus: 16.a.
Apparuit aūt ei dn̄s in conualle mambre.
Moralitatum. Capitulum. XIIII.

Sodomite populi pessimi dicebātur: qui scȝ Histo.
per horribilem infectionē luxurie/viris abu
tebantur: aduenas et pauperes recipere dedi-
gnabātur: et abūdantia panis/et vite superbia
fruebantur. Propter quod qui ipsos deus delere decre Ezech.
uerat: locutus fuit dominus abraam/dicens: q descē 16.f.
dere volebat/vt videret si crimē illorū fame et clamori
hoim respondebat. Abraam autē audita dn̄i volunta
te/pro loth nepote suo qui habitabat in sodomis sol
licitus: cum domino allegare incepit/q non decebat
deum q perderet iustum cum impio. Sibi vero dixit
dominus/q propter decem iustos si inuenirētur ibi/
ciuitati toti parceret: benignitatem iugiter repromi-
sit. ¶ Ista autem possunt exemplariter allegari: quo- Mora.
modo mundi prosperitas causa est multorum malo-
rum: quia sicut dicitur in Ezech. Hec fuit iniquitas Ezech.
sodome sororis tue/abundantia panis/et superbiaui- 16.f.
te: et manum pauperi non porrigebāt. ¶ Item potest Aliter.
allegari: q iudex non debet verbis credere/immo ad
inquirendum veritatem criminis debet personaliter
descendere: licet tamē priuatam personam constaret
veritatem facti ipsum scire: sicut scilicet constat: q do
minus crimen istorum sciebat: et tamen velle descen-
dere pro veritatis scrutinio se dicebat. ¶ Item potest Aliter.
allegari: q quando infortunium est futurum/quili- H
bet debet esse sollicitus pro amicis: exemplo abraam/
qui amore Loth cum domino disputabat. ¶ Item Aliter.
potest allegari: q iustus non debet orare pro iniusto
q liberetur a pena/quamē sit propinquus: quia a-
braam non legitur orasse pro loth/nec pro eo allegas- Aliter.
se: nisi inquantum supponebat eum iustum. ¶ Item
potest allegari: q pauci iusti sunt quandoqȝ causa sal
uationis magni populi: sicut patet hic: vbi domi-
nus promittit se ciuitati parcere/si decem iusti inue-
nirentur ibidem. Ista aliter exponere non opor- Histo.
tet. ¶ Tres angeli missi a deo pro zodoma destruen- ca.18.a.
da/inuenti sunt ab abraam: et ad conuiuium inui-
tati. Qui scilicet sub arbore quieuerunt: pedes la-
uerunt: et panes subcinericios et vitulum comede-
runt:

runt: qui tandem sibi generationem Ysaac promise-
Mora- runt. ¶ Sic vero quando abraam .i. homo offert deo
litas. sacrificium ⁊ conuiuium spirituale .s. loturam pedum
.i. confessionem mundificatiuam: vmbram arboris .i.
crucis memoriam refrigeratiuam: subcinericium pa
nem .i. mortis cōsyderationem incineratiuam: lac .i.
deuotionem: vitulum .i. spiritalem cordis exultatio-
nem: tunc pro certo Ysaac: idest risus eterne glorie si-
bi promittitur: ⁊ sibi a deo ⁊ angelis eternum gaudiū
Esa.35. ⁊ leticia propinatur. Unde dicitur: Leticia sempiter-
d. na erit eis: gaudium et exultationem obtinebunt.
Anago ¶ Uel dic ꝙ abraam est deus pater vel prelatus: qui
ge. scʒ inuitat angelos .i. viros angelicos ⁊ iustos ad cō-
B fessionis loturā: ad arboris .i. crucis memoriā ad lac
deuotionis: ad recordationeʒ future incinerationis/
⁊ comestionem vituli christi in sacramēto altaris. La
uentur (inquit) pedes vestri/ ⁊ requiescite sub arbore
te ¶ Cum duo angeli in forma iuuenum/ zodomam
ca.19.a. aduenissent/ ⁊ in platea mansissent: Loth recepit eos
Hysto- hospitio. Sed cum viri ciuitatis/ vt ipsi iuuenibus
ria. abuterentur: fores domus irrumperent: Loth vero p
angelis quos credebat homines/ a tanta immundi-
cia liberandis/ vxorem et filias virgines ipsis malis
hominibus ad satiandā suā libidinem obtulit: quas
recipere non volebant: immo fores ipsius cōfringe-
bant: tandem percussi sunt ab angelis cecitate: ita ꝙ
ostium inuenire non valebant. In crastino vero ange-
li ipsum Loth/ vxorem ⁊ filias eduxerunt: sed duo ge-
neri loth/ submersionem vrbis future credere nolue-
runt: immo cum eis diceretur a Loth ꝙ exirēt: ipsum
loqui delyratorie crediderūt: quapropter ⁊ ciuitas et
ipsi cū populo/ igne ⁊ sulphure in crastino perierunt.
Mora- ¶ Istud enī poterit allegari sine altera expositiōe ad
litas. tria videlʒ ꝙ in peccato contra naturā inēs hominis
plus ꝙ alijs vitijs excecat. Tales enī homines dicū-
tur cecitate percuti: pro eo ꝙ super omnes homines
hi sunt ceci. Isti etiā maleficī ostiū non inueniunt: qr
p certo isti ostium paradisi/ vbi sunt Loth et angeli/
Esa.56. nō intrabūt. Esa. Palpauimus quasi ceci parietē. Et
b. ppter hoc zodoma bn̄ interpretatur muta: qi scʒ tales
B in iudicio erunt muti: p eo ꝙ excusationē aliquā nō
Psal. habebunt. Ps. Muta fiāt labia dolosa. Itē allegari
30.c. pōt ꝙ minus malū tolerandū est p maiori malo vitā-
do: sicut Loth pstitutionē vxoris ⁊ filiarum sustinere vo
lebat/ vt crimē sodomiticū vitarēt. Item pōt allegari
ꝙ impossibile est eū a morte eripere/ quē etiā occulta
dei puidētia decreuerat punire: sicut ptʒ de istis gene
ris Loth: q̄ noluerūt credere vt exirēt disponēte dn̄o/
ꝙ cū alijs cū q̄bus delīq̄rant interirēt. Unde dicitur:
Eccle Nemo pōt corrigere quē de9 despexerit. Hoc enī quo-
7.b. tidie percipitur: quasi scʒ homo volūtarius i fata ruit:
ita ꝙ non obstāte ꝯsilio cōtrario ad infortunia letus
currit: fm ꝙ occulta dei iusticia seu puidētia ipsum
ducit. Uel allega ista exēplariter ad bonū hospitalita
Heb. tis: que liberationē sui ⁊ suorum meretur. Unde aplus:
13.a. Hospitalitatē nolite obliuisci: per hāc q̄dam placue
runt angelis hospitio receptis.

¶ Capitulum decimūnonum Textus: Ue nerunt q; duo angeli zodomam vespere.

Moralitatum Capi. XV.

Cum deus ciuitateʒ zodome cum alijs qua-
tuor ppter horrenda crimina sua igne ⁊ sul-
Histo- phure delēdas decreuisset: dictū fuit Loth/
ria. ꝙ vna cum vxore ⁊ filiabus ciuitatem exiret:
ꝙq; in omni circa regione nullatenus remaneret: sed
in monte potius se saluaret. Dictum etiam fuit eis/
ꝙ non respicerent retro cum incederēt: sed ꝙ ad mon
tem recto itinere properarent: verūtamen quum iam
micarent fulgura/ ⁊ audirētur tonitrua: ⁊ ignis ⁊ sul- C
phur de celo mitterētur in vrbē: sicut testat Solinus/
qui de zodoma loquēs dicit ꝙ ipsam de celo tactā te-
statur humus nigra. Uxor Loth reuersa retro respe-
xit: quapropter q: inobediēs fuit/ statim in salis sta-
tuam versa fuit. ¶ Ciuitates iste mundum designāt/ Mora-
⁊ etiā mundi status: vbi qi plurima crimina abunda litas.
re noscunt: ppter q̄ deus subuersionē ⁊ ignem ⁊ dāna-
tionem eisdē cōminat: cōsulit oīs deuotis hominib9
suis/ ꝙ inde quantū ad effectū exeant/ ⁊ in montē reli-
gionis ⁊ pfectionis ⁊ etiaʒ contēplationis ascēdant:
ꝙq; in omni circa regione .i. in mundi negocijs ⁊ offi
cijs ⁊ delitijs non maneant/ sed recedant: ⁊ ꝙ omnino
caueant/ ne retro se respiciant: ⁊ ꝙ scʒ ad vitia que cō-
fessi fuerunt/ p recidiuationē non redeant: nec ad mū
di bona quibus renunciauerunt/ per desyderia retro-
cedant: nec per apostasiam se ab itinere salutis/ quam
professi sunt/ retrouertant. Quia sicut dicitur: Nemo Luce
mittens manum ad aratrum ⁊ respiciēs retro/ aptus 9.g.
est regno dei. Retro enī non debet respicere penitens
recidiuando/ religiosus apostatando / contemplati-
uus in mūdi se negocijs implicando: quinimmo ipē
debet continuare iter suum in bonum proficiēdo. Sʒ
p certo quidam sunt sicut vxor Loth: qui scilʒ toni-
trua tentationum audientes/ ignem concupiscentie
sentientes/ fulgura tribulationum videntes/ retro re
spiciunt: ad vitia seu bona tēporalia que dimiserant D
se conuertunt: iter quod inceperant omittunt: et per
inconstantiā vite retrocedunt. Sicut etiā de infideli-
bus amicis ptʒ: qui scilʒ audita modica tribulatione
vel difficultate/ ab incepta fidelitate desistunt. Tales
enī sunt religiosi/ qui scʒ ad bona mūdi quibus renū-
ciarunt/ libenti animo retrocedunt contēpto religio-
nis ⁊ contēplationis monte/ versus vallē mundi ne-
gociorum respiciunt ⁊ accedunt. Tales igitur in statuā
salis mutantur: inquantum scʒ peccatores insensati/
duri ⁊ obstinati efficiuntur: ⁊ inquātum in viros in-
quos vertunt. Ideo dicit dominus: Qui in agro est/ Luce
non respiciat retro: memores estote vxoris Loth. 17.g.
¶ Cum loth de zodomis fugeret/ ne igne ⁊ sulphure ca.19.c.
deperiret: petijt a dn̄o ꝙ liceret sibi ciuitatem Segor Hysto-
paruulā introire: sʒ qr ibi fiebat creberrim9 terre mo- ria.
tus: necesse habuit exinde fugere/ ⁊ ad montē ascēde-
re ⁊ ibi se saluare. ¶ Zodoma est vita carnalis/ q̄ igne Mora-
⁊ sulphure luxurie fetet. Segor vita coniugalis/ que litas.
terremotus multarum sollicitudinuʒ sustinet: mons
vero est vita contēplatiua ⁊ ecclesiastica vel claustra-
lis/ que stabilis ⁊ tuta manet. Loth igitur qui interp
tatur declinans: est ille qui iuxta psalmiste consiliuʒ/ Psal.
declinat a malo vt faciat bonum: qui scilicet ignem ⁊ 36.c.
sulphur carnalis vite fugit: ⁊ in Segor .i. in statu cō-
iugali tutus manere credit. Sed finaliter attento mo
tu tentationum/ tribulationum et miseriarum istius
ciuitatis: ad montem religionis vel ecclesie ascendit:
⁊ sic a carnali inflammatione se liberat ⁊ euadit. Esa. Esa.2.a
Uenite ad mōtē dn̄i. ¶ Loth in zodomis legitur bo- Hysto-
nus fuisse: nec vnq̄ luxurie et ebrietati vacasse: in ria.
monte tamē vbi p se saluando fugam inijt/ legitur se ca.19.g.
inebriasse: ⁊ cum proprijs filiabus incestū ⁊ adulterium E
cōmisisse. ¶ Sic vero hodie sunt multi alij qui de val Mora-
le ad montem .i. de mundo ad religionem/ vel de secu- litas.

lari statu ad ecclesiasticū ascendūt: ⁊ sic periculū dam-
nationis euadere: ⁊ ibidē se saluare credūt: qui tñ ibi-
dem ebriетati ⁊ luxurie vacātes: deteriores fiunt: ⁊ dā-
nationis periculum plus incurrunt. De hoc cōque-
Hiere. ritur dñs: Quid est: inquit: ꝙ dilectus meus in do-
11.c. mo mea facit scelera multa.

Capitulum vicesimumprimū Textus: Visitauit aūt dominus Sarā sicut promi-serat: ⁊ impleuit. Moralitatū Cap. XVI.

Abraam duos filios habuit: scȝ Isaac de li-
Histo- bera: ⁊ Hismael d ancilla. Hismael aūt fuit
ria. ferus homo: venator ⁊ sagittarius: de quo
dicit supra.xvj. ꝙ manus eius cōtra oēs: ⁊
manus oīm cōtra eū: ⁊ e regione fratrum suorū figet
tabernacula. Isaac aūt fuit bonus ⁊ mansuetus. Ve-
Gal.4. rūtamē Hismael (ſm Paulū apſm) semꝑ fratrē suū
d. Isaac opprimebat: ⁊ eidē molestias magnas infere-
bat: qua propter cū Sara mater Isaac hoc quadam
die cerneret: dixit ad Abraā: Eijce ancillā ⁊ filiū eius:
Nō enim erit heres filius ancille cū filio libere. Igit
Agar cū filio hismael eijcit: vter aque ⁊ panis sibi ab
abraā in scapulis imponit: ⁊ dimissa ꝑ deserta sitiens
ꝙ vagat aqua ꝯsumpta. Angelus vero dñi apparens
f ostendit puteū sitienti: ⁊ sic eā cōsolat. Abraā signi
Tropo ficat bonū prelatū: q̄ reuera in domo sua.i.ecclesia ha
logia bet duo genera filioꝝ: quosdam bonos more Isaac:
prelati quos.s.diuina gratia generauit: quosdam vero ma-
boni los more hismael: quos sibi vxor ancilla.i.diabolus
vel simoniaca ambitio: vel carnalis affectio ꝓcreauit
Sed reuera inter istos semꝑ solent esse iurgia: q his-
mael q̄ significat malos ⁊ maxime discolos ⁊ ꝑuersos
q̄ reuera ꝑ ꝯtradictionē ⁊ rebellionem: inuidiā ⁊ de-
tractionē oībus se obijciunt: ⁊ e regione fratrum suo-
rum tabernacula sua figunt: inquantum oīm aliorū
voluntatibus cōtradicunt: ita ꝙ manus eoꝝ contra
1.Thes. oēs: ⁊ manus oīm eis obsint. Unde apostolus. Deū
2.d. nō amant: ⁊ cunctis hominibus aduersant. Isti di-
co semꝑ solent ꝑsequi isaac: q scȝ mali semꝑ sunt solli-
Eccle. citi bonos offendere ⁊ eis inimicari. Ideo dicit: Con
33 b. tra bonū malum est: ⁊ contra vitam mors: sic ⁊ cōtra
virū iustum petōr. Sed quid? pro certo isti non debēt
esse heredes in ecclesia: nec quantū ad bñficia tempo-
ralia: nec quantū ad bona spūalia. Ideo abraā.i. pre-
latus: debet eos eijcere: ⁊ vna cum matre sua simonia
vel affectiōe carnali ab ecclesia segregare: dicēs illud
Iudicū: Heres in domo nostra esse nō poteris: q de
Iudi. adultera natus es. Vel dic etiā moraliter loquēdo
11.a. ꝙ due iste mulieres: Sara libera: Agar ancilla: signi-
Aliter ficant animam ⁊ carnē: ⁊ Isaac filius significat ope-
ra bona q̄ ab aīa producunt. Hismael aūt filius ancil-
le: significat opera mala: que a carnis cōcupiscētia ꝓ-
creant. Isaac igitur ab hismaele impugnari dicitur:
q constat ꝙ carnis opera solent spūalibus operibus
G inimicari: ⁊ cōtra ea preliari. Unde apſus: Caro cōcu-
Gal.5.c piscit aduersum spm: ⁊ spūs aduersus carnē: hec enī
sibinuicem contrariantur. Sequitur: manifesta sunt
opera carnis. Abraam.i. homo: qñ videt istos duos
filios.s. hismael ⁊ isaac.i. malos affectus: cogitatus:
⁊ opera cōfligere cōtra bonos: ⁊ in domo cordis sui
videt ipsa opera carnis: opera spūs molestare: statim
oportet ancillā ⁊ filiū eius.i. carnē ⁊ opera carnalia eij-
cere ⁊ deprimere: ⁊ ad desertū penitentie mittere ⁊ pa-
nem ⁊ aquā per abstinentiā sibi imponere ⁊ sic ibi an-
gelum testamenti christum poterit inuenire, qui pu-
rum misericordie sibi poterit demonstrare.

Capitulum vicesimumsecundū Textus: Que postꝙ gesta sunt tentauit deus. Moralitatum. Capitulū. XVII.

Volens deus tentare Abraam: ꝓcepit sibi ꝙ
filiū suū quem diligebat Isaac tolleret: ipm
ꝙ suꝑ quendā montē quē sibi ostenderet: oc Histo-
cideret: ⁊ ei immolaret. Tulit ergo Abraam ria.
secū filium suū Isaac vna cū duobus iuuenibus ⁊ asi-
no: quos scȝ ad pedē montis dimisit. Ipse aūt Abraā
⁊ filius eius: q̄ ligna q̄bus erat sacrificandus porta-
bat: montē ascēdit. ignē ⁊ gladiū in manibus tenuit:
⁊ ligna sacrificio preparauit. Succensis aūt lignis: ac-
cepit abraā filiū suum: ⁊ ꝓiecit suꝑ arā. Cumq̄ manū
ad gladium extenderet ꝓ filio occidendo ⁊ domino
immolando: statim affuit angelus qui ꝓhibuit: ⁊ q̄
arietem q̄ herebat in monte inter vepres cornibus: lo-
co pueri interficere sibi iubet. Sic ergo fit ꝙ dū aries H
occidit: Isaac liberat: sanusq̄ ad iuuenes reuertitur:
a q̄bus inferius aduētus ipsius expectabat. Abraā Allego
est deꝰ pater: Isaac dei filius: aries ipsius dei filij cor- ria pul-
pus: ligna: vepres ⁊ ara: crucē designant: gladius ⁊ lā- cherri-
ceam ⁊ clauos: ignis etiā passionis ardorē significat: ma.
duo iuuenes remanētes: duos ppl'os significant nō
credentes: iudeos scȝ ⁊ gentiles: asinus aūt qui eos
comitatur: significat stulticiā qua increduli hebetan-
tur. Dico igit ꝙ Abraā q̄ interpretat deꝰ pater: isaac
filium suū immolandum in ara crucis decreuit: ita ꝙ
gladiū ⁊ ignē i dest ipsius passionis asperitatem ꝯtra
eū preparauit: accidit tñ ꝙ isaac.i. filij deitas nil pati-
tur: aries vero.i. christi sola hūanitas immolat: dum
scȝ cornua eius.i. manus ad modū cornuū extente in-
ter vepres.i. inter ligna crucis clauotenus alligant: ⁊
crucis cornibus astringunt. Unī dicit Cornua in ma-
nibus eꝰ. Duo vero iuuenes.i. duo ppl'i: iudei videlȝ Abac.
⁊ gentiles: in infidelitate sua ꝓ maiori pte manserūt: 3.a.
inquantū ad montē fidei nō ascenderunt: nec incarna-
tionis aut passionis mysteriū cognouerūt. Qui etiā
asinū.i. stulticiā habuisse dicunt: ꝓ eo ꝙ isti in sua stul-
ticia obstinati legunt: nec credidisse que credēda fue-
rant ꝓbant. Unī: O stulti ⁊ tardi corde ad credenduȝ Luc.
in his q̄ locuti sunt ꝓphete. Apſs: Dicentes se esse sa- 24.d.
pientes: stulti facti sunt. Rom.

Capitulum vicesimumquartū Textus: Erat aūt abraam senex dierūq̄ multorum. Moralitatum. Cap XVIII. 1.c. A

Postꝙ Abraā de Sara vxore sua filium suum
isaac genuisset: ipsumq̄ filium immolare tē-
tasset: ⁊ in loco filij arietem occidisset: filius
vero nihil mali passus fuisset: accidit ꝙ Sa-
ra eius vxor mortua est. Quod videns Abraā: sicut di- Histo.
citur hic: Seruū suū eliezer misit in mesopotamiā: ter-
ram scȝ gentiliū: vt ⁊ filio suo isaac ꝓcuraret vxorem. Gen.
Uenit igit in ciuitatem Nachor: vbi erat puella pul- 24.a.
cherrima scȝ rebecca: filia bathuelis: que descendit ad
fontem: vt impleret hydriam suam. Ab illa igit puel-
la aquam sibi dari petijt. Que non eū solum: sed etiā
⁊ camelos suos adaquauit. Iste ergo seruus causam
legationis sue rebecce parentibus aperuit: ⁊ eā filio
domini sui tanꝙ procurator: ducit in cōiugem: datisq̄
ꝙ sibi armillis ⁊ ornamentis: ad domum domini sui
ducit: vbi isaac meditantem in agro repetit: que viso
eo statim de camelo descēdit: et pallio se inuoluit: ipse
vero

vero puellam factis nuptijs sibi matrimonialiter co-
pulauit: eamq; in tabernaculo sare matris sue introdu
xit: ⁊ eam tantum dilexit/ ꝙ amore eius mortem ma-
tris sue obliuioni dedit: ⁊ tandem duos filios/ esau. s.
⁊ iacob generauit: quorum Esau malus fuit: Jacob
Allego. vero sanctus ⁊ optimus homo fuit. ¶ Sic vero postꝙ
abraam deus pater de vxore sua sara. i. de synagoga
genuisset isaac. i. christum filium benedictū: arieteq;
i. christi humanitas immolata fuisset in cruce: ipseq;
B isaac. i. ipsa filij diuinitas nihil passa fuisset: accidit
ꝙ vxor sua synagoga per infidelitatem mortua fuit:
insꝑtum scz fidem incarnationis filij non recepit. Ubi
Jo. 1. a. dicitur: In ꝓpria venit: ⁊ sui eum non receperunt. Et
Ezech. Ezechiel: Mortua est vxor vespere: quapropter abraā
24. c. deus misit seruum suum. i. apostolorū ⁊ predicatorū
cetum ad terram ⁊ ciuitates gētiles: vt scz puellā no-
bilem/ scz ipsam ecclesiam de ipsa gentilitate natā/ fi-
lio suo christo in vxorē acciperet: qui scz hāc predican
do rogāt vt de puteo ⁊ hydria naturalis philosophie
quā habebat: ⁊ de aqua scientiarum quā ꝯtinue hau-
riebat/ camelos suos. i. fideles populos adaquaret:
quia reuera ecclesia collecta de gentilibus puteo suo
i. scientijs physicis multum adaquauit fideles ⁊ mul-
tum etiā fugauit hereticos infideles sicut in Augusti
no apparuit: q etiā ante fidem clericus inter gentiles
magnus fuit. Igitur iste seruus. i. predicatorū cetus:
isti puelle. i. ecclesie primitiue armillas et ornamenta
gratiarū ⁊ virtutū donauerūt. Isaac vero i. christus/ q
iam ad meditādū in agro paradisi per ascēsionē ascē-
derat: ipsam puellā sibi matrimonialiter copulauit:
eāq; in tabernaculo matris sue. i. ꝑ sacrā scripturā q
fuit tabernaculum synagoge/ matrimonialiter intro
duxit: insꝑtum sibi scripturarum dogmata reuelauit.
Ipsa vero ecclesia. i. puella/ viso isaac. i. cognita christi
maiestate: de camelo/ idest de superbia gētilis fastus
se humiliando descendit: et pallio bonorū operum se
inuoluit/ exemplo hester: que viso Assuero dicebat:
Uidi te dn̄e sicut angelū dei/ conturbatumq; est cor
Hester. meū pre timore glorie tue: valde es admirabilis dn̄e:
15. et facies tua plena est gratiarum. Sic igitur fit ꝙ ab
Isaac ⁊ rebecca. i. a christo ⁊ ecclesia plures filij. i. plu-
res christiani gignuntur quorum quidā iacob/ qr bo
C ni: alij vero Esau/ qr mali/ dici merentur: qr reuera filij
christi et ecclesie diuiduntur in duo: qr quidam sunt
iacob. i. boni ⁊ deo amabiles. Alij vero sunt esau. i. ma
li/ ⁊ deo odibiles. Unde Malachias: Jacob autem
Mala. dilexi: esau vero odio habui. ¶ Cum Rebecca ſm ꝙ di-
1. a. citur hic cap. xxv. duos filios concepisset/ scilicet esau
ca. 25. c. malum/ ⁊ iacob bonum: ⁊ tēpus partus instaret: col-
Histo. lidebant pueri in vtero suo ac si inuicem dimicarent
quis eorum nasceretur prius: tamē factum est ꝙ esau
qui malus est/ natus est primus: Jacob vero bonus/
natus est vltimus. Fuit ergo esau venator et ideo pa-
ter ipsum amabat: eo ꝙ de venationibus suis come-
debat. Jacob vero qui erat simplex ⁊ agricola/ qui ve
nationes non portabat: a patre non tantū dilectus
Mora. erat. ¶ Pater iste Isaac est prelatus: mater vero est
ecclesia vxor sua. Igitur dico ꝙ ista mater ecclesia in
vtero suo. i. in collegio vel in claustro quandoq; con-
cipit plures filios: idest plures subditos: quosdā scz
Esau. i. malos: et quosdam vero similes iacob. i. bo-
nos. Sic ergo fit ꝙ quando tempus appropinquat/
vtpote quando vacat aliquod beneficium: ita ꝙ ali-
quis ꝓmoueatur/ ⁊ ꝙ exterius paratur: et per ꝓmo-
tionem ad exterius beneficium emutatur: incipiūt in

ducē isti pueri/ scilicet subditi collidere/ ⁊ parētes alter
alterū impugnare: ⁊ hoc qr vult quilibet primus ad
ꝓmotionem exire. Sz quid? Pro certo Esau qui fuit
pilosus/ primus exisse dicitur: qr scz hodie illi q priores D
exierunt/ dum tamen sint pilosi. i. diuites: primi ad be-
neficia ꝓmouentur. Illi vero qui sunt iacob. i. boni
et simplices/ impromoti in claustri vtero dimittūtur:
vel saltem alijs postponuntur. Breuiter enī istud est
verum hodie: ꝙ illi qui sunt mali/ dum tamen sint ve
natores et exactores: et de venationibus diuitiarum
suarum ipsis suis magistris munerū oblatores sunt
ab eis ꝑdilecti. Illi vero qui more iacob sunt simpli-
ces/ ⁊ pilis diuitiarum nudi: nec venationi rapinarū
dediti/ ab eis sunt neglecti. Prelati enim ⁊ principes
nullum subditum ⁊ officialem vel familiarē diligūt:
nisi illum de cuius venatione comedunt/ vel a quo lu
cra vel munera ac emolimenta percipiunt: ⁊ de cuius
rapina partem suam assumunt: nec aliū in officijs
suis libenter tenent/ promouent vel extollunt. Unde
Michee: Si quis non dederit in ore eorum qppiam: Mich.
sanctificāt super eum ꝑliū. Unde supra cap. de vipera. 3. b.
De quibus fit mentio Gen. xxvj. ¶ De puteis quos ca. 26. d
abraā et serui eius/ Isaac ⁊ serui eius foderunt/ quos Histo.
et philistei pro viribus obstruebant: Potest dici ꝙ
abraam est deus pater: serui eius fuerunt prophete:
Isaac dei filius: serui eius fuerunt apostoli ⁊ euāgeli-
ste. ¶ Igitur dico ꝙ isti puteos scripturarū fecerunt: Mora.
qr scz illi vetus testamentum/ isti vero nouū cōposue-
rūt. Sz ꝓ certo palestini. i. iudei istos puteos nostros
nituntur terra obstruere: dum intellectum scriptura-
rum per terrenum sensum ⁊ peruersum exponendo co
nantur occupare.

¶ Capitulum vicesimumseptimū Textus: Senuit autem Isaac: et caligauerunt oculi eius. Moralitatum. Capitulum. XIX.

ISaac senex ⁊ cecutiens/ dum duos filios habe E
ret: scilicet Esau primogenitum/ ⁊ Jacob vlti- Histo-
mo genitum: ⁊ ꝑmogenito suo benedicere de- ria.
creuisset: vocauit eum/ precipiens ꝙ arcum et
pharetram suā sumeret/ ⁊ ꝙ in venationem iret/ ⁊ ci-
bos sibi gratos pararet: de quibus comedēs/ benedi-
ctionis gratiam sibi daret. Igitur dum Esau pilosus
ad venationem foras ꝓperans/ iussa patris exequit:
Jacob frater eius iunior domi remanēs/ benedictio-
nem suā surripiet furatur: de ꝯsilio enī matris rebecce
duos hedos preparat: vestibus optimis esau se ornat
⁊ manus suas vt videatur pilosus/ hedorum pellicu-
lis circūligat/ ⁊ sic cibos nomine Esau patri ꝑsentat:
qui tangens manus eius: pilosas esse sentiens/ filium
primogenitum ipm putat dicens: ꝙ licet haberet vo-
cem iacob/ ꝙ tamē manus erant Esau: ⁊ cum cibum
comedisset paratā benedictionē sibi ⁊ suo semini sta-
tim donat: primogenitus vero qui iussu patris vena-
batur in agro: postea veniens nil reportat. Sic ergo
factum est/ ꝙ virtute benedictionis iunior primoge-
nito est ꝑlatus/ ⁊ minori fratri primogenitus est sub-
ditus: qꝛq; pater cecutiens/ dum minorē filiū ꝑmoge-
nitum credidit: vnū ꝓ alio benedixit: ⁊ sic iacob bñdi
ctionem esau a patre habuit: virtute cuius in terra ꝓ-
missionis/ que de iure debebatur primogenito/ mox
successit: ⁊ sic iacob: idest supplantator dict9 est: quia
supplantauit fratrem taliter. Juste (inquit) vocatum
est nomen eius Iacob. ¶ Per istum isaac cecutiētem
possum intelligere prelatum carnalem ⁊ ignorantē/ ⁊ Mora.

parum per rōnem videntē: ꝙ vroꝛē cū rebecca q̄ interpꝛetatur multū accepit. Intelligit̄ carnis affectio seu ambitio/que scʒ hodie accipit vniuersus. Un̄ Abacuch: Totum in hamo subleuauit. Per ouos ꝯo filios intelligitur subditoꝝ suoꝝ duplex cōditio: q̄ scʒ quidam sunt p̄mogeniti.i. boni/q̄ sunt filij ecclesie senes ꝛ maturi/exterius venationi deditu.i. in negotijs ecclesie occupati. Quidā vero sunt iuuenes ꝛ iusti: sicut sunt cognati et nepotuli/intus in domo ecclesie quiescentes: et circa patrem ꝛ prelatum in aliquibus officijs cōmoꝛantes. Igitur dico ꝙ quādoq̄ accidit ꝙ isaac: idest malus p̄latus per carnis affectionē/vel per ignorantiam cecus factus vult aliquā benedictionē.i. promotionem impēdere: ꝛ p̄mogenitū filiū.i. aliquē antiquum q̄ satis seruiuit ecclesie: intēdit p̄ma facie p̄mouere: ita ꝙ sibi p̄cipit ꝙ venationi ꝛ negotioꝝ administrationi vacet/vt benedictionē.i. p̄motionē repoꝛtet: dicens illud apostoli: Labora sicut bonus miles christi. Quia sicut dicitur in libro sapie: Bonoꝝ laboꝝ gloriosus est fructus. Uerūtamē sepe fit ꝙ dum tales p̄mogeniti exterius iussa patris ꝛ vtilitatē ecclesie faciunt: tunc instigante matre sua.i. carnali affectione ꝛ ambitione: iuuenes domi remanentes/p̄mogenitos esse dicunt: in ꝑtum scʒ sibi debere dari p̄motiones asserunt: qꝛ cibos.i. munera simoniace p̄tri i p̄lato offerunt: ꝛ manus.i. opera obsequiaq̄ et seruitia que fecerunt/ostēdunt vna cū pelle carnalis affectionis/vel ꝯsanguinee piunctionis quā p̄tendunt. Sic ergo fit ꝙ taliter decipiūt patrē.i. p̄latū: qui se faciūt p̄mogenitos.i. magis bene meritos credere: ꝛ sic solent benedictionē.i. p̄motionem que debebatur p̄mogenitis ꝛ antiquioꝛibus repoꝛtare. Sicq̄ iunioꝛes antiquioꝛib⁹ p̄ferunt. Primogeniti vero boni ꝛ laboriosi/qui post venationis et laboꝝ studia p remuneratiōe reuertunt̄ ad patrē: in subiectione remanent: ꝛ supplantatoꝛes ꝛ impij p̄mouent: ꝛ terram p̄missionis.i. bona ꝛ pinguia beneficia consequūtur. Unde Eccles: Uidi seruos in equis/ꝛ p̄incipes ambulantes sicut seruos super terram. Mater eñ eoꝛū.i. ambitio que optime parare cibos nouit: quibus p̄lati libenter vescuntur: duos hedos.i. munera duplicata ꝛ magna accipi mandat: vestesq̄ optimas: idest exterioꝛem pompam recipi consulit: ꝛ tādem manus pilis.i. diuitijs ꝛ muneribus circumuolui p̄cipit. Quibus tactis manualiter.i. appreheñsis iste pater.i. p̄latus ipsum esse p̄mogenitum asserit atq̄ dicit: Nunquid tu es filius meus p̄mogenitus esau? Tu es filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Tactu eñ magis credidit q̄ auditu: qꝛ isti plus volunt munera tāgere/ꝙ p̄missiones audire. Filij (inq̄t) accede ad me/vt tangam te. Accessit ꝛc. Statimq̄ vt sensit vestimentoꝛum eius fragrantiam/benedicens illi ait: Ecce odoꝛ filij mei sicut odoꝛ agri pleni/cui benedixit dominus: Seruiāt tibi tribus: esto dominus fratrum tuoꝛum. Uide ibi. ¶ Uel dic ꝙ isaac.i. malus p̄latus quando vult dare benedictionē.i. beneficium vel p̄bēdam/vocat p̄mogenitum p̄dilectū ꝛ ab eo p̄electum ꝛ sibi dicit/ꝙ ad venationē vadat/ꝛ sibi cibos offerat.i. ꝙ munera sibi p̄curet: ꝛ querat vbi beneficiū quod vacat/det sibi per benedictionē p munere. Uerūtamē sepe fit ꝙ dum p̄curat venationē suam.i. munera que debet sibi offerre/ab alio anticipetur: qui oblatis hedis.i. muneribus p̄o p̄mogenito acceptatur/ꝛ alius spe fraudatur. Sicq̄ fit ꝙ ille qui p̄ius cibos offert/ꝛ q̄ p̄i⁹ munera symoniaca pa

Abac. 1.d.

2. Tim. 2.a.

Sap. 3.c

Eccle. 10.b.

Mat. 3.c.

Aliter.

in p̄offert/ benedictionē et p̄motionē ab eo p̄ius refert: vt qui p̄ioꝛ opponat/p̄ioꝛ habeat: ꝛ p̄ioꝛ offerat/reliquias p̄ioꝛ tangat. Solent ergo isti mali et pessimi supioꝛes alijs superuenientibus te excusare. Uenit (inquit) german⁹ tuus fraudulenter/ꝛ abstulit bñdictionē tua. Benedicti et erit bñdictus. ¶ Uel dic ꝙ iste pater est iudex: quia reuera illi ... vere cognoscat/quē mediāte p̄ito.i. mediātib⁹ munerib⁹ vel affectione examinat atq̄ tangit: ꝛ ideo fit ꝙ talis b̄ndictionē alteri⁹ repoꝛtat/dū p̄o ip̄a iudex iniuste iudicat: ꝛ alterius iustitiā sibi donat. Cōtra quod Esa. Ue qui iustificatis impiū p munerib⁹/ꝛ iustitiā iusti auferτis ab eo. ¶ Uel dic ꝙ isaac est de⁹/q̄ scʒ duos filios habuit.i. duos populos/scʒ iudaicū p̄p̄lm p̄mogenitū. Oꝛee: Primogenitus meus israel/ꝛ gentiles etiā iunioꝛē. Sed dū esau.i. pp̄ls iudaicus exteri⁹ circa sensum literalē scripture remanet: iunioꝛ gētilis domi remanēs.i. interius sensum scripture penetrās: patris benedictionē/scʒ fidē christianā habet: ꝛ celi bñdictionē p̄cipit. Iste eñ dū patri suo deo ad instrumentum matris sue gratie cibū virtutū cū pellib⁹ bonoꝛū exēploꝛū p̄tat: bñdictionē fidei et gloꝛie que fratri suo p̄mogenito.i. populo iudaico debebatur/repoꝛtat. Unde dicitur. Multi venient ab oꝛiente ꝛ occidente/ꝛ recumbent cum abꝛaam/isaac ꝛ iacob: filij aūt regni ejicientur foras. Esau aūt p̄sequitur Jacob benedictum: ꝛ iudaicus populus odit ꝛ persequitur christianum. ¶ Uel istud potest allegari de occulta dei p̄uidentia: q̄ p̄ter et contra voluntatem ꝛ spē hominum suū introducit effectum. Decreuerat enim deus se Jacob benedictionem daturum: quapꝛopter ipse fecit ꝙ contra p̄opꝛiam intētionē ip̄m Isaac benediceret: ꝛ ꝙ frater suus tunc tempoꝛis foꝛis esset: qꝛ scilicet sepe fit ꝙ deus hominum p̄opter intentiones tanq̄ instrumento suo vtitur: vt suis quem intendit efficaciter consequatur. ¶ Uel allega cōtra hypocritas. qui similes sunt Jacob: quia scilicet man⁹ idest opera sua cooperiunt pellibus idest fictis palliationibus: quapꝛopter sepe fit ꝙ benedictionem idest p̄motionem repoꝛtant. ¶ Uel dic ꝙ de hypocrita potest dici ꝙ vox inquit vox iacob est/sed man⁹ manus sunt esau: qꝛ scilʒ vocē habent bonā et verba honesta/sicut iacob q̄ fuit bonus: manus autē impias habēt ꝛ opera mala/sicut esau q̄ fuit malus.

Aliter.

Esa. 5. f

Allegoria.

Osee. 11 a.

Mat. 8 b.

Aliter.

Aliter.

Aliter.

¶ Capitulum vicesimumoctauum Text⁹ Uocauit itaq̄ Isaac Jacob. Moꝛalitatū. Capitulum. XX

Sicut dicitur Gen̄ xxviij Jacob fugiens irā Esau fratris sui/recessit in Mesopotamiā ad Laban auunculum suum/ vt sic a fratris impetu saluaretur. Dū igitur esset in via sup posito lapide capiti suo/obdoꝛmiuit: in somnis scalam celum tangentem aspexit/et angelos per scalam ascendentes et descendentes/dominūq̄ innixum scale vidit. Tandem vero venit ad puteū: cuius os grādi lapide claudebatur/vbi oues et cameli adaquabātur: post hoc Lyam ꝛ Rachelem vroꝛes accepit: ꝛ ipsi Laban multas diuitias acquisiuit. ¶ Reuera sic debet facere iacob supplantatoꝛ idest quilibet qui vult diabolum supplantare. Si enim videt ꝙ Esau. frater suus idest diabolus vel etiam coꝛpus p̄opꝛiū ip̄s persequatur in patria patris/scilicet in mundo. ꝛ eū per diuersa vitia conetur occidere. debet statim patriam et mundum per contemptum exire: ꝛ ad Labā idest ad

Histoꝛia.

B.

Moꝛalitas.

idest ad deũ ꝑ oratione; ⁊ ad matris sue.i. diuine gr̃e
mandatũ dz in terrã alienã/scz ad religionẽ vel eccle=
siã/vel ad morũ ꝑfectionẽ transire. Supra.xij. Egrede
re de terra tua ⁊ de cognatione tua/⁊ veni in terrã quã
monstrauero tibi. Dũ ergo talis viã ꝑfectionis ag=
greditᷣ: necesse est ꝙ a mundi tumultibus descere vo
lens/capiti suo supponat lapidem.i.christũ: ꝗ est pe=
tra firma/scz ipsi per spem et desideriuz innitatᷣ: qḋ si
fecerit: in pace per mentis tranquillitatem descet: scalã
plenã deo ⁊ angelis ꝑ quã in celũ ascenditᷣ.i. viã virtu
tum q̃ christus est: vbi ⁊ viri angelici ascendũt in celũ
cognoscet: tandẽ puteũ sacre scripture: q̃ grandi lapi
de/idest grãdi difficultate clausus ẽ: ⁊ q̃ pro adaquã
dis ⁊ potandis camelis ⁊ ouib⁹.i. magnis ⁊ puis or=
dinatus est reperiet: ⁊ tandẽ duas filias Laban/scilz
Rachelẽ ⁊ Lyam.i. duas vitas filij dei/cõtẽplatiuam
⁊ actiuaz in vxores accipiet: ⁊ ipsius Laban diuitias
C i. virtutes ⁊ merita vel gl̃iam eternã a deo ꝑcipiet et
Ge.41. acq̃ret: ⁊ sic poterit dicere illud Gen. Crescere me fecit
g. dñs in terra paupertatis mee. Sz sicut videmus ꝙ Ia
cob q̃uis esset valde ditatus. Esau tñ fratrem suũ si=
bi occurrentẽ timebat: nec ipm̃ habere voluit sociuz
dibus debebat festinantissime manducari. ¶ Ista Mora.
omnia possunt applicari ad esum agni immaculati:
idest ad receptionem corporis iesu christi:quia reue
ra ad hoc ꝙ nos qui debemus esse veri hebrei.i. per
mundum transeuntes/τ non manentes : etiam debe
mus esse filij israel.i. deum per fidem τ contẽplationẽ
videntes:iuxta illud quod scribitur in epistola : qui
dum nos huius mundi non sumus incole/sed adue
ne/sed ad hoc in mundum venimus/vt nobis ibidem
non liceat persistere. Si transire possumus mare ru
brum.i.mortis amaritudinem secure trãsire:τ per de G
sertum purgatorij ad terram promissam/scȝ ad paradi
suȝ pertingere:necesse est ꝙ simul per charitatẽ τ vni
tatem fidei communicemus:τ ꝙ agnum paschalem
christum in sacramento altaris digne comedamus.
Est igitur necessarium ad ipsius dignã sumptionem/
ꝙ ossa ipsius non comminuantur:τ ꝙ nihil de eo su
perfluum reseruetur : et ꝙ nihil credatur de eo super
fluum/nec aliquid diminutũ. Ossa enĩ integra seruã
tur/qñ quicquid est necessarium/creditur:nihil vero
superfluuȝ seruat̃/quãdo nullus error superuacuus ad Eccli.
miscetur. Unde dicit̃: Neqȝ adiectuȝ est/neqȝ minuit̃. 42.d.
Iste igit̃ debet mãducari assatus in igne per feruorẽ di
lectionis:cũ lactucis agrestibus.i.dolore cõtritionis:
cũ accinctis renibus.i.cũ moderatione cõtinẽtie/τ lu
xurie restrictione:cũ pedibus calciatis.i. cum mortis
meditatione:cũ baculis in manibus/id est cũ crucis
spe τ deuotione:cũ sanguine in ostio.i. mortis christi
τ sue passionis τ sanguinis recordatione τ cõpassio
ne. Calciamẽta autẽ q̃ fiunt de pellibus animaliũ mor
tuorum/significant mortis memoriã:baculus significat
crucem/sanguis crucem dominice passionis. Mãdu
cari etiã τ recipi debet iste agnus.i. sacramẽtum cum 1.Cor.
capite.i.cum deitate. Unde Apostolus: Caput christi 11.d.
deus.

deus. Cum intestinis.i.cum humanitate: cum pedi-
bus.i.cum sacramētorum et articulorum sequela et vniuer
Eccli.16 sitate. Iste enim agnus nunquam digne recipitur nisi huma
a. nitas et articulorum veritas per fidē integre comedatur.
D Unde: Omnem escam manducabit venter. Festinanter
autem debet comedi: ad denotandū quod circa inquisitiōes
istius sacramenti non debet homo imorari: nec etiā
circa misse celebrationē vel eucharistie sumptionē:
ne forte vane cogitatiōes vel dubitatiōes possint in-
surgere: quibus possit fidei veritas vacillare: sicut nul
lus nisi esset circūcisus debebat de isto agno comede
re: sic nec de sacramēto altaris debemus gustare nisi
fuerimus per penitentiā a vitiorum superfluis circūcisi.
Iobe.2.c Unde: Scindite corda vestra etc.

Capitulum decimumquartum. Textus. Locutus est autem dominus ad moysen. Moralitatum. Cap. VII

Histo-ria Cum filii israel mari transacto per desertum
transirent voluit eis omnes contra ola incōmo-
da de remedio prouidere: et quia affligebantur
estu per diem obscuritate per noctē: et qui etiam
viam nesciebant et poterāt errare: panē nō habebāt
et poterāt esurire: aquas non inueniebāt et oportebat
sitire. Cum scilicet illa patria talis esset prout cōmuniter dicitur:
quod nec panis ibi cresceret nec aqua flueret nec etiam
arbor viresceret: cum esset patria sterilis atque sicca:
quatuor specialia remedia concessisse videtur: quia scilicet iste pro
uidit eis de colūna nubis per diē quae estum obscuritate
sua temperaret: et de colūna ignis per noctē quae sua clari-
tate totū illuminaret: sicut dicitur Exodi.xiii. Item proui-
dit eis de māna quae famem relevaret: sicut dicitur infra
A xv. de aqua a petra fluente quae sitim temperaret: sicut
Mora-litas Exo.xvii. Item de angelo qui eos cōduceret et ne er-
rarent caueret: sicut dicitur Exodi.xxiii. Sic vere cum
filii israel.i.sancti et probi viri in deserto huius mūdi:
dum ad terram promissionis idest ad paradisum pere
grinando procurrūt: et multa et plura et magna habeāt
incōmoda.i.ardorē male cōcupiscentie tenebras autem
ignorantie: famem boni et sitim auaritie nec nō igno-
rantiam vie recte.i.iustitie: et ergo prouidit eis omnes de
remediis oppoitunis: quia scilicet ipsis misit nubē.i.chri-
stum filium suū purū et nubeū: qui predicando refrige-
rauit cōcupiscentie ardorē. Ignem.s.spiritum sanctū qui
illuminauit errorē et tenebrarum horrorē: māna.i.sacrm
altaris quo satiauit desyderiorum amorē: aquā de petra
sacre scripture qua temperauit mali appetitus feruorē
angelū ducē.i.diuinā gratiam qua demonstrauit vie ve
ritatis splendorem. Uel dic moraliter quod nubes est
Aliter Tropo logica pulchra rorifluum pietatis: ignis incendiū charitatis: māna
dulcedo deuotiōis: aqua lachrymose cōpunctionis:
angelus intellectus clare cognitiōis et discretionis.
Unde dicitur: Ecce ego mitto angelū meū qui preparabit
viā ante faciem tuā. Nubes quae precedebat filios israel
in deserto facta erat ad modū colūne: vnde ista dicebatur
colūna nubis de die ad refrigerandū contra ardorem:
colūna ignis de nocte ad illuminandū contra tenebra
rum horrorem: sicut dicitur Exo.xiii. Stabat autē ista
nubes super populū: et quamdiu stabat imobilis populus
B firmis tentoriis quiescebat. Cū autem nubes ista moueba
tur et eleuabatur et populus filii tentoriis motis nubem se-
quens proficiscebatur. Quo facto iterum vbi ipsam videbāt
stare ibi finaliter sistebantur: sicut dicitur Numeri.ix. Unde
ibidem dicitur: Ad imperiū dñi figebant tentoria: et ad
imperiū dñi deponebant etc. Per istam nubem potest

intelligi prelatus: quia pro certo iste datus est filiis israel
idest fidelibus subditis et in principem et in ducem: quae
scilicet ipsos per desertū huius mūdi dirigat: et ad terrā pro-
missionis.i.ad paradisum verbis et exēplis conducat: quia
pro certo iste debet esse colūna rōne stabilis firmitatis:
nubes rōne rorifluae pietatis: ignis illuminans rōne
limpidissime sciētie et veritatis: quia colūna debet alios
spūaliter et temporaliter sustētare: quia nubes debet alios doctri
nis et beneficiis irrigare: quia ignis debet alios per charitatem
incēdere et per sapiam illuminare. Ideo de tali prelato di
citur in Ps. Expandit nubē in protectione eorum et ignē Psal.
vt luceret eis per noctē. Quid ergo? pro certo iste debet 104.d.
populo.i.subditis superstare et cū eis personaliter cōmane-
re: et per iurisdictiōis eminentiā preeminere: et per exēplorum da-
tionem super eos et corā eis presentialiter se monstrare.
Populus uero subditorum se debet conformare penitus isti nu
bi.i.bono prelato discretori spūali: et ideo cū ipso moto
per bona opera debet moueri: cū ipso eleuato debet leuari
per contēplationē: cū proficiscēte debet virtutibus proficisci: cum
ipso stāte et manēte.s.in bono proposito debet similiter
populus in fide et moribus stabiliri. Unde de sanctis aialibus
i.de prelatis et de rotis.i. de subditis dicitur Ezech. Cum Ezech.
euntibus ibāt cum stantibus stabant et cū eleuatis a 1.c.
terra pariter eleuabantur: et cū ambularēt quae prima erāt
sequebantur etc. Uel dic quod colūna est christus quae scilicet in Aliter.
die presentis vite nubeus pluuiosus et misericors inue- C
nitur. In nocte uero.i.in futuro iudicio vel in morte
igneus.i.seuerus et iustus et rigidus. In nocte.i.erga
impios et obscuros. Ipse est enim qui secundum diuersas per-
sonas et secundum diuersa tempora diuersificat seipsum: et ita
est nunc nubes misericordiam pluēdo nunc ignis iu
stitiam exequendo: ita quod sibi proprie potest dici illud
Eccli. Ecce ego in altissimis habito: et thronus meus Eccli.
in columna nubis. De ipso etiam dicitur: Deus no- Deute.
ster ignis consumens est. Uel si vis dic in malo: quod 24.d.
nubes est malus qui dicitur columna nubea propter Aliter.
instabilem vanitatem: columna nubea igne propter
ardentem cupiditatem. Et dicitur sequi a populo pro-
pter facilem malorum suorum exēplorum conformi-
tatem: populus enim nubē.i.prelatum qui sibi preminē
premittitur solet sequi: et eius malis moribus conforma
ri. Quia sicut dicitur: Qualis rector ciuitatis talis
populus qui habitat in ea. Tales enim duces inueniun Eccli.
tur hodie multi scilicet qui hodie tenent preeminentiam 10.a.
huius mundi etc. Cum populus dñi in egyptū trās ca.18.d.
mare rubrum eductus videlicet ad terram promissio Histo.
nis hierusalē procederet: et vt per regionem philistino-
rum breuius et facilius et plenius incedere posset do-
minus noluit: ne forte populus philistinorum sibi bella
moueret et tedio affectus iterum in egyptum rediret.
Duxit igitur eos dominus per desertum cuius officia
lis esset via: pro eo quod ibi non erant homines non ti D
mebantur prelia seu bella. Sic vero populus noui- Mora.
tiorum et nouiter de egypto.i. de statu infidelitatis
vel de peccato seu de mundo egressorum et ad fidē seu
penitentiam conuersorum: debet a via philistinorum
idest a strepitu mundanorum et peccatorum submo-
ueri: ne forte per malorum ipsorum exempla dicta et
facta bella tentationum insurgant: que istos faciant
ad egyptum.i.ad vitia retrouerti. Nouiter enim ad fi-
dem ad religionem seu etiam ad penitentiam conuer
sus bellis tentationum insurgentibus ad vomitum
reuertitur: si philisteis.i.peccatoribus et infidelibus
misceatur. Et ideo necesse est quod tales ad interiora de-
serti ducantur.i.in claustris et conuentibus necnon

cum alijs bonis ⁊ fidelibus et in ipsis vijs penitentie
difficilibus teneantur vt ad celestem hierusalem sine
periculo perducantur. Et inde est ꝙ religiosi solent no
uitios suos de via philistinorum.i. secularium ⁊ carna-
lium amicorum tollere: ⁊ eos quantum possunt ab eis
abscondere ⁊ elongare ne forte ipsis contingat ad egy
ptum.i.ad seculum retroire: scientes ꝙ secundum doctrinas
christi Luce.ix. Nemo mittens manum suam ad aratrum ⁊
Allego. respiciens retro/aptus est regno dei. ¶ Uel si vis dic ꝙ
populus fidelium qui per mare rubrum.i.per baptis-
mum/pharaonis.i.diaboli euasit dominium debet phi
listinorum.i.mundanorum vel peccatorum consortia fugere/⁊
per desertum religionis vel penitentie ad promissiones
Psal. paradisi venire/dicendo illud Psal. Elongaui fugiens:
54.b. et mansi in solitudine.

¶ Capitulum decimumquartum Textus: Persequentesque egyptij: ingressi sunt post eos: ⁊ omnis equitatus Pharaonis: currus eius et equites. Moralitatum Cap. VIII

E Gyptij vt filij israel intrauerunt mare rubrum:
Histo- ⁊ hoc quia egyptij persequentes hebreos: ipsos
ria. occidere voluerunt. Uerumtamen sic actum est
ꝙ hebrei per mare sine periculo apertis aquis/
et ab vtroque latere restrictis ⁊ diuisis transierunt: egy-
Mora- ptij vero remanserunt. ¶ Dic moraliter ꝙ egyptij qui
litas. hebreos nituntur in seruitute tenere/sunt peccata que
nituntur animas subiugare. Uerumtamen isti hebrei ad
mare rubrum.i.ad penitentie amaritudinem transeunt:
sic ꝙ isti liberi ⁊ salui euadunt: aquis vere compunctio-
nis mediantibus/egyptij.i.peccata ibidem pereunt
Aliter ⁊ succumbunt. ¶ Uel dic ꝙ mare rubrum est mundi pro-
speritas/vel etiam vita presens vel mundus: qui dicitur ma
re propter fluctuositatem: rubrum/propter carnalitatem.
Hebrei igitur.i.viri iusti per istud mare possunt sine
periculo transire: quia scilicet aqua voluptatum non solet
istos quantum ad affectionem tangere: quinimmo isti so-
lent per siccitatem paupertatis ⁊ penitentie penetrare/
⁊ illesi ad celestem hierusalem felicitatis pertransire. Unde
Exo.15.c dicitur: filij autem israel ambulauerunt per siccum in
medio mari. Egyptij autem.i.mali/non sic: quia isti mare
rubrum vite presentis sine periculo non transeunt: quia
videlicet aque deliciarum ⁊ voluptatum ipsos inuol
f uunt: ⁊ sic per diuersa vitia ipsos destruunt ⁊ confundunt.
Psal. Ps. Inimicos autem eorum operuit mare: quia breui
77.f. ter illud est verum/ꝙ boni ⁊ discreti viri solent quasi per
mundi fluctum ⁊ temporalia negotia bene vtendo illesi
transire: vbi tamen mali qui bene prosperis vti nesciunt/
solent per vitia succumbere ⁊ perire. Soli autem filij
israel.i.discreti viri solum deum videntes ⁊ per deuotio-
nem ⁊ contemplationem ad deum mentaliter tendentes/a
mari fluctuosi seculi non leduntur: vbi tamen alij nau-
fragantur in ipso actu persecutionis/quo egyptij filios
israel compellebant exire/dicentes: Omnes moriemur.
Ca.12.f. ¶ Immutauit dominus egyptiorum voluntatem: dedit que fi-
lijs israel gratiam in conspectu eorum.ita ꝙ vasa aurea
⁊ argentea que ab eis petierunt hebrei/ipsis libenti
animo egyptij concesserunt: ⁊ sic vltra mare rubrum/et
ipsis egyptijs compellentibus/cum egyptiorum spolijs
recesserunt. ¶ Istud potest exemplariter applicari ad
Anago occultam dei prouidentiam: que occulte potest volun-
ge. tatem hominum mutare: ⁊ etiam contra propositum
in contrarium applicare: que etiam bonos de bonis ma-
lorum solet aliquotiens ditare: ⁊ mercedem quam merue-
rant/ex alio latere quam sperabatur eisdem procurare. Con-
stat enim ꝙ filij israel seruierant egyptijs multis tem
poribus/nec receperant aliquid pro mercede: ⁊ ideo quan-
do recesserunt voluit dominus ꝙ per talem modum
ex vasis egyptiorum fieret eis satisfactio/vt haberent
mercedem de seruitio. Unde dicitur: Iusti tulerunt spo Sap.
lia impiorum. ¶ Uel dic ꝙ idcirco voluit dominus 10.d.
spolia deportari: vt tabernaculum quod fieri decreue Aliter.
rat/posset exinde fabricari. Sic vero quando spolia e
egypti scilicet scientie mundi/philosophia scilicet ⁊ poetria ⁊
alia similia/ad compositionem ecclesie sunt vtiles: ideo
vult dominus ꝙ a fidelibus studeantur ⁊ in animo reportentur.
¶ Uel dic de bonis temporalibus: que quia pro vita presenti sunt Aliter.
necessaria/ideo permittit dominus ꝙ a filijs israel.i.religio
sis ⁊ ecclesiasticis acquirantur.

¶ Capitulum decimumquintum Textus.d. Tulit autem moyses israel de mari rubro. Moralitatum Capitulum. IX

E Gressi filij israel de mari rubro/ambulaue- Histo.
runt per desertum/⁊ venerunt in marath: vbi
aque erant ita amare ꝙ ipsas bibere pre ama-
ritudine non valebant: de quo cum populus
murmuraret/orauit Moyses ad dominum. Qui osten
dit eis lignum: quod cum misisset in aquas/in dulce
dinem sunt mutate. Exinde autem venerunt helim:
vbi erant duodecim fontes/⁊ septuaginta palme.
¶ Sic vero cum quis de mari.i.de mundo vel de pec- Mora.
cato egrediens: desertum religionis vel penitentie per-
ambulat: constat ꝙ ibi inuenit aquas amaras plurium
tribulationum ⁊ displicentiarum; que scilicet sunt sibi ama-
re.i.difficiles atque dure/ꝙ ipsas nequit bibere.i.peni
tentiam sustinere: propter quod solet de statu illo con-
queri: ⁊ ꝙ desertum huius intrauerunt murmurare.
Talibus debet dari in consilio/ꝙ lignum scilicet crucis
christi per considerationem accipiant: ⁊ ꝙ tormenta ⁊ ama-
ritudines tormentorum ipsius videant: ipsumque in aquis h
amara quam bibunt.i.in tribulationum amaritudine
quam sentiunt/misceant: vnumque cum alio recompensent: ⁊ sic
procerto huius amaritudo in dulcedinem eis vertitur: et
quicquid erat difficile/leue et facile reperitur. Unde Iudith
dicitur: A ligno obdulcata est aqua amara. Quia 5.c.
secundum Grego. Dulce est quod toleramus/si considera-
mus quid bibit ad patibulum christus. Quia enim
nostre amaritudines quas in deserto penitentie vel
religionis sustinemus/respectu amaritudinis crucis
⁊ passionis christi nihil sunt: ideo si hoc lignum appo- Narra-
nitur/dulces fiunt. ¶ Sic de nouitio legitur/cui asperi- tio.
tas ordinis dura fuit volenti igitur recedere/apparuit in
cruce christus/ostendens plagas lateris/⁊ dicens: Ex his
salsa panem tuum hordeaceum quem comedere non potes.
Et extunc recessit tentatio de recessu. Benedictum ergo Sa.18.a
lignum per quod fit iustitia. Sic ergo veniet homo finali-
ter in helim/quod interpretatur fortis.i. ad fortitudinem
⁊ constantiam mentis: vbi.s. duodecim fontes/idest duo-
decim apostolos: septuaginta palmas i.septuaginta
christi discipulos poterat inuenire: quorum virtus ⁊ soli Aliter.
ditas suam inconstantiam poterit stabilire. ¶ Uel dic ꝙ
amara aqua est fortis tentatio/vel generaliter quelibet
tribulatio: que tunc facilius sustinetur/quando ad li
gnum.i.ad crucis memoriam recurritur: ⁊ quasi ad christi
passionem ⁊ deuotionem venitur.

¶ Capitulum decimumsextum Textus: Profectique de helim: venit omnis multitu do. Moralitatum Capi. X

Populus

A Visto. Populus adhuc carnalis/videns q panes et carnes ad comedendu no habebat: cepit cotra dnm murmurare: egyptiqz quas ia dimiserat delicias memorare/dicens: Cur eduxisti nos in solitudine/vt interficeres nos fame? Utinam mortui essemus in egypto/qn sedebamus sup ollas carnium/et comedebamus panes in saturitate. Quo audiens dns/pluit illis et carnes et panes. Coturnices em sup castra eoz p multitudine ceciderut: de qbus singuli qntu voluerut/acceperunt: mana ad modu pruine de celo cecidit: qd ppls p pane habuit et collegit: et murmura

Mora. re cotra deu cessauit. ¶ Sic vo plerumqz otingit q post aggressione alicuius ardui ppositi: postq ingressum deserti religiois ppls adhuc carnalis dolet de esu carnium dimisso/et de panis defectu. i. de famis vel abstinentie infortunio aliquotiens imisso: recordaturqz carnes et pane. i. carnales delicias et tpales/qs in egypto mundi dimisit: murmurat otra sterilitate/paupertate et penuria qua intrauit. Dns igit qnqz talibus ex sua ineffabili gratia mittit volatilia p carnibus. i. celsitudinem otemplationis: mittit etia mana dulcissimu p panibus. i. dulcedine deuotiois: et sic isti filii israel desertum penitentie assuescut: desyderiaqz carniu. i. deliciaz carnaliuz dissuescunt: et oteti statu suo/a deserto penitentie nullatenus resipiscunt: sz ibide pacifice extuc viuunt.

Psal. 77.c. Ps. Pluit eis mana ad maducadu cibaria misit eis in abundantia. Et ibidem: Pluit illis sicut arena maris

Aliter. volatilia pennata. ¶ Uel si vis/dic q carnes significant eucharistia: mana vo sacra scriptura: q sunt cibi

B Allego. viuentiu in deserto. Manna qd pluit dns filiis i deserto/erat qda3 cibus q ad modu pruine albe terra operiebat Eratqz qsi seme coriadri albu: gustusqz eius quasi simile cu3 melle/coloris videlicet bdellii: sicut di hic: et sicut di alibi. Ppls igit istud colligens/in mortario

Nume. 11.b. oterebat: et panes vel cibos inde faciebat siue conficiebat. Erat aut cibus iste dulcissimus et mirabilis: qr ad quemcuqz saporem volebat ho/ouertebat: sicut dicit Sap xvi. Erat etia i hoc mirabilis: qr cu singuli iuxta certa mensuraz gomor dictam: qnqz aliq plus/aliqui minus colligerent: sic fiebat/q nec q magis parauerat/magis repperit: nec q minus collegerat/repperit minus. Residuum igit qd remanebat in campo/oriente sole dissoluebat: qd vsqz mane seruari no debebat: quicqd vo recollectum vsqz mane seruabat/scaturiens vermibus putrescebat. Preceptum est igit aaron/q vrnam auream manna impleret: et q eam perpetue rei memoriaz in tabernaculo seruaret. Sume inquit vas vnum et pone in man. Istum igit cibuz in deserto filii israel habuerunt: ipm vero qn in terram habitabilem eis pmissam venerunt: et de terre fructibus gustauerut/continuo pdiderunt: sicut patet hic/et etiam Josue.

Josue. 5.c. ¶ Sicut sancti doctores exponunt: iste cibus scz manna/significat corpus christi in sacramento altaris: et

Allego. hoc primo rone nois. Man em seu mahu interpretat qd est hoc: qr scz sicut dicit hic/hebrei videntes manna de celo descendere/dixerunt mahu/idest/quid est hoc admiratiue loquendo. Sic vo quicuqz bene osyderat

C cibum istum/scz christum in sacramento altaris: merito pot mirari et dicere: mahu/idest qd est hoc: qr ibi sunt tot mirabilia/q merito pot fieri questio de eode.

Psal. 117.c. Unde in psal. dicitur: q a dno factu est illud: et est mirabile in oculis nostris. ¶ Item per manna intelligitur eucharistia rone loci: qr sursum de loco venit a potestate diuina/no humana. Unde dicitur: Pater dat

Jo.6.d vobis panem de celo. ¶ Item rone modi: qr tantum

habebat qui multum/sicut q parum colligebat: qr. s. in qualibet particula est totu corpus christi: et in oibus no est nisi vnu. Unde dicit: Neqz adiectu est/neqz minuitur. Qui em plures hostias osecratas recipit: non magis habet de christo/q ille q solum modo sumit vnam. Unus tantu recipit sicut centum/et econuerso Et ideo canit: Sumit vnus sumunt mille/quantu vnus tm illi. ¶ Ite rone virtutis: qr scz mana oem saporem habebat: et qcquid volebat comedens sapiebat. Sic eucharistia oem habet virtutez: et ad oia quecuqz homo voluerit/pot valere: dum tn ho sciat ipm debite et digne recipere et tractare. Unde dicitur: Oem habens virtutem/oia pspiciens. Unde est illud: Simila cu melle: idest caro cum diuinitate: vel panis species cu christi corpore et humanitate. Unde Ezech. Similam et mel et oleum comedisti. ¶ Item rone finis: qr tantuz durauit qdiu fuerunt in via: idest in deserto: et defecit eis in termino. Sic etiam sacramentuz altaris est institutum p via huius vite: idest p transitu deserti huius mundi: quia reuera qn veniemus ad terminu huius vie: idest ad terminum pmissionis/et ad habitaculum paradisi: tuc deficiet nobis nubes et manna: idest ignorantie obscuritas/et sacramenti huius velata difficultas. Nam qn tuc comedemus de fructibus terre pmissionis: idest qn tunc gustabimus suauitate glorie paradisi: incipiemus videre p species q nunc videmus p fidem: et tunc amittemus vmbram/qn plene videmus veram luce. Unde apls: Uidemus nunc p speculum et in enigmate: tunc aute facie ad facie. ¶ Item rone similitudinis: qr scz manna erat simile semini coriandri/quod est mors canibus. i. malis: et medicina hominibus/idest rationabilibus et bonis Simile est bdellio qd est gutta amara/pp ter otritionis amaritudinem/qua comedens debet habere: et simile pani oleatico/pp ter dei misericordiam/qua recipiens debet habere et sperare. Quid igit? Pro certo duo erant circa istud manna necessaria: scz q vsqz mane nihil reseruaretur: et q ad perpetuam memoriam in vrna aurea poneretur. Sicqz vero de isto sacramento necesse est/q ipsum vsqz mane p comedendo non reseruemus: idest q in spirituali masticatione/disputatione et perscrutatione ipsius non nimium immoremur: ne forte vermes erroz et dubitationum circa illud in nostris cordibus oriantur. Apls: Non plus sapere q oportet sapere. Et alibi: Non remanebit de eo quicq vsqz mane. Debet igit veraciter comedi: idest simpliciter confiteri: et in vrna aurea. i. in corde mundo et sancto per fidem et deuotionem reponi. Unde dicit: Joseph aute mercatus sindonem/inuoluit eum/et posuit in monumento. ¶ Uel si vis: dic q manna est deuotio/vel celestis gratia/q de celo venit: et q si nimis sine comestione: idest sine boni operis executione seruetur/putrescere: et vermibus/idest vitiis et malis cogitationibus deficere consueuit. ¶ Uel dic q tunc manna deuotionis et celestis dulcedinis filiis israel. i. christi fidelibus deficit: quando fructus terre. i. quando bonoz terrenorum suauitas eis sapit: statimqz spiritualiuz dulcedinem pdunt: qncuqz fructus terre. i. terrenaz deliciaz et diuitiarum dulcedinem affectu pcipiunt et attingut. Unde in Prouerbio. Anima satiata calcabit fauum. ¶ Uel dic q aaron. i. deus pater in vrna aurea/idest in vtero virginis: manna de celo missum/id est filium suum posuit: ipsumqz in tabernaculo ecclesie perpetuo per fidem custodiendum mandauit. ¶ Uel dic q manna est sacra scriptura: q p studium teritur/p dis-

Eccli. 18.a. — Sa.7.c. — Ezech. 16.b. — D — 1 Co.13.d. — Roma. 12.a. — Exo. 12.b. — E — Mat. 27.g. — Aliter. — Prou. 18.a. — Aliter. — Aliter.

putationē ⁊ verā expositionē/p doctrinā in torculari
exponitur. Jtē ista est filiis bdellio p asperitatē ⁊ ama
ritudinē reprehēsionis: filiis pani oleatico ꝓpter dul
cedinē ꝯsolationis. Jsta est similis coriandro: propter
hoc ꝙ ista est mors iudeis ⁊ hereticis ipsam male in
telligentibus ⁊ est etiā vita bonis: q2 scȝ semen coriā
dri mors est canibus/⁊ medicina hoībus. Jsta de ce
lo descendit/inꝗtū scȝ inspirata est a deo ⁊ ab āgelis.
Psal. 77.d. Psal. Panē angeloꝝ mādūcauit homo. ¶ Cū deus
constituisset sabbatū custodire/⁊ in eo requiescere de
Eodem ca.a. creuisset: voluit die veneris duplicem portionē filiis
israel māne in deserto mittere ⁊ pluere: ⁊ duplicē por
Histo- tionē mādauit eis colligere: vt sic possent in die sab
ria. bati quiescere: ⁊ a quocūq3 manuali exercitio cessare.
f Jpsa vero die sabbati māna descēdere cessabat. Qua
propter in die veneris in duplo ppls colligebat. Jpsa
etiā die veneris quicq̄d erat coquendū/coquebant: et
quicq̄d fieri debuerat/faciebant: ⁊ post in die sabbati
penitus quiescebāt/sicut ponit hic. ¶ Pōt illud appli
Mora- cari generaliter: ꝙ bonū est bonos labores preoccu
litas. pare: anteꝗ̄ veniat tpš quo laborandū nō est/et bono
labore fortius insudare. Quapropter ante sabbatum/
idest ante festa debemus actus nostros accelerare: et
etiā si sit necesse/duplicare labores: vt i festo possim9
quiescere/⁊ tranquilliter deo seruire. ¶ Vel dic ꝙ sabba
Anago tū significat requiē mortis: sexta vero dies significat
ge pul- laborē ⁊ exercitiū huius mūdi: iuxta illud: Sex dieb9
chra. operaberis. Jgit cum sabbatū requiei mortis future
Exo.31. nō sit tpš merendi vel operādi: q2 etiā tunc dñs cessa
d. bit māna/idest dulcedinē gratie nobis mittere: nosq3
extunc necesse habebimus ab oī ope meritorio quiesce
re⁊ cessare: oportet ꝙ dū durat ista sexta dies/idest tpš
vite p̄sentis: cibos duplices colligamus: idest ꝙ gra
tiam ꝓ p̄senti/⁊ gloriā ꝓ futuro nobis p bona opera
acq̄ramus sic vt in isto sabbato/idest in tpe post mor
tem habeamus quo in patria viuere valeamus. Nūc
enī est tēpus quo p cōtritionem ⁊ charitatem coqua
mus delicta: et faciamus bona opera colligamusq3
māna deuotionis/scȝ in duplici mensura presentis et
G future saluationis. Quia vero nisi māna celestis dul
cedinis nunc per bona opera ⁊ merita colligatur: cer
te tunc cum sabbatum mortis venerit/non inuenief.
Jdeo bene consulitur. Quodcūq3 potest manus tua/
Eccle. ante mortem operare: quia nec opus/nec rō est apud
9.c. inferos quo tu ꝓperas.

¶ Capitulum decimumseptimuz Textus:
Jgitur ꝓfecta ōis multitudo filioꝝ israel.
Moralitatum. Capitulum. XI

Histo. Cum populus israel p desertū vsq3 in raphi
dim penetrasset: ⁊ pre aque penuria murmu
rare cepisset: ꝑcussit moyses de precepto dñi
petrā oreb: ⁊ egresse sunt aque viue. Simile
ponif in lib. Nume. ꝙ in deserto syn indigēs aqua po
Nume. pulus murmurabat ꝯtra Moysen dicēs: Cur eduxi
20.a. sti ecclesiā dñi in solitudinē/vt ⁊ nos ⁊ iumēta nostra
moriamur? Cur ascendere fecisti nos de egypto: ⁊ ad
duxisti nos in locū pessimū istū: q̄ nec seri pōt/nec ficum
gignit: nec vineas/nec malogranata: nec insup aquā
ad bibendū habet? Quo videns dñs/p̄cepit ꝙ loqueren
tur ad petrā ⁊ ppls daret aquā. Percussit igit Moy
ses silicē: ⁊ egresse sunt aq̄ largissime: ita vt ppls bibe
Mora- ret ⁊ iumenta. ¶ Per desertum raphidim/qđ interp̄
litas. tatur tentatio: ⁊ p desertū syn qđ interpretatur mēda
cium/pōt cōmode sumi mundus: vbi scȝ mendacia ⁊

tentationes abūdāt: ⁊ vbi ficus charitatis ⁊ dilectio
nis/vinea ꝯsolationis/malogranata sacre scripture ⁊
lectionis necnon aqua gratie ⁊ deuotionis deficiūnt
atq3 cessant. Vñ dicif: Adulteriū/mendaciū/furtum ⁊ Osee.
periuriū inūdauerūt sup terrā. Petra oreb/qđ interp̄ 4.a.
tatur ardor vel siccitas: ⁊ petra syn/qđ interpretatur
odiū/significat christū: q̄ reuera fuit petra rōne firmi
tatis/ardor rōne charitatis/siccitas rōne paupertatis/
odium scȝ iudeoꝝ rōne sue inuidiose prauitatis. Vñ 1.Cor.
apls: Petra autē erat christus. Jgit dico ꝙ si in deser 10.b.
to huius mūdi sitis ardoꝝ maloꝝ ⁊ tentationū/penu
riaq3 bonoꝝ spūalium nos affligant: nō restat nisi ꝙ
ad petrā oreb/idest ad christū p deuotionē curram9:
ipmq3 cum virga rōnis bis vel ter ꝑcutiamus: q2 re
uera aquas gratie ⁊ deuotiōis/aquāq3 beneficioꝝ tē
poraliū ⁊ spūalium nobis fundet: ita ꝙ hoīes ⁊ iumē
ta.i.sapientes ⁊ simplices/donis ⁊ gratiis imbuet et
infundet. Ps. Percussit petrā ⁊ fluxerunt aque: ⁊ tor Psal.
rentes inundauerūt. ¶ Vel dic ꝙ qñ tpš siccitatis et 77.c.
sterilitatis abundat: illi q̄ volunt aquā aut pluuiā im Aliter.
petrare: debēt ad petrā/idest ad Christū vel beatā vir
ginem recurrere ipso sq3 virgie/idest oronibus ꝑcute
re: ⁊ sic ab ipsis poterimus aquā ⁊ pluuiā impetrare.
Vñ dicif: Orauit: ⁊ celū dedit pluuiā. ¶ Vel p petraȝ Ja.5.d.
intelligo beatū Petrū/vel etiā quēlibet sanctū: a quo Anago
p certo aqua gratie spūalis ⁊ tpalis extorquef/qñ cū ge.
virga affectionis ⁊ orationis sepius stimulaf. Vnde
Percussoq3 latere petri/excitauit eū. ¶ Vel dic ꝙ pe Act.12.
tra est peccator durus ⁊ obstinatus: quē qñ Moyses/ b.
idest deus/platus vel p̄dicator/virga tribulationis ⁊ Aliter
correctionis ꝑcutit: ipm aquā lachrymose cōpūctio B
nis/vel eleemosyne vel subuentionis emittere cogit.
Quīq3 etiā eū aquā doctrine ⁊ eruditiōis distillare cō
pellit: sicut apparuit in Paulo: ita ꝙ hoīes ⁊ iumen
ta.i.bonos ⁊ malos inebriat ⁊ ꝑfundit. Cōstat enī ꝙ
ꝑcussio tribulationis vel occulte inspirationis ꝑtiȝ
ad deū: ꝑcussio correctionis ꝑtū ad p̄latū: ꝑcussio re
darguitionis ⁊ monitionis ꝑtū ad p̄dicatorem discre
tum: discretā facit petrā.i.duros ⁊ obstinatos pecca
tores aquas lachrymarū fluere/aquas eleemosynarū
emittere/⁊ aquas scientiaꝝ aliquotiens distillare: et
maxime qñ bis.i.pluries frequentaf ꝑcussio ante di
cta: ita ꝙ ab ipso tam hoīes ꝗ̄ iumenta potanf.i.bo
ni ⁊ mali diuites eleemosynis ⁊ scientiis recreantur.
Psal. Posuit desertum in stagna aquarū: terrā sine Psal.
aqua in exitus aquarum. ¶ Vel dic ꝙ petra est sacra 106.d.
scriptura: cuius difficultas ⁊ duritia non statim con Aliter
sueuit aquam doctrine fundere: immo oportet bis vel
pluries studendo et exponendo suadere. Jbidem su
pra. ¶ Subiungitur historia/quomodo Amalech ve Eodem
nit ad pugnandum contra israel in raphidim. Moy ca.c.
ses autem et Aaron et Vr/ascenderunt super verticē Histo-
collis ad dominum pro bellantibus deprecandum. ria.
Cumq3 leuaret manus moyses vincebat israel: si vero
manum paululum remisisset/tunc israel vincebatur.
Quapropter Moysen super lapidem sedere fecerunt:
vr vero ⁊ aaron manus eius (quia graues erant) vsq3
ad vesperam sustentauerunt. Sic factū est victis ama
lechitis/filii israel victoriam habuerunt. ¶ Amalech Mora.
qui interpretatur populus lambens sanguinem: si B
gnificat demones/vel etiam quoslibet homines ma
los: vel etiam quoslibet motus carnis malos/et cor
dis: qui sanguinem crudelitatis lambere ⁊ affectare
noscuntur. Jsti etiaȝ contra israel/idest contra popu
lum/nō cessant bellum facere: ⁊ ipm in raphidim/qđ
interpretatur

interpretat tētatio: idest in mūdo tribulationib9 im-
pugnare. Vñ dicitur: Cōtra malum bonū/ et ɔtra vitā
Eccle. 33. b. mors/ et contra virū iustum peccōr. Moyses significat
bonū platū. Vr et Aaron significāt viros iustos: q sc3
verticē collis. i. celsitudinē cōtēplationis ascendūt/ et
p fideli ppl'o deprecant. Ideo istud est verū/ q multum
pficit oratio moysi israeliticis. i. oratio plati subditis/
oratio iusti pugnātibus desolatis. Vñ dr: Multū va-
Ja. 5. d. let deprecatio iusti assidua. Quia videlicet qdiu pre-
latus et alij iusti orāt: tādiu alij contra inimicos spiri-
tuales victorizāt. Si vero orare remittunt/ tūc adver-
sarij suos vincunt. Stet igitur Moyses/ idest prela-
tus: super lapidē/ idest super boni ppositi firmitatē.
Iuvent eum vr et aaron/ idest viri iusti per mutuā cha-
ritatem: et eleuent manus incessanter p orationis con
tinuitatē. Sic vincet populus eius hostium spiritua-
Ibidē. lium vanitatē. Bene igitur dicitur: Orate p inuicē
Aliter. vt saluemini. ¶ Vel dic moraliter/ q qdiu moyses:
idest ratio et volūtas: ad verticē montis/ idest ad desy-
derium eternoꝝ preparāt/ et manus per orationem ad
deum leuant: israel/ idest motus spirituales in corde
carnales superāt. Si vero eleuationē manuū. i. oratio
nem remittūt: tūc amalechite. i. motus carnales spiri
C tuales superāt atq3 vincunt. In decimooctauo ca. nō
ponitur nisi de ietro moysi constitutione pluriū iudi
cum ɔsulētē: et hoc tamē talium qui timeāt deū/ et ode
rint auaritiā etc. Quod magis videt morale q figura
le: ideo omitto/ et inde transeo.

¶ Capitulum decimumnonum Textus:

Mēse tertio egressionis israel de terra egy-
pti. Moralitatū. Capi. XII

Histo. Cum dñs vellet dare legē suo ppl'o sc3 in mō
te synai ardente et fumāte: vocibusq3 et toni-
truis et voce tube paulatim crescēte: duo pn
cipaliter fuit eis iniūcta. s. q sanctificarēt/ et
vestimenta sua lauarēt: et q terminos ipsis circa mōtē
assignarēt/ quos nullatenus pterirēt. Solis em̄ moy
si et aarō licitū fuit ascēdere/ et in caligine cū dño sursū
stare: populo vero in mōtis pede sunt termini positi:
quos trāsire nullatenus sunt dimissi. Contestare inqt
ppl'm/ ne velit trāscēdere terminos ad vidēdū dñm/ et
pereat. Sacerdotes aūt q ad dñm accedūt/ sanctificē-
tur. Sequit: Retrahe sacerdotes et ppl'os/ ne trāseant
terminos: nec accedāt ad dñm/ ne forte interficiat il-
los. ¶ Mōs significat sacrā scripturā vel etiā ecclesiā
Allegoria. in qua sc3 dñs dat nobis legē/ p quā incedere nos de-
bemus. De qua dicit: Venite ascēdamus in montem
Esa. 2. d dñi/ et ad domum dei iacob: et docebit nos vias suas.
Iste em̄ est mōs altus/ p difficultatē: mons caligino-
sus/ p obscuritatē: mōs ardēs/ p alioꝝ inflāmationē:
mōs fumās/ p lachrymaꝝ in oculis cordis inductio-
nem: mōs tonās/ p cōminationē: mōs tubās/ p doctri
D ne eruditionē. Igit dico/ q illi q de isto mōte scriptu
re volūt legere et eruditionē accipere/ duo debēt pnci-
paliter facere: sc3 vestimēta ɔsciētie lauare/ et datos si-
bi terminos nō trāsire. Nō est em̄ dignus hō mōtē di-
uine scripture frequētare/ nisi cuius mūdicia et cuius
castitas est pbata. Vnde dicit: Lauamini/ mūdi esto-
Esa. 1. c. te. Et Psal. Quis ascēdet in montem dñi: aut qs sta-
Psal. bit in loco sancto eius? Innocēs manibus et mundo
23. a. corde: qui nō accepit in vano etc. Sacerdotes igitur/
idest viri ecclesiastici: qui ascēdunt ad dñm. i. ad mō-
tem ecclesie vel scripture: debent sanctificari: ne forte
puniri possent vel argui. Isti etiā terminos assigna-

tos non debēt transcēdere: ne forte possint periculū re-
portare. Circa mōtē etiā ecclesie habet qlibet terminū
certum sibi datū. i. certū gradū/ officium seu statum.
Istos igitur terminos nō licz quēq3 trāsire: qi nec ec-
clesiasticus debet ad maiora ambire: nec simplex sub-
ditus debet fidei et scripture mōtē. i. arduitatē p scru-
pulosam indaginē tangere: nec ad videndū dñm. i. ad
inquirendum secreta fidei plus debito se leuare: iuxta
illud apostoli: Nō plus sapere q oportet sapere/ sz sa- Roma.
pere ad sobrietatē. Alij q presumptuose volūt mōtem 12. a.
ascēdere. i. scripture alta secreta inqrere: faciliter pñt
per horrorē et heresim deperire. Illi etiam q per ambi-
tionē terminos sibi datos et gradus et status in mūdo
sibi ɔcessos ascendere querūt p mortē eternā pereunt
et succūbunt. Solis em̄ moysi et aarō. i. solis viris sciē E
tificis/ iustis et dignis: licitū est mōtem istū ascēdere:
scripture difficultates et ecclesie dignitates tangere/ et
sursum cū deo possidendo vel contēplando psistere.
Alij vero q ad ista sunt indigni/ debent ad pedē mon-
tis. i. in infimis in statu subiectionis/ vel infra termi-
nos simplicis credulitatis humiliter remanere. Vñ Prou.
igitur dicitur: Ne trāsgrediaris terminos antiquos/ 22. d.
quos posuerūt patres tui. in Exo. ponunt decē māda Exo. 20.
ta: sed ista pprie moralia sunt: et ideo nō sunt morali- a. b.
zanda. ¶ In fine tñ istius capli/ precipit sibi dñs alta Eodem
re de terra vel insectis vel impolitis lapidibus fieri: q ca. d.
sc3 ferreis instrumētis nō sunt secti. Voluit etiā q ad Histo.
ascendēdū ad altare nulli gradus ɔstituerētur: ne for
te turpitudo ministrantiū. i. sua genitalia viderētur:
cū isti ministri/ et forte etiā alij tūc nullis femoralibus
vterētur. ¶ Per altare possum intelligere virū eccle- Mora-
siasticū et prelatū: in quo sc3 debet sacrificium laudis litas.
et iustitie pre ceteris immolari: qi reuera iste debet eē
de terra p humilitatē: de lapide p ɔstantie firmitatē:
insectus et impolitus per gestus et habitus ruditatē/
et per bone fidei simplicitatē: sine gradibus factus p
accessus facilitatē. Ferrū em̄ crudelitatis nō debet istū
tāgere: nec multi gradus/ idest multi intermedij fami
liares/ ianitores vel cubicularij/ debēt accessum ipsi9
impedire: qnimmo semp se debet ad audiēdū cōque-
rentes/ et ad subueniēdum indigētibus pmptū et faci-
lem exhibere. Nam turpitudo ministrantiū/ sc3 symo
nia et superbia psonarūq3 acceptio quotidie conspici F
tur/ qñ multi gradus ianue et diuerticula sunt ante al
tare: idest qñ ad prelatum vel pncipē accessus diffici-
lis inuenitur. Quilibet em̄ istoꝝ solet p dādo ingres-
su aliquid extorquere: et sic solent symoniam vel auari
tiam cōmittere et ita necesse est ministrātiū turpitudi-
nem videre vel apparere. ¶ Vel allega hic q altare de Aliter.
terra et de insectis lapidibus et de impolitis lapidi-
bus solet fieri: ad denotandum q deus in electionib9
vel assumptionibus suorum seruitoꝝ vel clericoꝝ ge-
neris nobilitatem vel vestium venustatē/ seu alicuius
curiositatem nullatenus vult attēdere. Illos em̄ qui Anago
sunt de terra. i. de infimo statu et paupere: et illos qui ge.
sunt impoliti et insecti. i. rudes/ simplices et ignari: qñ
q3 ad altaria sua. i. in prelatos vult eligi/ et aliqs astu-
tioribus et nobilioribus anteponi: Sicut apparuit in
apostolis et in ecclesie fundatoribus pmitiuis. Illos
etiā in paradiso sibi vēdicat/ quos mūdus amplius vi-
lipendit et calcat. Ideo dicit apls. Videte fratres voca-
tionē vestrā qi nō multi sapiētes sm carnē: non multi 1. Co. 1. d
potētes/ nō multi nobiles: sz q stulta sunt mundi/ ele-
git dñs vt ɔfundat sapiētes: infirma elegit/ vt confun
dat fortia: ɔtēptibilia et ea que non sunt etc. Non enim

vult dñs ꝙ tale altare scꝫ prelatus/gradus habeat.i.
ꝙ gradus ꝯsanguinitatis vel mundane nobilitatis
attendat:sed sine ꝑsonarum acceptiõe ⁊ affectiõe/ad iu-
stitiam ⁊ ad ecclesie ꝓmotiões oẽs faciliter ⁊ indiffe-
Deute. renter admittat. Vñ dicit:Siue ciuis sit ille siue pere
j.c. grinus/nulla erit distinctio ꝑsonarum. ¶Vel dic ꝙ al-
Aliter tare significat ecclesiasticas dignitates:ad quas scꝫ
G nõ est ꝑ gradus ꝯsanguinitatis ascendendũ:nec gra-
dus nobilitatis/familiaritatis vel tpalis potestatis
attendendũ:ꝙuis hodie multis magis placet canti-
cum graduũ ꝙ quodcũqꝫ aliquod diuinũ officium.
Aliter. ¶Vel dic ꝙ altare significat mentẽ humanã/vbi sa-
crificium laudis ⁊ spũs ꝯtribulati dño immolat:lapi-
des vero qui illud altare cõstituunt/sunt opa. Sectio
aũt seu politio/que solũ ad hoc fiunt vt videant:cuius
signũ est:qꝛ fundamenti lapides qui videri nõ habẽt
nullatenus poliunt:significat appetitũ humane lau-
dis. Vult igit dñs/ꝙ altare suũ.i.ꝯscientia viri insti/
lapides sectos non habeat:idest ꝙ opa oculis hoim
placentia non requirat:sed potius de terra ⁊ de inse-
ctis lapidibus .i. de humilibus sine curiosa vanitate
Mat. operibus altare hmõi sibi fiat. Unde Mat. Attendite
6. ne iustitiam vestrã faciatis corã hominibus/vt vi-
Aliter deamini ab eis. ¶Vel dic ꝙ altare est fides ad quam
scꝫ non est per gradus ascendendũ:inquãtum scilicet
gradus maioritatis ⁊ minoritatis non sunt in trini-
tate ponendi. Sicut fecit Arrius:qui posuit patrem
deum/⁊ filium creaturam. Cuius scꝫ turpitudo appa
ruit: inquãtum licꝫ sm historiã tripartitã/Cõstantino
polis in latrina ventre eius crepuit vel ꝓrupit. Vel
cuius turpitudo talium/idest heresis manifestatur/
⁊ eorum vituperium comprobatur.

¶Capitulum vigesimumprimum Textus Hec sunt iudicia que propones eis. Moralitatum Capitulum. XIII

H

Historia Deute. 15.c.

PReceptum fuit in lege/ꝙ serui postꝙ sex annis seruissent:in septimo liberi gratis dimitterentur:ꝙꝙ cum quali veste intrauerãt/cũ tali remitterent. Et sicut alibi dr:Nequaꝙ vacuos/sed cum viatico ⁊ benedictione dñi eorum ipsos dimittere tenebant. Vxorem aũt si quã a ꝓncipio habuerant/poterãt secum ducere:⁊ etiam liberos suos/quos vxor sua ante seruitutem poterat sibi peperisse.
In scriptura per numerũ senarium intelligit labor ⁊
Exo.31. opera. Unde Exo. Sex diebus operaberis. Per septe
d. narium vero intelligit quies ⁊ consolatio. Unde dicit
Gen.2. Requieuit deus die septimo ab omni ope. Per serui-
a. tutem vero assignat vel culpe vel miserie subiugatio.
Roma. Unde apls: Vanitati subiecta est ols creatura. ¶Di
8.d. camus igit/ꝙ seruus est homo in mortali miseria cõ
Mora- stitutus:dñs igit suus est mundus/vel etiam ꝓprium
litas corpus/vel etiã tpalis dñs vel prelatus. Istud est igit
verũ ꝙ sex annis:idest ꝙdiu durat tps laboris ⁊ opa-
tionis scilꝫ ꝙdiu durat misera vita pñs:necesse est ꝙ
seruus/idest homo mortalis seruiat dño suo/idest p-
lato suo/ꝓprio corpori siue mundo:inquãtum scꝫ ne
cesse est ꝙ corporis passionibus ⁊ mundi tribulatio-
nibus/prelatiqꝫ tpalis iurisditionibus se submittat.
Verũtamen qñ septimus annus.i.quies mortis vel
future vite venerit:tunc hmõi seruitus cessabit:⁊ spi-
ritus ⁊ animus a cunctis passionibus carnis/et a cun-
Roma. ctis mundi tribulationibus liber erit. Apls:Creatu-
8.c ra liberabit a seruitute corruptionis. Talis igitur de
seruitute mundi ⁊ corporis ꝑ mortẽ exiens duo debet
attendere:vt scꝫ viaticum.i.diuinã grãm seu euchari A
stiam secũ habeat:⁊ vt vestem qualem in mundo por
tauit post baptismũ ⁊ attulit/scꝫ innocentiã secũ tol-
lat. Cũ quali enĩ veste innocentie mediante baptismo
ipm cõtigit ingredi:cũ tali necesse est cũ mediante pe
nitentia egredi:vt sic egressus nõ deuiet ab ingressu:
⁊ vt ad baptismalẽ innocentiã quã in ingressu hẽbat/
redeat ꝑ penitentiã in egressu. Vñ dicit:Benedictus
erisingrediens ⁊ egrediens. Vxor aũt eius/idest grã Deute.
seu etiã culpa/scꝫ cũ filijs.i.cũ opibus:quos dñi in hac 28.a
vita seruiret/habuit:eũ post mortẽ sequant:inquãtũ
propter grãm vel culpã/vel ꝓpter bona vel mala opa
penã vel premiũ assequent. Vñ apoc. Opa enĩ illorum
sequunt illos. ¶Vel dic ꝙ septimus annus est status Apoca.
quietis ⁊ ꝯtẽplatiõis. Sex vero anni designant statum 14.c.
actiue vite/⁊ laboris seu opatiõis. Sic igit fit ꝙ hois Aliter.
mens de actiõis seruitute eripit/qñ ad cõtẽplationis
septenariũ ꝑuenit. Vxor tñ sua secũ remanet/qñ pristi
na grã ⁊ charitas cũ suis filijs/idest cũ virtutibus et
meritis secũ manet. Seruus hebreus debebat eẽ liber
anno septimo/vt dictũ est. vxoremqꝫ suã quã habuerat/
⁊ liberos cũ seruus factus fuerat/debebat secũ ducere
Si vero dñs suus sibi vxorẽ dederat:illa cũ suis liberis
debebat dño remanere. Sic vero cũ hõ de mundi ⁊ dia
boli seruitute.i.de statu peccati anno septimo/idest ꝑ
septem sacra egredit:debet primã vxorẽ quã ante ser-
uitutẽ pcti habuerat/scꝫ grãm ⁊ charitatẽ:⁊ eius libe B
ros/scꝫ bona opa secũ trahere ad libertatem. Et illis ꝙ
per seruitutẽ pcti mortificata fuerũt/reuiuificationis
cõcedere dignitatem. Vxor enĩ quã habuerat ꝙ libera
erat.i.grã ⁊ bona opa/que habebat ante fuitutẽ pcti
mortificata fuerãt/nõ mortua/sed quãtũ ad meritum
Et ideo ista sibi facto libero restituunt/inquãtũ ꝑ pe-
nitẽtiã reuiuiscere cõprobãt. Vxorẽ vero quã sibi dedit
dñs iste/scꝫ diabolus seu mũdus/scꝫ carnis ꝯcupiscẽ-
tiam cũ opibus malis:debet istis dñis dimittere:⁊ li
ber egredi ⁊ exire/dicẽs diabolo vel mũdo:Tolle quod
tuũ est ⁊ vade. ¶Cũ seruus hebreus possit libere septi Matt.
mo anno egredi si vellet:si ipse diligẽs dñm suũ egre- 20.b.
di nollet/sed magis in seruitute manere vellet:debe- Eodem
bat ad ostiũ tabernaculi corã dijs adduci:⁊ debebat cap.a
ꝑforari auris eius subula:⁊ sic fiebat seruus eius sem Hysto-
piternus. ¶Sic vero cũ religiosus qui in seruitutẽ dñi ria.
intrauit:possit post annũ ꝓbatiõis exire liber:⁊ vestes Mora-
⁊ vxorẽ quã prius habuerat.i.libertatẽ ⁊ quecũqꝫ bona litas.
que secũ apportauerat/reportare. Si tñ vult remanere
in seruitio dñi:nec velit ad mundũ retroire:debet ap-
plicari ad deos.i.sanctos patres ⁊ ꝑlatos:qui debẽt
eum ad ostiũ tabernaculi sistere.i.ad ꝯsiderationem et
affectiõem ingressus paradisi inuitare:auremqꝫ eius debẽt
subula diuini timoris ꝑ predicationẽ fuere:⁊ sic voto
emisso ꝓfessionis/debet seruus ꝑpetuus dei esse. Vñ
dicitur:Erant sacerdotes dñi in religione perpetua.
¶Hic videt supponere/ꝙ cũ quis casu vel sine deli- Exo.29
beratione occidit hoiem:magis debet esse diuine oc- b
culte ꝓuidentie ascribendũ/ꝙ malicie occidentis. Si Eodem
quis ꝑcusserit hoiem volẽs occidere eũ/morte moriat cap.b.
Si vero non est insidiatus ei:sed deus tradidit eum in C
manibus eius:ꝯstituã locũ habebit vbi fugere debeat
Ac si vero diceret:ꝙ talis non debet capitaliter puniri.
Unde videt supponere/ꝙ deus vtit tanꝙ instrumen
to:quapropter iste debet carere iniuria vel tormento.
¶Hic precipit/ꝙ si furatus fuerit hoiem conuictus Eodem
noxe/morte moriat. Precipitur etiã ꝙ qui ꝑ īdustriã cap.b.
⁊ ꝑ insidias hominem occiderit:ab altari debebit vt
moreretur

Moralitas moreretur auelli. ¶ Sic vero heretici ⁊ incredruli/qui
simplices dño furanf:pro eo ꝙ in seruitutē pcti depu
menf:qđ etiā de alijs malis suggestoribus possit dici
quales sunt vetule ruffiane:que verbis ⁊ inductioni
bus furanf iuuenculas castitati/⁊ subijciunt volupta
Ro.16. c ti. Apls:Per blandos sermones decipiūt mentes in-
nocentium. Et alibi: fur nō venit nisi vt furef. Altare
Jo.10. b etiā i.status ecclesiasticus nō debet a correctiōe seu a
punitione holem eripere:qui frēm suū.i.ꝓximum spūā
vel ꝓximū per mala exempla ꝯsueuit perimere vel cri-
minaliter necare. Criminosi etiā debent ab altari.i.a
statu eccłie eijci ⁊ euelli:⁊ ab ecclesiasticis beneficijs
destitui ⁊ deponi. Lu. Deposuit potētes de sede:⁊ exalta
Lu.1.e uit hūiles. ¶ Si qs habebat bouē cornupetā/debe-
Eodē bat eū recludere:als si holem occideret noxe tenebaf
cap.c. bos vo lapidibus obrui merebatur. ¶ Talis bos est
Moralitas. malus subdit9/⁊ discipulus proteruus ⁊ ceruicosus:
D quē pro certo dñs suus/scʒ prelatus ⁊ iudex debet re/
cludere infra claustrū laqueis statutoꝝ regularium:
vel etiā si sit necesse/in bono ⁊ forti carcere ne noceat
coercere:als si suis exemplis ⁊ factis alijs nocuerit/
vel spūaliter vel tpaliter occiderit/scandalizauerit vel
leserit:dñs eius scʒ iudex vel prelatus/de pctō tenebif
⁊ a deo qꝛ ipm non reclusit aut manu tenuit/punietur
Ipse vo bos cornupeta/idest malus subditus lapidi
1.Re.4 bus obrui.i.tpaliter ⁊ eternaliter castigari.nihilomi-
d nus ꝓmeref:exemplo Heli:qui pro filioꝝ suoꝝ crimi
Eze.3. e nibus est punitus. Uñ tali dño videf dñs loqui: Ipse
iniquus si in iniquitate sua moriaf:aīam aūt eius de
Aliter manu tua requiram. ¶ Uel dic ꝙ talis bos est mulier
cornupeta/ceruicosa ⁊ ornata:q̄ vagari et discurrere
delectaf:vt aspicientes eius pulchritudinē malis tē-
tationibus ⁊ cōplacentijs feriant. Dum igif taliū pa
rentes vel mariti debēnt tales recludere: ⁊ ne discur-
rant pro libito ad festa ⁊ conuiuia/vicos ⁊ plateas/⁊
spectacula coercere:als si quos per suas tentationes
spūaliter occiderint/apud deū tenebuntur. Ipse vero
bos mala aut fatua mulier/eterne damnationis lapi
Histo-ria. dibus obruetur ¶ Si quis mulierem pregnantē pcu
tiebat/⁊ abortiri faciebat:tenebaf noxe quātum mari
Moralitas. tus ipsius expetisset. ¶ Sic vero si qs vbis vel factis
percusserit ꝯscientiā mulieris pregnantis.i.alicuius
simplicis fetum boni ꝓpositi impregnati:partūqꝫ bo
E ni operis impediuerit/⁊ aborsum pcti ꝓcurauerit/te-
nebif de facto:⁊ iuxta mariti.i.ꝑlati vel superioris ar-
bitriū:iste tenebif in foro ꝯscientie soluere ⁊ satisface-
re per penitentiā de delicto. Magnū enī pctm̄ est/sim-
plices scandalizare:⁊ fetū boni ꝓpositi qđ cōceperint
Matt. 18.a. enecare. Uñ dicif:Qui scādalizauerit vnū de pusillis
istis minimis qui in me credūt:expedit ei vt suspēdaf
mola asinaria i collo eius ⁊ submergaf in mare.i. ne-
cesse est ei ꝙ mola diuini timoris premaf:⁊ vt i mare/
idest in amaritudine penitentie submergaf. ¶ Si qs
Eodem foderit foueam/vel aperuerit cisternā/et nō operuerit
ca.d. eam:si ceciderit bos vel asinus in eam:reddet q̄ fecit
foueam ꝑcium iumentoꝝ. ¶ Cisterna vel fouea est pec
Tropologia catum qđ dato ꝙ nullus debeat facere:sed cuʒ fecerit
ipm debet abscondere ⁊ celare:⁊ a conspectu holm ne
scandalū vel malum exemplū pariat/operire:qui si cō-
trarium fecerit:foueamqꝫ ꝓprij pcti publice reuelaue
rit:⁊ cisternam alterius delicti diffamādo ⁊ detrahen
do aperuerit:⁊ eius occasione ⁊ sui mali exēpli osten-
sione aliquis bos vel asinus.i. aliquis simplex intus
ceciderit/idest eius exemplo deliquerit:mortis et dā-
nationis ipsius reus erit. Ille enī qui foueam apertam
dimittit.i.qui pctm̄ publice facit:non solum tenef de
pctō qđ cōmittit:immo etiā de pctō qđ exēplo ⁊ occa
sione ipsius alius homo fecit. Utile igif est non solū
peccata non facere:sed etiam si facta sunt ipsa a con-
spectu holm/ne forte scandalum pariant/operire. Uñ
dicif:Beatus qui custodit vestimenta sua/ne nudus Apo.16
ambulet. Qđ tñ non faciunt multi qui pctā sua non c
solum non operiūt neqꝫ celant:imo ipsa ex industria
publicant atqꝫ iactant. Esa. Pctā sua sicut sodoma ꝑ f
dicauerūt/nec absconderunt. ¶ Uel dic ꝙ cisterna est Esa.3.b
sacra scriptura vel fides nostra:cuius scʒ interiora se- Aliter
creta/non debēt bobus ⁊ asinis.i.simplicibus mani-
festari ⁊ aperiri:sed potius per simplicē expositionem
aliqualiter operiri:als si ꝑ scrupulū erroris ibi peri-
clitenf atqꝫ cadāt/de morte ⁊ damnatiōe eaꝝ tenebif:q̄
scʒ occasionē delinquēdi ipsis dedisse videf. Predica-
tor igif vel doctor debet fm̄ Ps. operire celū nubib9:et
dare terre pluuiam. Non est enī tutū cisternā fidei ta- Psal.
libus aperire:⁊ de secretis dei corā eis disputare:imo 146.b
necesse est cū quodā operculo simplicis doctrine tali
bus predicare: iuxta illud apli:Tanꝗ paruulis in
christo lac dedi vobis edere/non escam. ¶ Si bos ali 1.Co.3.
cuius bouem alterius occiderit:vendef bos viuus:⁊ a
precium eius cū cadauere bouis mortui inter vtrūqꝫ Eodem
dñm diuidef. ¶ Sic vero si subdit9 vnius subditum cap.d
alteri9 offenderit:debēt duo dñi sine acceptiōe cōiter Histo-
ad faciēdā iustitiam intendere: cadauerqꝫ.i.illū q̄ le- ria
sus est/per cōpassionē inter se diuidere: illū vero qui Moralitas
lesit debēt vēdere/idest punitioni submittere: ⁊ etiaʒ
de cōi assensu precium mortis vel lesionis alterius in
ter se partiri:⁊ in executiōe iustitie cōiter cōsentire: qꝛ
reuera duo dñi principes vel prelati: vtrūqꝫ factū/scʒ
cōparationē a parte patientis iniuriam/⁊ punitionē
a parte facientis debent cōiter prosequi:ad cōeʒ execu
tionem iustitie cōiter inclinari. Illeqꝫ cuius est bos G
cornupeta/idest subditus qui fecit iniuriaʒ:nō debet
ipm defendere/sed venditiōi ⁊ punitiōi exponere. Uñ
Augustinus dicit/ꝙ iustitia cōis est virtus ⁊c.

¶ Capitulum vicesimūsecundum. Textus.

Si quis furatus fuerit bouem aut ouem.

Moralitatum. Cap. XIIII

Cum quis furari veniebat nocte:si deprehen
debatur/⁊ vulneratus moriebaf: ꝑcussor de Histo.
homicidio non tenebaf. Si vero fur volebat
de die furari:si quis eum occideret/debebat
tanꝗ homicida puniri. Et sic apparet ꝙ minus par-
citur furi nocturno ꝗ diurno:⁊ ꝙ magis priuilegiaf
latro publicus ꝗ occultus. ¶ Sic vero etiā inter nos Moral.
sunt multi spūales fures:scʒ detractores qui furātur
famam:homicide qui furanf ꝑsonā: raptores qui fu
rantur substantiā:heretici qui furātur fidē vel boleʒ.
Istud est verum/ꝙ magis sunt reprehensibiles qui
occulti sunt/ꝗ illi qui sunt manifesti. Et sic dico/ qđ
magis est vituperabilis detractor occult9 ꝗ iniuria-
tor manifestus. Quia sicut dicif:Quēadmodū si mor Eccl.
deat serpēs in abscōdito: nihil eo minus habet qui 10.c.
occulte detrahit. Item raptor absconditus/sicut est
vsurarius vel exactor/dñs vel prelatus:qui scʒ caute/
idest sub specie iustitie aliena rapit:magis est repre-
hensibilis ꝗ raptor publicus. Item homicida secre-
tus/sicut est ille qui occidit veneno/ꝗ alius apertus
Item occulte scʒ nocens/vt hereticus ꝗ quicūqꝫ infi
delis vel peccator notorius. Itē predicator incogni-
tus/ꝗ quilibet notorius inimicus. Quia breuiter H

H a quibus non pōt caueri: ꝛ qui scꝫ nesciuntur esse inimici: ꝛ qui ꝓprie de nocte furantur/nō de die: idest q̄
nocent abscōdite/non aperte: sunt magis periculosi:
ꝛ ideo debent esse deo magis odiosi ꝛ bolbus. Et id
Hiere. 9.c. dicit de istis: Pacem cū amico suo loquit: ꝛ occulte
ponit ei insidias. ¶ Item ibidē dicit: ꝙ si q̄s voluerit
Eodem cap.a. spinas cōburere: ꝛ posuerit ibi ignē: ꝛ ignis egressus
segetes seu spicas cōbusserit: damnū qui ignē posuit/
emēdare debebit. ¶ Sic v̄o si prelatus vel iudex vult
Mora litas. cōburere spinas.i. peccatores: summe debet cauere/ne
ignis correctionis metas iustitie transcendat: ꝛ ꝙ segetes cū spinis.i. iustos cū peccatoribus inuoluat
Melius est enī malis parcere/ꝙ bonos cū malis in-
Matt. 31.o. uoluere. Vn̄ dicit: Ne forte colligentes zizania/eradicetis simul ꝛ triticū. ¶ Uel dic spine sunt vitia: que si
Aliter. cōburere ꝛ euellere cum igne correctiōis cupias: caue
ꝙ correctiōis terminos non excedas ac si segetē virtutum posses in eo ꝑ desperationē cōburere: ꝛ sic dn̄s ei9
idest deus/damnificatiōis sue damnū posset a te repetere: ꝛ sic te oporteret de damnatiōe eius per excessum
correctionis tue facta in die iudicij respondere: quinimmo melius esset aliqua vitia in hoīe dimittere/ꝙ
ipm nimis aspere corrigendo ad deterius ꝓuocare.
Eodem cap.b. Allega vt supra. ¶ Si q̄s alteri mutuauerat vel cōmodauerat/vel precio conduxerat aliq̄d: ꝛ presente dn̄o
rei debilitatū fuerat vel aliqualiter peioratū: nō tenebatur qui mutuo acceperat emendare. Si v̄o presens
non erat dn̄s dicte rei: tunc resarcire dānū mutuatarius tenebat. ¶ Istud pōt allegari/ꝙ cuilibet pōt eē
Mora litas cura de re sua: ꝛ ꝙ magis punit ille qui scienter ꝛ presentialiter ꝑmittit rem suā dānificari/ꝙ qui absenter
A vel ignoranter. ¶ Uel pōt allegari ꝙ plus q̄nꝫ valet
Aliter absentia ꝙ presentia. ¶ Uel istud a quibusdā exponit
Moralitas moraliter. Sic enī deus accōmodat rem suā/scꝫ hoīem
subditū cuilibet prelato sub tali pacto/ꝙ eam debet
custodire: ꝛ de aīa ipsius respondere: iuxta illud: Cu-
3. Reg. 20.g. stodi virū istum: qui si lapsus fuerit/erit aīa tua ꝓ aīa
eius. Uerūtamen si iste cōmodatarius.i. prelatus facit tm̄ ꝙ dn̄s sit presens: vtpote qr timorē dn̄i incutit
in cor ipsius peccatoris: ꝛ annunciat ei vitia ꝛ virtutes: ꝛ etiam ipm admonet ne delinquat: si tūc ɔtingit
ipm subditum ꝑ vitia deteriorari: non tenebit iste ꝑlatus ista presenti dn̄o.i. ipsi deo sic malo subdito presentato de aīa ipsius nō tenebit respōdere. Si v̄o ista
res sit cōmissa.i. subditi aīa periclitat ꝑ vitia dn̄o nō
ꝑsēte.i. deo ꝑ ipm ꝑlatū subdito non presentato: vel timore ipsius non incusso: vtpote qr prelatus eum nō
docuit/redarguit/nec corripit: tunc reuera tenebit: ꝛ
Eze. 33. b ad emendandū/ꝛ ad penitendū vel hic vel in futuro
cogeī. Vn̄ dicit sic: Si dicente me impio/morte morieris: non annūciaueris ei: ipse in iniquitate sua morietur: aīam aūt eius de manu tua requirā. Si v̄o annunciaueris ei/ipse in iniquitate morief: tu aūt aīaꝫ
Eodem tuam liberasti. ¶ Dn̄s precepit ꝙ ꝑmitie ꝛ decime olim
cap.o. fructuū nostroꝝ eidem offerant. Decimas tuas ꝛ pri-
Histo- mitias tuas non tardabis offerre. Decimā ergo ꝑteꝫ
ria debemus dn̄o dare: nouem v̄o ꝑtes possumus nobis
B licite retinere. ¶ Primitie significant bonoꝝ operuꝫ
Mora- inchoationē: denarius qui est numerus ꝑfectus/desi-
litas gnat opeꝝ cōplementū ꝛ ꝑfectionē. Nouenarius aūt
qui denarium non attingit/significat imꝑfectionē.
Igitur dico ꝙ ꝑmitie ꝛ decime reꝝ nostraꝝ.i. inchoatio ꝛ ꝑfectio bonoꝝ opeꝝ/deo sunt offerende: ꝛ eidē
penitus ascribende: qr reuera nullus pōt vel bene incipere vel bene ꝑficere/nisi a deo fuerit sibi datū. Vn̄

apl's: Deus est qui operat in nobis velle ꝛ perficere.
Cuius ɔtrarium credidit Pelagius: qui dicebat ꝙ Phil. 2.b.
homo poterat inchoare/ꝛ dn̄s ɔsummare: ita ꝙ iste
qui credebat deo decimas ꝛ nō primitias offerebat:
cum tamen dicat/ꝙ caput cum cauda hostie.i. princi- Leui. 3. c.
pium ꝛ finis operis deo debeꝫ offerri: ꝛ deo tribui ꝛ
ascribi: qr sicut dicit apl's: Non est volentis/neqꝫ cur- Ro. 9.c
rentis: sꝫ dei miserentis. Et alibi: Qui cepit in nobis/ Phil.
opus bonum ꝑficiet. Nouenarium numeꝝ.i. imperfe- 1.a.
ctionē nostroꝝ opeꝝ nobis retineamus/ꝛ nobis ascribamus. Decimā v̄o.i. cōplementū ꝛ ꝑfectionē coram
dn̄o offeramus. Vn̄ dicit: Offeretis holocaustū dn̄o/ Deu. 12
decimas ꝛ primitias. ¶ Precepit dn̄s offerri sibi oīa a.
primogenita aīalium: septem tn̄ diebus debebāt esse Eodem
cum matre sua: die aūt octaua debebant dn̄o offerri. cap.o.
Si v̄o esset aīal immundū sicut asinus: debebat cum
oue hmōi primogenitum cōmutari. Si v̄o ille cuius
est primogenitū asini/redimere vel cōmutare nolebat
statim ipm asini primogenitū interfici vel necari debebat. Unde supra: Primogenitū asini mutabis oue
qd̄ si non redemeris/interficies. ¶ Per primogenita Exodi
nostra possum intelligere bona opera: que ꝓ ea ꝑmo 34.c.
genita nostra dicunt: qr hereditas eterne glorie tali- C
bus operibus sicut veris ꝛ ꝑmogenitis heredib9 de- Mora
betur. Talia ergo ꝑmogenita.i. bona opera nostra de- litas
bent deo offerri.i. ad dei laudem ꝛ gloriam ordinari.
Si aūt ɔtigerit ꝙ habeamus ꝑmogenitū asini.i. aliquod bonum opus qd̄ habet aliquā asinitatē vel stoliditatem admixtam: vtpote qr factum est indiscrete/
vel cum alicuius vane glorie intentione: proculdubio
nos tenemur ipm cum oue.i. cū bono ꝛ simplici ope
cōmutare: ꝛ bonam diuinam ꝛ simplicem intentioneꝫ
sibi apponere: ꝛ sic poterit illud qd̄ asininum fuerat
dn̄o cōplacere. Si v̄o ipm cōputare noluerimus: ipm
pro certo interficere/idest penit9 submouere debem9.
Uerbi gr̄a: Si quis ieiunat vel aliud bonum opus facit ad vanam gloriam: illud est primogenitū asininū
si v̄o mala ꝛ inanis intentio submoueī: tunc asini primogenitum cum oue spiritualiter cōmutaī. Si vero
malam intentionē tollere renuit: tunc suum asinū primogenitum/idest bonum opus stolide ꝛ inaniter factum redimere non dignaī. Quapropter istud opus
tanq̄ in nullo meritorium ꝛ penitus nihil valens debet interfici: idest destrui ꝛ ɔfundi: ꝛ apud deum ꝛ homines condēnari: qr reuera asinus non est offerēdus/
nisi mutatus cum oue: nec bonum opus mala intentione/vel sine discretione factum/deo placere dinoscit
nisi fulciaī bona ꝛ simplici voluntate: que scꝫ ꝑ ouem
in sacra pagina designaī. Vn̄ de amicis Job dicitur:
Dederunt sibi vnusquisqꝫ ouem vnā. ¶ Uel dic ꝙ pri- D
mogeniti prelatoꝝ sunt illi/q̄ se debent ꝑ bona exem- Job vl
pla/opera ꝛ documenta deo offerre. Si v̄o habēt ali timo.c.
quod primogenitum asini: idest aliquē malum subdi Aliter
tum: ipsi pro certo debent eum pro virib9 pro oue mutare: idest bonum simplicem efficere. Qd̄ si nequeāt/
debent eum interficere: idest dure corrigere ꝛ punire.
Uel etiaꝫ si sua crimina exigant: ipm debēt occidere/
vel carceri mancipare. Unde super eodem ca. Maleficos non patieris viuere super terrā. Dignus est enī
de medio tolli/qui sua stulticia ꝛ malicia noluerit cōmutari: vt possit spiritualiter dn̄o immolari: ꝛ digne ad
ipsius seruitium applicari: sicut de cananeis dicitur
Sap. xij. Nequam est natio illoꝝ ꝛ naturalis malicia
coꝝ: vt non possit mutari in perpetuū. ¶ Uel dic ꝙ si Aliter
aliquis prior/vel religiosus habeat primogenitum
asini

asini .i. aliquē malū subditū vel sociū: debet si pōt/ipsū
mutare cū duc.i.cū aliquo simplici vel honesto: qđ si
ꝑlatus superior noluerit facere: tūc pōt ad eius inter
fectionē.i.ad ei9 rigosam punitionē ꝛ correctionē va
care. Tutiꝰ tñ est si pōt/ꝙ de eo se expediat. Qđ si nō
possit: necesse est ꝙ suā asinitatē cōfundat. ¶ Dñs ꝓ
Eodem cepit nō comedi carnē q̄ a bestijs fuerit ꝑgustata: sed
cap.d. canibus relinquēdā. Nō comedetis (inquit) carnē q̄
Mora- a bestijs fuerit ꝑgustata: sȝ ꝓijcietis canibus. ¶ Per
litas. comedere in scriptura intelligit̃ imitatio. ¶ Ille enī
aliū comedere d̃r: q̄ vitā ꝛ exēpla eius sibi mētaliter in
E corporat: ꝛ q̄ etiā mores ipsius imitatur. Per bestias
intelligūtur mor9 brutales ꝛ carnales. Per carnē ve
ro intelligit̃ ꝑsona luxuriosa. Igit̃ caro .i. carnalis vł
luxuriosa ꝑsona: quā bestie.i. motus carnales ꝑ luxu
riā suffocauerūt ꝛ spūalr̃ occidūt/non dȝ a nobis co
medi.i.ꝑ imitationē recipi ꝛ assumi: q̄nimo talis per
sona dȝ canibus.i. alijs pctōrib9 comedēda ꝛ imitan
da relinqui: ꝛ canib9 ēt.i. inferni demonib9 cōdēnari
Et reuera istud est verū: ꝙ tales sic carnales ꝛ immun
di nō sūt digni māducari.i. amari vel imitari ab hoī
bus/sed potius a bestijs ꝛ a canib9: qꝛ scȝ mores eorū
non sunt rōnabiles aut humani: sed poti9 bestiales/
3.Reg. inutiles ꝛ canini. Vñ d̃r. Canes comedēt Iezabel in
21.f. agro israel ¶ Vel dic ꝙ bestie sūt heretici vel alij pec
Aliter. catores: q̄ si quē attrectauerint ꝛ corruperint/nō est di
gnus ab alijs māducari ꝛc. sicut supra. ¶ Cū oīa pri-
Eodem mogenita essent dñi/cōcessit dñs ꝙ quodlibet aīal ꝑ-
cap.d. mogenitū possit septē dieb9 cū matre sua esse: octaua
Anago die precepit ipsum sibi adduci ꝛ reddi. ¶ Septē dies
ge. significāt vitā ꝑsentē/que.s. septē dierū circulo voluit̃
octaua vero dies est tēp9 futuri seculi: vbi scȝ corpoꝝ
resurrectio celebratur: q̄ in octaua etate cōplebitur: si
cut ꝛ christus octaua die resurrexisse ꝓbatur. Igitur
cū oīa primogenita.i. oēs iusti deo debeāt immolari/
et sibi spūalr̃ dedicari: istud ꝑcipue fiet in octaua die
in resurrectione/qñ scȝ corpa ꝛ anime simul glorifica
f būtur. Septē enī dieb9.i.ꝑ decursum septē etatū cum
Aliter. matre nostra.i. cū mūdo viuim9: in octaua vero die.i.
in futura resurrectione cū dño erimus. ¶ Vel dic qđ
octaua dies significat circūcisionē vitiorū.s. peniten-
tiā in qua scȝ hō deo offert̃ ꝛ redditur: q̄ ꝑ septē dies
i.ꝑ septē pctā cū matre sua.i. cū mūdo morabatur: qꝛ
scȝ nisi hō septē dies q̄b9 fuit cū matre sua.i. cū mūdo
i. in vita ꝑñti: ꝛ septē pctā mortalia trāsierit/ad octa-
uā diē.i. ad circūcisionē penitētie attigerit: offerri deo
tam in ecclīasticis promotionib9 q̄ in celi ꝑlatiōib9
Leuit. nō poterit nec debebit. Vñ d̃r. Septē diebus erūt sub
22.d. vbere: octaua aūt die offerri poterūt deo. ¶ Vel dic
Aliter. contra nimis iuuenes. q̄ nō sunt promouēdi/vel ī sta-
tu eccłie quousqȝ septenariū virtutū cōpleuerit/ꝛ octa
uam circūcisionē penitētie attingerint/offerendi ꝛc.

¶ Capitulum vicesimumtertium Textus.
Non suscipies vocem mendacij. Moralita
tum Cap. XV

Precepit dñs ꝙ si q̄s inueniat asinū vel bouē
inimici sui errātē/dȝ eum reducere. Si vero
Histo- ipm in foueā cecidisse reperit/debet eū suble
ria. uare. Inimic9 noster est diabolus vel pctm̄.
Mat. Unde d̃r. Inimic9 hō hoc fecit. ¶ Bos vel asin9 signi
13.d. ficat pctōrē: q̄ scȝ qñqȝ dicitur errare/qñ per ignoran-
Mora. tiam vel infidelitatem peccat: qñqȝ dicitur esse in fo-
uea/quādo scȝ per profundam obstinationem delin-
quit. Si quem ergo talem bouem vel asinum idest si

quem diaboli seruum vel peccatorem erroneū vel in
vitijs profundatum viderimus/ipsum pro certo ex- B
pedite subleuare/ꝛ a vitijs liberare debemus: qꝛ scilȝ
exemplis/monitis ꝛ inductionibus ipm debem9 de Aliter.
fouea vitiorū eruere/ꝛ adiuuare monitis ꝛ inductio- Prou.
nibus/et ad viā reducere veritatis. ¶ Vel dic ꝙ talis 22.b.
fouea est mala mulier. Vñ d̃r. Fouea profūda os alie
ne: cui iratus est dominus/incidet in illam. Talibus
ergo sic infoueatis/et in peccato luxurie cauernatis
ꝛ obstinatis/debemus cōpati: ꝛ eos iuuare pro viri-
bus/ꝙ possint ad viā salutis reuerti. Unde in Prou. Prou.
Erue eos qui ducuntur ad mortem. Multa particu 24.b.
laria precepta iniuncta sunt filijs israel/tam affirma-
tiue q̄ negatiue: ꝛ ideo hic dicitur sic. ¶ Ter in anno Eodem
apparebit omne masculinum tuum coram dño deo cap.c.
tuo: tribus vicibus per singulos annos mihi festa ce
lebrabitis. Nō immolabis super fermentum sangui Mora-
nem victime mee: non coques hedum in lacte matris litas.
sue: non apparebis in conspectu meo vacuus. ¶ Re
uera talia mandata spiritualiter dantur nobis. De9
enim vult ꝙ ter in anno coram ipso compareamus:
scilicet in contritione cordis/in confessione oris/in sa- Eo.f.a.
tisfactione operis: de quo dicitur supra. Viam trium
dierum ibimus/vt sacrificemus domino. Item ꝙ tri
bus vicibus sibi festa celebremus/scilicet in fidei syn
ceritate/in charitate/in charitatis veritate/et in spei
iocūditate. Vñ d̃r. In tribus beneplacitum est spiri- Eccl.
tui meo. Item necesse est qđ ab hostia dñi/idest ab ī- 25.a.
molatione bonorum operum nostrorū fermētum he
resis/malitie ꝛ hypocrisis deponamus: offeramusqȝ
hedum idest animū nrm̄ nō in lacte matris sue/idest
in oblectatiōe carnis concupiscentie non coquamus D
ꝙ vacui virtutibus coram domino nō appareamus/
sed ꝙ semper pleni et opulenti virtutibus et meritis
persistamus. Unde Ruth. Nolo te vacuam reuerti ad
socrum tuam. ¶ Vel dic ꝙ hedus est christus: qui sci Ruth.
licet in lacte matris sue/idest in iuuentute non debe-
bat decoqui vel occidi: sed tempus virilis etatis po- 3.c.
tius expectari. Unde ipsemet dicit. Nondū venit ho- Allego.
ra mea. ¶ Vel dic qđ hedi idest religiosi/non debent Io.2.a.
nimis iuuenes ad religionē adduci/quousqȝ habeāt Aliter.
discretionem. ¶ Promisit dominus populo suo da- Eo.ca.e
re angelum ductorem/dicens sic. Ecce ego mitto an- Histo-
gelum meum/qui precedet te et custodiet/et introdu ria.
cet ad locum quem paraui: obserua eum/et audi vo-
cem eius. Nec contemnendum putes: quia nō dimit
tet te cum peccaueris: et est nomen meū in illo. Si au
tem audieris eum/et feceris que ego loquor: inimic9 Mora-
ero inimicis tuis/ꝛ affligam affligentes te. ¶ Quā- litas.
uis istud possit intelligi de christo/qui est angelus te
stamenti: pro eo qđ a patre missus in mundum fide-
les custodit: ꝛ eos ad paradisum precessit/et eos vir-
tualiter ibi introducit: ad presens tamen per angelū
intelligo prelatum angelicū et deuotum: qui scilicet
a deo datur ꝛ mittitur: vt per ipsum populus exēpla-
riter precedatur/virtualiter custodiatur: ꝛ ad locum
paratum/idest ad paradisum finaliter introducatur
quia reuera talis debet esse a deo missus et datus: nō
affectione vel symonia procreatus. Debet etiaȝ popu
lum precedere in omnibus virtuosis operibus/ꝛ exē
pliter anteire. Debet insuper populum ab aduersa
rijs idest a demonibus ꝛ hereticis ꝛ tyrānis defende-
re/ꝛ viam salutis omni populo ꝑparare: ꝛ sic ipsos ad
paradisum introducere: ꝛ suis monitis ꝛ predicatio-
nibus necnon suis deuotis orationibus/celeste ba- A

Mal. 3.a bitaculum pcurare. Unde dicit: Ecce ego mitto an-
gelum meũ qui preparabit viam ante faciem tuam.
Et ideo pro certo iste angelus.i.prelatus angelicus
debet a populo obseruari: vox eius cũ reuerentia au-
diri, et nullo modo cõtẽni: sed sibi humiliter obediri.
Nomen eñ dei in ipso esse dicit: inquãtũ psonã dei.
representat: et inquãtum ob dei reuerentiã eidẽ obedi
tur: et inquãtum cum qs peccat, ad puniendũ eriunt
na ordinatur. Non dimittet inquit cum peccauerit.
Ista est etiã pclusio: ꝙ cũ populus bene audit ange-
lum istũ precessorẽ.i.cũ qs bene obedit et reueret suũ
prelatũ rectorẽ: deus efficit inimicus suis inimicus,
eũqꝫ ab afflictione liberat: et tuet ab affligentibus et
Col.3. d iniquis. Bene ergo dicit aplŝ: Filij obedite parenti-
bus.i.prelatis vestris: hoc eñ iustũ est. ¶ Cum filijs
Eodem cap.c Histo-ria. Mora-litas. israel eẽt pmissum ꝙ terras euei, gergezei et chananei,
et alioꝝ infideliũ adire et occupare possent: sup oĩa p̃-
ceptum est eis, ꝙ deos eoꝝ nõ colerent: et ꝙ fedus cũ
eis nõ inirent: ꝙqꝫ opa eoꝝ nõ facerent: sed ꝙ lucos,
deos et statuas ipsoꝝ chananeoꝝ infideliũ destruerẽt
et delerẽt. ¶ Sic reuera cuꝫ cõtingit ꝙ filij israel.i.boni
clerici vel religiosi ad terras chananeoꝝ.i.malorum
holm pctõꝝ destinant: vtpote qꝫ ad aliqđ officiũ vel
aliquod beneficiuꝫ inter seculares pmouent: in quo
necesse est cũ secularibus viuere: et eoꝝ negocia gerere,
B et ipsoꝝ cõsortia frequentare: summe cauere debent, ne
deos taliũ.i.vitia que colunt, velint colere: ac opera
eoꝝ facere vel fouere: et eis federa male societatis iun
gere vel ligare: quinimmo isti debẽt deos eoꝝ.i.vitia
destruere: et eos mediante iustitia submouere. Qđ tñ
est cõtra multos pdicatores, q̃ mittunt ad chananeos
idest ad peccatores delendos et conuertendos et corri
gendos: qui tñ deos eoꝝ adorant.i.vitia eoꝝ dissimu
lant: opa eoꝝ faciunt: ita ꝙ quãtum ad auariciam et
adulationẽ ipsis secularibus deteriores fiunt. Fedus
cum eis ineunt, inquãtum nihil aliud ꝙ diuitiã fami
Osee. 12.a liaritatem querũt. Uñ dicit: Fedus cuꝫ assyrijs inijt:
oleum in egypto ferebat. Itẽ dic de prelatis qui non
curant chananeos et tyrannos eradicare, imo studẽt
se eis cõfederare: et easdem in oĩbus cõplacere: p suoꝝ
nepotũ matrimonia secum eis matrimonialiter col-
Eodeꝫ cap.o Histo-ria. ligare. ¶ Dicit oñs pplõ israelitico, ꝙ hostes ciꝰ non
intendebat statim vno ãno delere: ne forte terra in so-
litudinem redigeret, et bestie cõtra eũ multiplicarent:
sicut etiam dicit Iudic. Dñs totũ pplm chananeum
Iudic. 2.a. Mora-litas a facie filioꝝ israel delere noluit: vt in ipsis filij israel
adusum armoꝝ exercitarent: sed tñ hoc pcepit, vt sub
tributo viuere cogerent. ¶ Per hostes tribulationes
intelligo, que scꝫ cõtinue nos molestant. Per bestias
aũt motus carnales assumo, qui brutaliter nos infe-
stant. Illud est ergo verum ꝙ deus de terra nostra, scꝫ
de corpore hostes nostros, scꝫ mundi tribulatiões pe-
nitus et subito non euellit: quinimmo ipsas nobiscum
viuere et manere permittit: qđ vtiqꝫ facit, ne bestie car
nalium motuũ et tentationum cõtra nos crescant: et ne
virtutum solitudo et carentia in terra nostri corporis
inualescant. Constat eñ ꝙ cum qs sine tribulatione
in pspertate viuit: terra sua.i.psona sua ad solitudi-
nem et sterilitatẽ virtutũ faciliter tendit: et bestia deuo
Deu. 32.d rans.i.carnis tentatio ipsum faciliter corrumpit et
inuadit: ita ꝙ diabolus dicit illud Deu. Dentes be-
stiarum immittam in eos: cũ furore trahentium sup
terram atqꝫ serpentium. Utile est ergo viro iusto ha-
bere tales scꝫ mundi tribulatiões, vt in eis exerceat:
et ne peiores hostes, scꝫ bestie.i.carnis bestialitates et

immundicie cõtra eum augmentent. Ideo in psalmo
dicit: Multe tribulatiões iustoꝝ. ¶ Uel ista possunt Psal. 33.d
allegari, ꝙ melius est pmouere malos ꝙ nullos: et in
terra pmissionis.i.in ecclesia chananeos.i.peccato- Aliter
res ad tempus dimittere, ꝙ beneficia vacua relinque
re: qꝫ scꝫ beneficia in solitudinẽ rediguntur, q̃ sine cul-
tore diutius dimittunt. Paulatim et etiam successiue
debent mali de ecclesia eijci: scꝫ melius est ibidem ma
los ministros ad tps dimittere: et eoꝝ vita sub dissi-
mulatione transire, ꝙ ministris ecclesiam totaliter vi
duari. Qđ vtiqꝫ est cõtra multos prelatos, qui scꝫ be-
neficia vacantia diu dimittunt: pro eo ꝙ aiunt, qꝫ nul
lum dignum inuenire possunt: ita ꝙ ppter defectum
rectoris ipsa beneficia destruunt et pereunt. ¶ Uel dic Aliter
ꝙ cum filij israel.i.contemplatiui et viri iusti vadũt D
ad occupandũ terram suam: ad domãdũ et subiugan
dum carnem suam: oẽs hostes eoꝝ.i.carnis tentatio
nes non statim delere vult: vt sic possint cum humili
tate viuere: et virtutem sue cõstantie cõtra eas exercere:
qꝫ scꝫ nulla virtus sine hoste regnat: ipos tñ hostes.i.
carnis tentatiões vult cũ eis sub tributo et subiectiõe
viuere et manere. Uñ dicit: Sub te erit appetitꝰ tuus: Gen.4 a.
et tu dñaberis ipsius. Quia aũt bestie.i.peccata spũa-
lia: sicut est superbia, elatio inanis gloria: cõtra tales
multiplicarent: et sic in solitudinẽ spũalẽ redigerent:
et virtutum opulentia priuarent: qꝫ reuera sepe fit, ꝙ
illi qui carnis tribulatiões non sentiunt, de sua casti-
tate superbiunt: et sic multiplicatis in eis bestijs i.spi
ritualibus vitijs, nouissima eoꝝ peiora prioribus fi-
unt. Utile est ergo hostes.i.tribulationes et tentatio-
nes sentire: vt discamus humiles fieri, et nullatenus Heb.a.
superbire. Iuxta illud apŝi: Didicit ex his que passus c
est obedientiã. Et alibi: Quos tradidi sathane in in- 1.Co.5.
teritum carnis sue: vt spũs saluus fiat. ¶ Uel dic ad b
litterã: ꝙ diuina puidentia nunꝗ̃ dimittit holem sine Aliter.
hoste: vt semp habeat qđ timeat: et exercitator et cau-
tior inde fiat. Sicut etiam videmus de altis dominijs
et regnis: que vt cõiter semp habent aliquos ppetuos
hostes, cũ quibus quasi ppetua gerunt bella. Sicut
patet de hispanis, qui pugnãt cũ aphricis: de latinis
qui pugnant cum siculis: de anglicis, qui pugnãt cũ
scotis: de gallicis, qui pugnant cum flamingis: et sic
de alijs. Uidit eñ diuina puidentia ꝙ virtus torpe-
sceret: si ppls hostes cõtra quos vires exerceat nõ ha- E
beat: quapropter hostes hominibus occulte suscitat:
et hoc regnis et psonis bonum et vtile putat fore: sicut
ponit Orosius de Carthagine vrbe romanis rebellis-
sima: quã cum romani post infinitas cedes et clades
vicissent et cepissent diu deliberatũ est a senatu roma-
no, vtrum illa vrbs deleri deberet: asserentibus pluri
mis non esse vtile ꝙ deleret: vt in vrbe rebellionibus
dedita, virtus romana in bellis exercitaret: qui alĩs si
sine hoste et timore viueret, p torporẽ et desidiam faci-
liter laxaret. Quia sicut dicit Uegetius: Sine exerci-
tio ingenia in artibus, et brachia in corporibus irru-
gescunt. ¶ Hic pcipit pplõ israelitico, ꝙ cum chana
neis populis.s.pctõribus et iniquis fedus non ineat: Eodem cap.o
et ꝙ in terra sua eos manere nullatenus sinat. Nõ ha Histo-ria.
bitẽt inquit in terra tua, ne forte peccare te faciant in
me si seruieris dijs eoꝝ. ¶ Sic vere et nos nunꝗ̃ debe- Mora-litas.
mus infidelibus scꝫ iudeis, saracenis et hereticis con
federari, vel cum eis amicitias cõtrahere, vel nobiscũ
morari pmittere: ne forte contingat simplices errori-
bus eorum decipi, et ad adorandum deos eoꝝ i.ad cre
dendum eoꝝ pfidiam inclinari. Idẽ dic de vsurarijs
et alijs

et alijs publicis peccatoribus. Ps. Non habitabit in
Ps. 100.b medio domus mee qui facit superbiam.

Capitulum vicesimumquartum Textus.
Moysi quoque dixit: Ascende ad dominum.
Moralitatum. Ca. XVI

f Cum Moyses esset accepturus legem a dño / ascendit in montem ipse et Aaron et Nadab
Histo- et Abiu filij Aarō sacerdotes futuri/ et septua
ria. ginta seniores ex israel. Sicque factum est q
moyses sursum ad montis verticem ascendit: predi-
cti vero in montis latere manserunt: vniuersus vero
israel procul in pede montis. Moyses ergo solus
ascendit/ vbi quadraginta diebus et noctibus ieiuna-
uit: et in duabus tabulis legem scriptam dei digito re-
portauit. Predicti autē Aaron et filij et seniores deum
israel viderunt: et sub eius pedibus quasi opus lapi-
dis sapphiri ad modū celi dum serenū est/ aspexerūt:
Mora- super ppl'm etiam facta est manus domini/ et viderūt
litas. dñi maiestatem: et cum leticia comederunt. Sic vero
ad hoc q aliquis digne mereat accipere legem dei/ et
fieri legifer et prelatus/ inter deum et ppl'm sequester et
medius/ multa sunt necessaria: q: scilz ipse debet dici
Moyses/ assumptus ex aquis: q: debet esse de aquis
fluxibilium delectationum abstractus: et per ipsarum
abdicationem debet ascendere in montem celestium
contemplationū: debet habere secum Aaron et senio-
res.i. virorū prudentiū associationē. Debet intrare ca
liginē nubis.i. cordis ꝯscie ꝯtritionem: oꝫ duas tabu
las habere/ intellectum et voluntatē/ seu rōnem et affe-
ctionē: vt scꝫ possit vbi deus virtutes et scientias scri
bere p grām et inspirationē. Debet quadraginta die-
bus et noctibus ieiunare/ p ꝓpte carnis maceratōēꝫ.
Sic em̄ faciens/ legem dñi suscipiet: inquātum diui-
nam voluntatē agnoscet. Deum etiā israel videbit: et
saphirum qui sub pedibus eius est.i. scabellū pedum
G suorū.s. humanitatē beatifice ꝯtemplabit et gustabit.
Nullus em̄ videre deum in patria/ nec cognoscere le-
Eze.8.a gem in via merebit: nisi qui abstinentiā/ et ꝯtēplatōēꝫ
Aliter. et seniorū.i. bonarū ꝑsonarū associationē secerit. Ezech.
Allego Sedebā in domo mea: et senes iuda sedebāt corā me.
rica Vel si vis allega illud: q tres sunt principales gra
dus et status ecclesie/ scꝫ supremus/ medius et infim9.
Supremus est ꝑlatorū: qui figurant in moyse sursum
ascendente. Medius est clericorū et religiosorū: qui fi-
guratꝰ est in aaron in latere mōtis cū suis remanēte.
Infimus est laicorū: qui figuratus est in ppl'o inferi9
residente. Vnusquisque em̄ scd'm exigentiā debet deo ap-
propinquare/ et montē ꝑfectionis ascendere: et scd'm ma
gis et minus visionē dei israel participare/ et legis di-
uine noticiā acquirere et habere. Perfecti em̄ sursum
ad verticem ꝯtemplatiōis nouerunt ascendere. Me-
diocrib9 vero sufficit lateraliter circuire. Infimis vero
secularibus necesse est inferius circa tp̄alia residere/
et parum de tp̄alibus degustare. Vnusquisque tamē scd'm
1. Co.12 gradum suum/ solet ꝯsolationē suā a dño ꝑcipere/ et si
a. dei noticiam possidere. Apls. Diuisiones grāꝝ sunt.
Aliter. Idem aūt dic de sacra scriptura: sicut summū apicē
soli scientifici in ipsa caligine mysteriorū intrant. Alij
autem in latere.i. literaliter circa corticem historiarū
immorant. Alij vero sicut seculares de longe remanēt
et versant: omnes tamen exinde ꝯsolatiōes plurimas
consequunt. Idem dic de monte ecclesie dignitatum:
Aliter in quibus scꝫ alij sunt superiores/ alij medij/ alij infe-
riores. Vel etiā idem dic de mōte paradisi/ et de di-

gnitatibus glorie sempiterne. Vnde dicit: In domo Jo.14.
patris mei mansiones multe sunt. Moyses legem a
accepturus/ fedus inter deum et ppl'm inire voluit: et Eodem
ideo duodecim vitulos imolari fecit: eorumque sanguine cap.o.
populum aspersit: et sic ꝯfederatus est dño populus: h
et legē eius suscepit: et quicquid dñs preceperat/ se fa- Histo-
cturum ꝓmisit. Omnia inquit que locutus est dñs/ ria.
faciemus. Sic vero in ecclesia primitiua/ moyses.i. Allego
christus/ volens legeꝫ a patre acceptam populo fide- ria
lium dare: fedusque cuꝫ eis facere duodecim vitulos.i.
duodecim apostolos: vel generaliter multos aplicos
viros occidi/ et p martyrium immolari voluit: inquā-
tum scilꝫ ipsos duodecim apostolos loco Joannis/
Paulo substituto/ per martyrium ad se vocauit. Sic
ergo factum est/ q populus istorū sanguine ꝑfusus.i.
apostolorū et martyrum morte et passione firmatus/ fe
dus et fidelitatem accepit: legem et fidelitatem credi-
dit et suscepit: et voluntati dñi obediuit. Maximū em̄
fidei fundamentū fuit sanguis apostolorū et martyrū:
qr reuera ex hoc populus in fide firmat/ et deo federat:
quādo videt et ꝯsyderat/ q taliū/ tot et tātorū sanguis
prō fide dño imolat: inquātum scꝫ non est verisimile/
immo nec possibile/ q tot homines pro fide voluntā-
rie morerentur: nisi ipsa fides et lex christi sup veritatē
solidam fundarent. Vnde dicit: Hic est calix sangui-
nis mei noui testamenti mysterium fidei/ qui p mul-
tis effundetur.

Capitulum vicesimumquintū Textus:
Locutusque est dominus ad moysen/ dicens
Loquere filijs. Moralitatum. Ca. XVII a

Dominus volens tabernaculum federis edi
ficare: primo voluit certas materias p edifi
cationē sibi spiritualiter dedicari: precepit Histo-
ergo q filij israel sibi vltro et voluntarie offer ria
rent aurum et argentuꝫ: es/ hyacinthum/ purpuram/
coccum bis tinctum/ byssum/ pilos caprarum/ pelles
arietū/ rubricatas pelles hyacinthinas/ ligna sethim
oleum ad luminaria/ aromata in vnguēta/ et thimia-
mata boni odoris: lapides autē onichinos et gēmas
ad ornandū ephot et rationale et superhumerale. De
istis aūt vltro oblatis ꝓmittit se dñs velle sanctifica-
tionē sibi edificare/ vt sic possit inter hoīes habitare.
Exemplar vero istius domus edificāde moysi deus in Mora-
monte sinai ostendit qñ dñi gl'iam vidit. Sic vero litas.
ad spiritualem edificationem tabernaculi anime/ cō-
scientie vel ecclesie: in quo scꝫ deus spiritualiter com
moratur: necesse est plura concurrere/ scꝫ plures virtu
tes: que ipsi deo vltro et voluntarie debemus offerre/
et spiritualiter dedicare. Iste ergo a nobis petit aurū
idest sapientie claritatem: argentū.i. eloquentie sua-
uitatem: es.i. predicationis et orationis sonoritatem.
Vel argentum qd dulciter sonat.i. suauitatem moni
tionis: es qd aspere resonat/ duriciam seuere reprehē
sionis: hyacinthum.i. celestis conuersationis et ap-
parentie venustatem: purpuram.i. verecundie grossi-
tatem: coccum bis tinctum.i. duplicem dei et proximi
charitatem: byssum retortam.i. cordis et carnis can-
didam castitatem. Itē debemus habere capillos ca-
prarum.i. exempla penitentium et eremitarum: pelles
rubricatas arietum.i. exempla christi martyrū p fide B
occisorū. Pelles hyacinthinas/ que scilꝫ coloris sunt
celestis.i. exempla christi ꝯfessorum et celeste viuentiū
Item nos debemus habere ligna sethim: que erant
incremabilia et imputribilia.i. perseuerantie stabili-

tatem: oleum olivarum. i. suavitatem pietatis et clementie: aromata. i. thimiamata fragrantia bone fame et spiritualis redolentie: lapides onichinos/ qui respecti oculos tremere faciunt. i. consyderationem mortis et divine iustitie. His enim eclipsis et virtutibus tabernaculum federis. i. sancta et munda conscientia construitur: et inde rationale iudicii. i. vita rationalis ornatur: et sic ibi deo gratissime immolatur: dum tamen ista ultro et voluntarie a nobis domino offerantur: quia scilicet nihil est meritorium. nisi quod est ultroneum et voluntarium. Ideo dicebat David in
Psal. 53.b psal. Voluntarie sacrificabo tibi. ¶ Precepit dominus fieri arcam de lignis sethim: que secundum sanctos erant ligna
Eodem cap. a ad similitudinem albe spine: que nec aqua poterant putrescere/ nec igne cremari: que erant etiam alba et leviata
Histo- et albe spine similia. Erat ista arca quadrangularis: et
ria. sine pedibus intus et exterius deaurata/ secundum Josephum: quadam corona seu quodam circulo seu labio aureo desuper circumcincta: quatuor circulos in quatuor angulis habebat: in quibus mittebantur vectes/ quando eam aliquis deportabat: quedam tabula aurea que dicebatur propitiatorium/ arcam tegebat: et hoc in longitudine duos cubitos cum dimidio/ in latitudine cubitum cum dimidio possidebat: et infra se tabulas legis/ urnam cum manna/ librum deuteronomii/ virgam que
C floruerat continebat. Duo vero cherubin desuper sedebant: que alas alterius ad alterum extendebant: sicut dicitur hic/ et infra. xxxvii. et Deut. x. Et sic patet quod ista arca quo ad materiam erat aurea et sethinea: quo ad formam quadrangula/ quadricircula et coronata: quo ad concomitantia habebat propitiatorium et cherubin: quo ad contenta habebat tabulas/ manna et librum et virgam. Ista autem arca infra altare lateranense secundum quosdam est inclusa.
Allegoria ¶ Allegorice ista arca est ecclesia: que pro tanto arca dicitur/ quod intra eam cuncta que ad salutem pertinent re-
Gen. 6. c ponuntur. Unde dicitur: Facies tibi arcam de lignis levigatis/ ut salvetur universum semen. Ista igitur de lignis sethim. i. de sanctis hominibus: quos scilicet aqua voluptatum non corrumpit: et ignis cupiditatis non urit: et quos albedo castitatis/ levitas paupertatis: et spinositas asperitatis indicat: debet esse constructa et intus et exterius. i. affectione et conversatione debet esse per sapientiam et sanctimoniam deaurata: qui persone ecclesiam constituentes debent esse per sapientiam splendentes et auree: per indeficibilem firmitatem debent esse sethinee: ut habetur in
Cant. 3. d Canticis. Reclinatorium aureum fecit sibi rex salomon. Ista igitur debet esse quadrata per constantiam immutabilem: quadrangula per quatuor virtutes cardinales: quatuor habet circulos. i. quatuor evangeliorum doctrinam: in quibus scilicet vectes qui erant de lignis sethim et spinosis: et qui erant exterius deaurati. i. predicatores et doctores/ qui doctrinam habent auream et correctionem spineam/ perseverantiam sethineam: taliter debent inseri in-
D quantum scilicet ipsi habent in evangeliorum doctrina continue meditari. Istis scilicet mediantibus arca portabatur: ad denotandum quod per sanctos predicatores ecclesia in fide et in moribus sustentatur: quamvis de multis vectibus. i. modernis predicatoribus possit hodie dici/ quod ipsi non sunt vectes fortes et sethinei: sed viles/ debiles et ferrei. De quibus
Esa. 45 a. diabolus dicit: Portas ereas conteram. i. malos prelatos: et vectes ferreos confringam. i. predicatores et cetera. Item arca dicitur habere triplicem dimensionem: scilicet longitudinem fidei/ altitudinem spei/ et latitudinem charitatis. Verum tamen quelibet istarum habet aliquid perfectum/ et aliquid imperfectum. Cubitus perfectionem significat: dimidius vero cubitus imperfectionem designat: quia vera longitudo fidei duos habet cubitos: i. duplicem perfectionem: inquantum scilicet divinitatem et humanitatem credit: et unam tamen dimidietatem. i. imperfectionem habet: inquantum scilicet non facialiter/ sed enigmatice cognoscit. Charitatis etiam latitudo imperfectionem importat: inquantum toto corde et tota anima deum et proximum nunquam amat. Spes etiam cum sua altitudine dimidium cubitum. i. imperfectionem patitur: inquantum scilicet spes nostra semper cum aliquo timore miscetur. Et breviter non est aliqua mensura perfectionis/ quin habeat aliquem defectum imperfectionis. In paradiso vero nostra defectio supplebitur: quia per beatitudinem omnia complebuntur.
Unde apostolus: Ex parte cognoscimus/ et ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est/ evacuabitur quod ex parte est. Item ista arca. i. ecclesia habet supra se propitiatorium: inquantum in ipsa invenitur propitiatio et remissio peccatorum: habet etiam coronam auream/ inquantum in ipsa invenitur corona meritorum/ habet cherubin idest societatem sanctorum et angelorum/ et consortium sapientum et iustorum. Cherubin que sunt: Josephum erant forme volantium nulli alteri assimilatum: quas moyses in sede dei vidit: que scientie plenitudo interpretantur: significant viros iustos/ scientificos/ discretos/ volatiles et contemplativos: et in sede dei per contemplationem affixos: quos certe arca ecclesie et religionis debet super se in statu prelationis habere: et secum et eorum regatur consilio continere. Unde Ezechi. Elevaverunt cherubin alas suas/ et exaltata sunt. Item ista arca debet continere tabulas et librum. i. legem divinam et scientiam: manna dulcissimum quod de celo pluerat. i. devotionem et clementiam: virgam Aaron que floruerat. i. severam correctionem et iustitiam: legem scilicet ad simplices erudiendum. Unde dicitur: Dabo legem meam in visceribus eorum. Manna dulcedinis/ ad delinquentibus compatiendum/ et indigentibus dulciter subveniendum
Psal. Pluit illis manna ad manducandum. Virgam vero iustitie ad protervos corrigendum/ et ad oves divine pascue dirigendum. Psal. Virga directionis virga regni tui.
¶ Vel dic quod arca ista significat animam bonam vel quamlibet bonam personam: et maxime ecclesiasticam vel prelatum quia scilicet talis debet esse sethinea/ vel imputribilis per constantiam et patientiam: debet esse aureus intus per divinam sapientiam/ et extra per honestatem et per bonam apparentiam. Isti debent habere quatuor angulos. i. quatuor affectiones bonas: scilicet dolorem de presentibus malis commissis: gaudium in spiritusancto de presentibus bonis factis: spem in deo de futuris premiis: timorem de futuris penis. Unde dicitur: Ex corde quatuor oriuntur: scilicet bonum et malum/ vita et mors. Bonum inquit et malum/ et virtus et vitium: in presenti quantum ad gaudium et dolorem: vita et mors. i. premium et tormentum/ quantum ad spem et timorem. Item iste debet habere quatuor circulos. i. quadruplicem cardinalem virtutem. Debet habere duos vectes deauratos. i. duplicem fortitudinem et firmitatem: scilicet in corde contra tentationes/ et in corpore contra tribulationes. Etiam debet habere labium aureum. i. verbum continens misericordiam et veritatem: debet habere propitiatorium aureum/ idest clementiam et pietatem: et debet habere cherubin aurea. i. virorum sapientum societatem. Vel cherubin/ qui interpretatur plenitudo scientie. i. scientiam et subtilitatem. Ista enim omnia pertinent ad prelatum/ vel etiam ad quemlibet virum ecclesiasticum sive iustum: videlicet quod penitentibus faciliter propitietur. Psal. Apud te propitiatio est. Duo cherubin. i. viros contemplativos et scientificos

Right-column margin notes, top to bottom: 1. Co. 13 d · E · Eze. 10. c · Hiere. 31. f · Psal. 77. c · Psal. 44 b. · Aliter · F · Eccle- siasti. 37. c. · Psal. 129. a.


Ecci.9. tificis concomitet. Unde Ecclastici. Cũ sapientibus
d. ambula. Qđ a quatuoꝛ virtutibus cardinalibus do-
Eze.1.b tetur. Ezech. Quatuoꝛ facies vni. Et duobus vectib9
idest duobus lateribus fortitudinis/scꝫ a dextris ꝛ a
Nu.13. sinistris.i. in ꝓsperis ꝛ in asperis roboret. Unde dicit
e Palmitẽ portauerũt in vecte duo viri. Item ista arca
idest prelatus debet ↄtinere tria: scꝫ tabulas cũ libro
idest diuine legis eruditionẽ: mãna dulce.i. elemosy-
G nam ꝛ subuentionẽ/vel benignitatẽ ꝛ ↄsolationẽ ꝛ cõ
1. Tes.5 passionem: virgam floridã.i. iustitiam ꝛ correctionẽ.
e Iuxta illud apli: Corripite inquietos: ↄsolamini pu-
sillanimes: suscipite īfirmos: qꝛ scꝫ prelatus debet ru
des informare: inquietos corripere: pusillanimes cõ-
Aliter. solari/ꝛ afflictoꝝ misereri. ¶ Uel si vis/allega de hoc
sicut sup: a eodem. Debet etiam habere triplicem di-
mensionẽ.i. tres virtutes theologicas: scꝫ longitudi-
nem fidei/altitudinẽ spei/ꝛ latitudinẽ charitatis: qꝛ
.Co.13 sicut dicit aplꝰs: Nunc aũt manent tria hec: fides/spes
d. ꝛ charitas ꝛc. Dilata vt supra. ¶ Uel dic ꝙ arca est
Allego christus/qui ex auro ꝛ ligno.i. ex deitate ꝛ humanita
ria te ↄstat: qui scꝫ secum habet cherubin.i. angelos qui-
Lu.2.b bus dominat. Unde dicit: Facta est cum eo multitu-
do celestis exercitus ꝛc. Propitiatoriũ pietatis cum
Ioã.8. dixit adultere: Dimittunt tibi pctã tua. Quatuoꝛ cir
b. culi.i. quatuoꝛ euangeliste: duo vectes.i. duo populi
pendentes in circulis.i. in euangelijs ↄtinue commo
Allego rantes ꝛc. Expone oĩa alia vt supra. ¶ Uel dic ꝙ arca
ria alia est beata virgo: cuius lignũ.i. ala fuit imputribilis
nature: inquãtum nullam pctĩ sensit corruptelã: que
scꝫ in se ↄtinuit tria.i. christum. Nã scꝫ ibi fuit mãna
de celo veniens.i. deitas: tabula legis ↄtinens.i. aĩa:
virga de terra nascens.i. corpus. Ista ergo fuit aurea
idest sancta intus ꝛ extra.i. in corde ꝛ corpore ꝛc. Dic
Eodem per oĩa sicut supra. ¶ Precepit dñs fieri duos cheru-
cap.b. bin aureos ꝓductiles: non fusiles/sed malleo factos:
Histo- qui iuxta arcam tegentes ꝓpitiatoriũ ex vtroqꝫ latere
ria. ponerent: ꝛ ꝙ due ale singuloꝝ alterius ad alteꝝ iun
D gerent: ita ꝙ ipsis se mutuo tangentibus arca ꝛ pro-
pitiatoriũ tangerent: precipiebat etiam ꝙ isti mutuo
se reciperẽt: ꝛ ꝙ vultus suos ad ꝓpitiatoriũ verterẽt:
qđ scꝫ alis duabus (vt dictum est) operirẽt. Alias võ
duas alas exterius extenderent ꝛ leuarẽt. Prout võ
dicit Iosephus: cherubin erãt aĩalia quedã quarum
Mora- figura nunꝙ̃ erat visa/sed a moyse in sede agni cõspe-
litas. cta fuerat. ¶ Per cherubin prelatos vel viros eccle-
siasticos possumus intelligere: qui scꝫ duo debẽt esse
per charitatẽ ꝛ sanctitatem splendidi: perductiles.i.
malleis tribulationũ perducti: ad malleationem per
correctionẽ ꝛ patientiã assueti: ꝛ iuxta arcam.i. iuxta
3. Reg. religionẽ vel ecclãm ad eius ꝓtectionẽ ꝛ regimen cõ
6.e. stituti. Unde dicit in libro Regum: Fecit in oraculo
duos cherubin de lignis oliuaꝝ decẽ cubitoꝝ altitu-
dinis: texit quoqꝫ auro: qꝛ reuera tales debent esse in
oraculo scꝫ ecclie per deuotionẽ: duo per dilectionem
cherubin: qui interpretat plenitudo scientie/ꝑ scien-
tiam ꝛ discretionẽ: de lignis oliuaꝝ per pietatẽ ꝛ cõ-
passionem: decem cubitoꝝ per decem mandatoꝝ im-
pletionem: cooperti auro per splendentem ꝛ lucidam
conuersationem. Quid vltra? Reuera dico: ꝙ isti che
rubin videlicet viri ecclesiastici seu iusti/debent esse
animalibus.i. alijs hominibus dissimiles per sancte
vite singularitatem: ipsorūqꝫ similitudo in sede debet
inspici ꝛ inueniri per dei exemplarẽ similitudinem et
conformitatẽ. Ale.i. affectiones istoꝝ se debẽt inuicẽ
tangere per amicitiam ꝛ societatẽ: ꝛ alter alteꝝ debet
respicere per mutuam dilectionem ꝛ charitatem: vul B
tusqꝫ mentis sue debent ad ꝓpiciatoriũ.i. ad dei ꝓpi
ciationẽ ꝛ misericordiã vertere ꝑ spem ꝛ intentionẽ
bonã/ꝛ ordinatã ad dei voluntatẽ. Apostolus: Respi- Heb.12
ciamus in autorẽ fidei ꝛ ↄsummatorẽ iesum. Ezech. a.
Due ale singuloꝝ iungebant. Ps. Oculi mei semꝑ Ezech.
ad dñm: qm̃ ipse euellet de laqueo pedes meos. Isti 1.c.
ergo quasdam alas affectionũ suaꝝ ad ꝓpiciatoriũ Psal.
idest ad deum: ꝛ ad cooperiendũ.i. ad ꝓtegendũ arcã 24.c.
ecclie debent extendere. Alas etiã ad exteriora.i. ad re
gimen exterioꝝ negocioꝝ/necnõ ad amorẽ ꝛ vtilita-
tem ꝓximoꝝ debẽt similiter dilatare: qꝛ reuera tales
cherubin/idest viri scientifici ꝛ ↄtemplatiui non de-
bent solum ꝓpiciatorium.i. deum ꝑ ↄtemplationem
respicere: non solum debet alter alteꝝ per dilectionẽ
tangere: necnõ ad tangendũ ipm oraculũ ꝓtendere:
immo etiam ipsi debent alas sue discretionis ꝛ affe-
ctionis exterius ad ꝓximoꝝ vtilitatẽ extendere/ꝛ ad
amorem subditoꝝ: necnõ ad tꝑalium negocioꝝ regi
men dilatare: ꝛ sic cuilibet dicetur illud Ezechie. Tu Ezech.
cherub extentus ꝛ ꝓtegens/plenus sapia ꝛ perfectus 28.d.
decore: in delitijs paradisi dei fuisti ꝛc. ¶ Dic etiam Aliter.
si vis/ꝙ ista duo cherubin possunt significare Petrũ
ꝛ Paulum/vel alios quoscũqꝫ duos sanctos qui dn-
ciles ꝓpter martyrium possũt dici. ¶ Uel dic ꝙ isti che Aliter.
rubin.i. pleni scia possũt dici: qꝛ reuera isti alas ↄtẽpla-
tionis sue suꝑ ꝓpiciatorium.i. suꝑ ipm deum eleuãt
ipsasqꝫ alas mutuo iungunt/inquãtum ad ↄtẽplatio B
nem deitatis simul conueniunt ꝛ intendũt. Alas võ
exterius dicunt extendere/inquãtum ad nos ꝛ ad ex-
teriorum dei iudicium regimen operationes suas ꝓ
tendunt. Uultus sue cognitionis ꝛ affectionis in ꝓ-
pitiatorium.i. in deum vertunt/ꝛ se mutuo respiciũt/
diligunt atqꝫ volunt. ¶ Uel dic si vis/ꝙ ꝓpiciatoriũ Aliter
fuit christus/qui sm̃ Ps. ꝓpiciat omnibus iniqui- Psal.
tatibus tuis: ꝛ sanat oẽs infirmitates tuas: qui scilꝫ 102.a.
circa ꝛ supra se cherubin.i. angelos habuit/quos scꝫ
deus in custodiam ꝛ ministerium deputauit. Psal. Psal.
Angelis suis mandauit de te: vt custodiant te in oĩ- 90.c.
bus vijs tuis. ¶ Precepit dñs ꝙ fieret mẽsa in taber Eodẽ
naculo/dicens sic: Facies mensam de lignis sethim cap.c.
habentẽ duos cubitos longitudinis: ꝛ in latitudine Histo-
cubitum/ꝛ in altitudine cubitũ ac semissem: ꝛ inau- ria
rabis eam auro purissimo: faciesqꝫ illi labium aureũ
per circuitum: ꝛ ipsi labio coronam interrasilem.i. in
tercellatã quatuoꝛ digitoꝝ: ꝛ suꝑ illam aliã coronã
dictam aureolam: ꝛ in quatuoꝛ angulis quatuoꝛ cir
culos precepit in singulis pedibus fieri/vt vectibus
impositis posset mensa portari: vectes võ de lignis se-
thim fieri voluit/quos auro purissimo deaurari man
dauit. Poni aũt voluit mẽsa in tabernaculo ad aqui
lonem: ꝛ panes ꝓpositionis cũ thure imponi manda
uit. Insuper ꝛ vasa libaminũ.s. acceptabula/phialas
thuribula ꝛ cyathos ordinauit/ꝛ mense sub supponi.
¶ Per mensam sm̃ doctores intelligit sacra scriptu Allego
ra: que scꝫ in tabernaculo ecclie ad aquilonem.i. con ria pul-
tra frigus tribulationũ ponit: vt scꝫ mundi tribula- cherri-
tiones ꝛ miserie ꝑ ↄtemplationẽ ꝛ conuersationẽ scri ma.
pturarũ temperet. Psal. Parasti in ↄspectu meo men C
sam/aduersus eos qui tribulant me. Ista ergo est de Psal.
lignis sethim: qꝛ est imputribilis per perpetuã dura- 22.b.
tionẽ. Psal. In eternũ dñe ꝑmanet verbũ tuũ. Auro Psal.
purissimo dicit deaurata/ꝓpter excellentẽ ↄditionẽ: 118.
qꝛ scꝫ aurum artium liberaliũ est purũ: aurum ethice
seu moralis sciẽtie ẽ purius: auro võ sacre scripture

Prou. est purissimum. Vñ dicit. Primi ꝛ purissimi fructus
3.b. eius. Labio aureo/idest munda doctorꝫ ꝛ predicatorꝫ
Prou. eloquẽtia dicit circũcincta. Et alibi: Labia mea dete-
8.a. stabunt impiũ. Quatuor angulis ꝛ quatuor pedibus
idest quatuor exponendi generibus dicit adornata:
scꝫ historico/mystico/allegorico ꝛ tropologico. Ezec.
Ezech. Quatuor facies vni. Et quatuor circul'.i. quatuor do
1.b. ctrine partibus inuenit distincta: que scꝫ sunt docere/
qđ ptinet ad veritatẽ: erudire/qđ ptinet ad vtilitatẽ:
arguere/qđ est male dictũ: corrigere/qđ ẽ male factũ.
2.Tim. Unde apl's dicit/ꝙ ols doctrina diuinitus inspirata/
3.b. vtilis est ad docendũ/ad arguendũ/ad erudiendum ꝛ
ad corrigendũ. Sed quid vltra? Reuera ista debet ha
bere coronã auream: inquãtum ipsam scientibus ꝓ-
mittit premiũ essentiale Dicit etiã habere coronam
aureolam: inquãtum ipsam docentibus ꝓmittit vltra
Psal' hoc premiũ accidentale. Vñ Psal. dicit: Corona au-
20.a: rea super caput eiꝰ. Corona tñ ista aurea/idest ꝓmiuꝫ
essentiale et dignitas glorie paradisi/quatuor est di-
gitorꝫ inquãtum scꝫ ista habet quatuor genera prin-
D cipalia premiorꝫ: que scꝫ sunt visio/fruitio/tentio/et
Eze.1.b hũanitatis christi ɔtẽplatio. Vñ Ezech. Quatuor pẽ
Ibidẽ ne vni. Et iterũ: Per q̃tuor partes eũtes ibant. Quid
b vltra? Reuera ista mẽsa diuine scripture habet suam
mẽsurã: scꝫ lõgitudinẽ duorꝫ cubitorꝫ/id est sciam no-
ui ꝛ veteris testamẽti: ꝛ latitudinẽ vniꝰ cubiti/ꝛ semis
sem: id est deuotionẽ sctõrꝫ q̃ scꝫ cubitũ habet inq̃tuꝫ
veraciter credit: semissem tenet/inq̃tũ scꝫ de bonis fu
turis aliq̃d vlteriꝰ sentit: quod tñ nõ est cõpletũ/sꝫ im
1.Co.13 ꝑfectum existit. Vñ apl's: Et ꝑte cognoscimꝰ/ꝛ ex par
c. te prophetamus. Ista est igit q̃ cõtinet duodecim pa
nes duodecim articulorũ fidei/q̃ ꝓ vita fideliũ sunt
necessarij. Habet etiã libamina sciẽtiarũ et sacramen-
torum: vasa vero subseruientia hꝫ multa id est multi-
tudinẽ doctorꝫ/scꝫ ad libamĩa sacramentorũ ministrã
da/ꝛ ad libamina doctrinarũ fundẽda: q̃ a deo sunt
ordinata: vñ etiã ibi erat acetabula/q̃ dicunt vasa pro
aceto seruãdo: ꝛ isti sunt q̃ docẽt cũ acredie correctio
nis: Cyathi q̃ sũt vasa rusticorꝫ: ꝛ isti significãt illos q̃
docẽt ĩfirmos cũ quadã supportatiõe cõpassiõis: phi
ale q̃ erãt vasa vitrea: dicta a philin quod est vitrũ: et
isti sunt illi q̃ ɔsolant pusillanimes/q̃ sunt fragilis et
vitree ɔditiõis: thuribula q̃ erãt ad thurificãdũ apta
ta: ꝛ sunt illi q̃ docent alios/monẽdo ad officiuꝫ ora-
tionis ꝛ deuotiõis Ideo de istis quatuor generibus
1.Tes.5. vasorꝫ/id est doctoruꝫ/videt Apl's dicere: Rogamus
c. vos fratres/corripite inquietos/suscipite infirmos/
E ɔsolamini pusillamines. Patiẽtes estote ad omnes:
semper gaudete: sine intermissione orate ꝛc. Et sic est
Matt. mensa domini/vbi deuoti nutriuntur. Unde dicitur:
15.c. Quia catelli edunt de micis que cadunt de mensa do
minorum suorum: vbi superbi iudei esuriem patien-
Psal. tur. Psalmista: Fiat mensa eorum coram ipsis in la-
68.c. queum. ¶ Vel si vis dic ꝙ mensa ista significat qua-
Aliter tuor genera vasorꝫ.i. quatuor genera doctrinarꝫ ꝛc. si-
Aliter cut supra. ¶ Vel dic ꝙ in ista mẽsa sunt quatuor vasa
idest libri ꝓphetarꝫ minorꝫ: quatuor pedes.i. quatuor
prophete maiores. Due corone.i. iob ꝛ psalmista/seu
Aliter lex ꝛ historiarꝫ libri. ¶ Vel dic ꝙ mẽsa est fides nostra
que est sethinea ꝛ incorruptibilis: q̃ nunq̃ deficiet.
Lu.22. Unde dicit: Non deficiet fides tua. Deaurata: quia
c. semper miraculis splendet. Quatuor habet circulos
quia quatuor euangelia continet cum vectibus im-
positis.i. cũ fortissimis cultoribus quos habet. Ista
etiam duodecim habet panes.i. vniuersitatem arti-

culorum fidei: vasa libaminum.i. vniuersitatẽ sacra
mentorꝫ: coronam interrasilem.i. multitudinem vir
tutum ꝛ meritorꝫ: coronulam resplendentem.i. certi-
tudinem premiorꝫ. Unde etiam homini fideli dicit: Apoca.
Esto fidelis vsq ad mortem: ꝛ dabo tibi coronã vite. 2.c.
¶ Vel dic ꝙ mensa tabernaculi significat pietatem/ Aliter
quã debẽt habere veri christiani ꝛ viri ecclesiastici: q̃
scꝫ isti debent habere panes ad esurientes cibanduꝫ:
vasa libaminum ad sitientes potandum: thus odori
ferum.i. verba odorifera ꝛ dulcia ad tristes ɔsolãdũ:
coronã auream.i. beneficentiã ad dignos ꝓmiandũ:
que scꝫ in parte aquilonari.i. in frigore tribulatiõis f
ꝛ in sterilitate paupertatis debet principalr inueniri
ad indigentibus subueniendũ. Vñ in psal. Nunq̃d Psal.
poterit parare mensaꝫ in deserto? Vel dic ꝙ talis mẽ- 77.c.
sa est homo pius ꝛ misericors ꝛc. sicut sup̃. ¶ Sicut Eodẽ
precipitur hic ꝛ Leui. Duodecim panes de simila pu cap.c.
rissima/de duabꝰ decimis debebat fieri: qui igne cocti Leuit.
super mensam purissimã sex ꝛ sex altrinsecus debebãt 24.a.
statui: ꝛ patena aurea cum thure limpidissimo super Histo-
quẽlibet debebat poni: qualibet ṽo die sabbati debe- ria
bant mutari: ꝛ nouis substitutis panibus ꝛ incenso/
primi panes a sacerdotibus in loco sancto debebant
comedi: thus ṽo sup altare debebat incendi. ¶ Duo
decim panes sunt duodecim apostoli: qui scꝫ fuerunt Allego
de simila/que est flos farine frumenti: inquãtum ipi ria
fuerunt flos ꝛ electio totius mundi. Unde in Cañ. Cañ.2.c
Flores apparuerunt in terra nostra. Et iterꝫ: Ego ele- Ioan.
gi vos de mundo. Igne enĩ tribulationũ cocti sunt: 15.c.
inquantum tormenta ꝛ supplicia sustulerunt. Unde
dicit: Calefactus sum ꝛ coxi panes. In mensa etiam Esaie.
ecclesie sex ꝛ sex alternatim sunt positi: inquantuꝫ per 44.c.
charitatem semp erant coniuncti: ꝛ nunq̃ ꝑ heresim
aut schismata ab inuicem sunt disiuncti. Vñ canitur
Hec est vera fraternitas: q̃ nullo potuit separari cer-
tamine ꝛc. Igit isti sunt qui thus deuotionis ꝛ ora-
tionis habuerunt: ꝛ in mensa legis diuine ɔtinue per
seuerauerunt: quousq adueniente sabbato.i. eterne
requiei: ꝓmio exinde ꝑ mortem subtrahi meruerunt
Sufficere deberet eis si pullos nostros/idest bona pos-
sent habere: & sic matrem/idest personam liberam de-
berent dimittere/& eam captis bonis filijs nō curare.
Cuius tamen contrarium multi faciunt: qui scilz et
bona rapiunt/& personas premunt vel affligunt. Uñ
Job. Job: Nudos dimittunt homines vestimenta tollen-
24.b. tes. Sequitur: De ciuitatibus fecerūt viros gemere:
Tropo & anima vulneratoꝝ clamauit: & deus abire inultum
logia non patitur. ¶ Uel ſm aliquos dic/q mater ista est
carnalis cōcupiscentia: pulli eius sunt carnales affe-
ctus & actus. Illa ergo est que omnino teneri & eradi-
cari non pōt. Uerūtamē pulli eius/scz mali affectus
& consensus tenendi sunt & reprimendi: et ne ad effe-
ctum veniant compescendi. Ista enim est auicula/que
in nido carnis nostre cubat. Ista est que abrae sacrifi-
cium fedat: & q oculos tobie excecat & offuscat. Istaz
necesse est q non pmittamus in carne nostra viuere:
sufficit tamen q pullos eius possimus per temperā-
tiam retinere. Ad hoc videtur facere illud Leuit. q
mater & filius non debebant in die eadem immolari
idest q cōcupiscentia carnis & ipsius mali actus/nō
A possunt simul per hominē eneruari. Hic ponit illud:
Leuit. Non arabis in boue & asino. Item: Non induceris ve-
19.d. stimento lino lanaq; contexto: sed de hoc habet sup.
Eodem ¶ Hic dicitur/q si quis oppressent puellam & clama-
ca.d. uerit: dato q non audita fuerit ipsa/nullatenus pu-
nietur. Si vō non clamauerit/dato q audita nō fue-
Mora- rit: tunc cum suo oppressore occidetur. ¶ Dic q cla-
litas. mor est confessio: que quādoq; non auditur/quando
constat in sola cordis contritione: quādo autem au-
ditur/constat in verborum platione. Istud est ergo
verum/q quandocūq; diabolus aliquā puellā/idest
aliquā personam per peccatum opprimit: tunc vere si
per confessionem clamauerit: dato q sacerdotem ali-
quem qui eam audiret non inuenerit: mortem perpe-
tuam non incurrit. Sufficit enim anime peccatrici cla-
mor cordis/si non sit sacerdos qui audiat verbū oris.
Psal. Psal. Clamauerunt ad dominum cum tribularent:
106.a. & de necessitatibus eorum eripuit eos. Uerūtamen si
sit peccato oppressa/& non clamauerit: nec vocem cor-
dis aut oris contra diabolum oppressorem emiserit:
tunc vna cū dicto suo oppressore in eternū peribit &c.
Aliter ¶ Uel dic q clamor orationem significat. Quotiēs
ergo diabolus/caro vel mundus per tentationez vel
tribulationem nos nititur opprimere/& per malum
consensum corrumpere: totiens debemus ad deum
per orationem clamare. Et tunc si deuote clamaueri-
mus/& dei auxilium implorauerim9: dato q nos nō
exaudiat/& in peccatum labi/et a diabolo corrumpi
permittat: punitionem tamen seu damnationē non
incurrimus: quia scz quod in nobis erat fecimus: sed
qui nos exaudiret non inuenimus. Sepe enim occulta
dei dispensatione agitur/q hō clamans & repugnās B
in peccatum collabi permittatur: vt dum fragilitatē
suam experimento discit/humilior habeatur. Unde
apls: Cū esset filius dei/didicit ex his que passus est
obedientiam. Ac si diceret: q filius dei/idest iustus & Hebre.
predestinatus quandoq; tentationem vel peccatum 5.c.
patitur/vt humilis & obediēs effici mereatur.

¶ Capitulum vicesimumtertium Textus

Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis. Moralitatum. Cap. X

In isto .xxiij. capitulo ponūtur quatuor gene-
ra psonarū: quib9 ingressus in ecclesiā dei vel Histo-
ppetuo vel ad tps negabat. Primi sunt qui ria
in mēbris generatiuis erāt vel attriti vel trū-
cati: seu eunuchus vel conscisus. Secūdi erāt illi q
defectum natalium patiebantur: scz mauseres: spurij
& alij de illegitimo matrimonio procreati. Tertij erāt
amonites: qui interpretantur populus turbidus qui
scz de stirpe amon filij loth fuit genit9. Et moabites:
qui interpretantur populus merons: qui scz de genere
moab alterius filij loth fuit natus. Isti enim duo po-
puli filijs israel de egypto venientibus et fame et siti
pereuntibus: vel occurrere: vel panez et aquam conce-
dere noluerunt/sed potius ad maledicendum eis ba-
laam excitauerūt. ¶ Dicamus ergo allegorice: quod
isti primi significant homines ignorantes & insciēti-
ficos: qui scilicet nesciunt alios predicando cōuertere
seu spiritualiter generare. Secundi significant simo-
niacos: quos nō legitimus vir ecclesie christus vel bo-
nus prelat9 genuit vel pduxit: sed potius quos adul- C
ter diabolus/carnis affect9 vel malus platus illegiti-
mus voluit introducere vel creare. Tertij sūt luxuriosi
qui turbidi sunt ppli: inquātuz res fedas & turbidas
solēt pre ceteris exercere. Quarti vō sūt auari: q ppli
sunt merons/inquātū p sollicitudinē & timorē semp
solēt in amaritudine cordis pre ceteris perōnib9 viue-
re & manere. Igit ista est veritas/q ecclesiam dei/statuz
ecclasticū/officia & bñficia eccle nō debēt hre ista q-
tuor genera persōꝝ: scz eunuchi/q nō generāt p pdica-
tionē. Illegitime nati/scz simoniaci: q adulterine p-
cedūt ad pmotionē. Amonites scz luxuriosi: q sūt po-
puli turbidi p carnis infectionē. Moabites populus
merons/scz auari: q semp hñt sollicitudinē/merorē &
desolationē. Tales ergo nō debēt statū eccle ingredi
nec ad beneficia ecclastica pmoueri. Psal. Quibus Psal.
iuraui in ira mea/si introibūt in requiem meā. Isti enī 94.b.
auari/scz filij israel.i. pauperib9 in deserto hui9 mūdi
esurientib9: cū pane & aqua.i. cū elemosynis nō occur-
rūt: sz potius balaam malū pphām & ariolū.i. aduo-
catos & ballinos ptra eos/& ad eoꝝ exheredationē p-
uocāt & inducūt. Cōtra quos dicit: Qui habitatis ter-
ram austri/occurrite cū panib9 fugienti. ¶ Moyses Esa. 21.
precepit pplo isrl/q ipse nō abominet egyptū/in qua d.
fuit aduena vel colon9: nec etiā idumeū: q de Esau fra- Eodem
tre Jacob fuit nat9/qr inqt ipse ē frater tu9. Alios vō cap.b.
pplos/scz moabites & amonites pcepit abominari: & D
nullū fedus voluit cū eis iniri. ¶ Per filios isrl q de Tropo
seruitute ad libertatē venerāt/itelligo eos q de paupta- logia
te ad diuitias ascēdūt. Per egyptios vō itelligo eos
q ipsos dū erāt paupes aliquādiu nutrierūt. Per idu-
meū vō frēz suū/itelligo eos q de eoꝝ ppa parētela ad
pauptatem

paupertatem veniunt. Igitur o tu popule israel/idest
populus diuitum: qui de seruitute miserie ad statum
prosperitatis venisti: caue ne abomineris egyptium
idest illum rusticum apud quē aduena aliquādo fui
sti: et a quo nutritus et beneficiatus dum eras paupe/
aliquotiens extitisti: sed potius ipm recognoscere et
diligere debes: et ne habeas verecundiam: quia pau-
periem habuisti: sed potius reputa tibi ad gloriā q
pauperem habes consanguineum: et noli eum cōtem
nere vel fugere: quis nunc sit pauperior q̄ prius cum
vidisti. Cuius tamen sepe fit contrarium: quia multi
sunt qui dum ad prosperitatē veniunt/nunq̄ amplius
aliquē pauperē parentem videre volunt: et illos apud
quos aliquādo egeni fuerant/vilipendunt. Vñ dicit
Prou. 19.a. fratres pauperis hoīs oderunt eum. ¶ Vel dic q fi-
lii israel sunt religiosi. Idumei vero et egyptii sunt secu
Aliter lares et laici: qui scilicet ab ipsis non debēt abomina-
ri: sed potius in charitate et beniuolentia supportari.
Roñi. 14.a. Unde apls. Infirmū in fide suscipite. Amonites vero
et moabites/peccatores et heretici dicunt: et debent p-
petuo detestari: nec eorum consortium aliquo modo
E debet frequentari. ¶ Cum quis nocturno polluebat
Eo.c.b. somno/vel aliquā immundiciam cōtrahebat: statim
extra castra exire debebat: et in vespere lotus aqua ite
rum redibat: sicut hic et supra multis locis et passib9
Mora litas connectitur. ¶ Sic etiam statim quando quis aliquo
peccato mortali polluitur/castra paradisi exire p cō-
syderationē tenetur: quia statim debet se immundus
reputare/et a cohabitatione sanctorum indignum se
esse iudicare/et a tabernaculis paradisi dignum expel
li et eici cogitare: quousq3 scz aqua compunctionis et
confessionis sit lotus: et quousq3 in ipso vespere venie
idest quousq3 ardor concupiscentie sit in eo diminu-
tus: tunc enī potest castra mundatus intrare/et de in-
Psal. 114.b. gressu paradisi sperare. Psal. Ingredere in requiem
tuam: quia dominus benefecit tibi. ¶ Hic precipit
Eo.c.b. q filii israel cum essent in castris deberent habere lo-
Histo- ria cum deputatum ad requisita nature/scz ad purgan-
dum ventres. Verūtamen semper vnum paxillum de
bebant in balteo portare: quo debebant terram fo-
dere/et stercus quod egesserant operire: ne forte pos-
set dominum/qui castra israelis circuibat/feditas of
Mora litas fendere et grauare. ¶ Si vero loquendo moraliter: hō
peccator debet extra castra/idest extra cōmunionem
sanctorum se reputans: certo loco vel coram sacerdo-
te feditatem suorum viciorum per confessionem ege-
rere: et paxillo acute compunctionis terram humili-
tatis fodere/et terrenitatem vilitatis prie cogitare:
et sic per satisfactionem immundiciam viciorum debet
F a dei oculis/qui castra cordis nostri circuit et consy-
derat contegere et ea a punitione sue iustitie celare.
Tunc enī feditas peccatorum nostrorum a dei cōspe
ctu tegitur quando qd per confessionem egestum est:
per terram/idest per mortis memoriam vel per satis-
factiuam penitentiā operitur. Terra enī est subiecta
humilitas vel penitentie grauitas/vel nostra consy-
derata terrestreitas: que scilicet omnia dei oculis de
nostris peccatis satisfaciunt: et ipsam ne amplius vi-
Psal. 31.a. deantur/sepeliunt atq3 tegunt. Psal. Beati quorum
remisse sunt iniquitates: et quorum et c. Et sic exponit
eo.ca.c. Stephan9 de longotono in sua postilla ¶ Itē adhi-
Histo- ria betur mandatum/vbi dicitur sic: Non tradas seruū
domino suo qui ad te confugit: sed habitabit tecum
et in vna vrbium tuarum requiescet: nec contristes eū
Nec offeres mercedem prostibuli/nec precium canis

in domo dei tui. Vineam primi tui ingressus/tolle
de vuis quantum tibi placuerit: foras autem portare
non licebit. Segetem etiam amici tui si intraueris/
manu etiam potes terere et comedere: falce autem nō
poteris aliquid discerpere vel auferre. ¶ Ista possunt Mora-
applicari ad multa: scz q cum quis seruus diaboli vel litas
mundi/scilicet secularis vel infidelis/ad religiosum
vel fidelem/ad fidem vel religionem cōfugerit: vt pos
te quia relicta gentilitate fidelis/vel relicto mundo
religiosus factus fuerit: procul dubio talis sic nouiter
conuersus aut fugiens/nō est exasperādus/nec scan-
dalis aut iniuriis molestandus: vel per turbationem
vel scandalum iterum ad manus domini sui mundi
vel diaboli reducendus: sed potius supportādus est
in vna vrbium nostrarum/scilicet in ecclesia vel reli-
gione pacifice viuere permittendus. Cuius tamen cō G
trarium multi faciūt austeri prelati in religione: qui
subditos suos compellunt per austeritatē suā ad pri
mos dominos suos/scilicet ad mūdum vel diabolum
per apostasiam retroire. Quod etiā faciunt mali chri
stiani: quia scilicet per sua mala exempla et scandala
quandoq3 faciunt nouiter conuersos ad fidem/iterū
ad vsum gentilitatis redire. Cū tamen dicit domin9:
Quod si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis Matt.
qui in me credunt: expedit ei q suspendatur mola asi 18.a.
naria in collo eius et c. Quantum ad illud preceptum
de mercede meretricis/vel de precio canis non offe-
rendo: potest dici/q in hoc videtur dominus dona
iniquorum penitus reprobare. Canis enī rapinam si
gnificat: meretrix vero luxuriam designet. Ne igit ma
la mulier posset dicere se velle meretricari/vt de lucro
oblationem faciat: et ne dicat homo se velle recipere/
vt exinde deum honoret/vel pauperes enutriat: repro
bat dominus vtrūq3/scilicet mercedem meretricis/et
precium rapacitatis vel canis. Acsi diceret: q sibi nō
erat accepta elemosyna vel oblatio que fiebat lucro
vel conuiuio. Non enī sunt facienda mala vt inde ve-
niant bona. Sequitur: Dona iniquorum non pbat Eccl.
altissimus. De vinea vero intus comedenda et non ex- 34.c.
tra portanda/potest dici q vinea fratris nostri christi
est sacra scriptura: de cuius vuis/idest de cuius sen-
tentiis et doctrinis licitum est cuilibet se satiare et de-
lectari. Verūtamen non extra portare: hoc est dictu:
istas vuas diuinarum scripturarum ad exteriora mū H
di negocia applicare nulli est licitum vel concessum.
Non vult enī dominus/q illa que ad salutē anima-
rum ordinantur/in secularium negociorum vsibus
expendantur: vel ob mundi vanitatem studeantur vel
addiscantur: quod est contra illos qui in mundanis
cantilenis et aliis dictaminibus vtuntur sacris verbis
Contra illos etiam qui ad mundi laudem et tēporalē
vtilitatē theologiā predicant seu docēt. ¶ De segete Eodem
vero vicini manu terenda/nō falce truncāda: possum9 cap.d.
dicere q seges vicini est conditio vel conuersatio pro
ximi: quā tunc prelatus dicit intrare/quando ipsam
incipit visitare/examinare/corrigere vel punire. Sed
reuera ipse non debet falcem dure et austere punitōis
statim apponere: immo per dulces monitiones ipse
debet manu terere vel fricare/quasi blandiendo et nō
exacerbādo primum castigare Hoc autem intendo
in illis qui penitent: de quorum emendatiōe prelati
sperant: q2 alias si esset obstinatus vel proteruus: posset
austere punire/et falce iustitie segetes viciorum trun- Apoc.
care. Iuxta illud Apoc. Mitte falcem tuam et mete: 14.d.
quoniam maturauit messis.

¶ Capitulum vicesimumquartum textus Si acceperit homo vxorem: et habuerit eã Moralitatum. Capitulum. XI.

Hic ponitur/ q si quis habeat vxorem &c. que ppter aliquã feditates oculis ipsius displiceret: poterat libellũ repudij sibi dare: ipsã viro alteri dimittere: et aliam loco eius pul-
A
chriorem accipere. Verũtamen sic erat/ q ipsam sic repudiatam/ et sic corã dño vilem factã/ nõ poterat amplius rehabere: Nec si vellet/ iterũ eam recipe licebat: nec sibi eam amplius copulare.
Tropologia.
¶ Vxor feda est secularis vita/ vel etiã carnis cõcupiscentia. Vxor vero pulchra est vita cõtemplatiua vel penitentia. Quia istud est verũ q vxor nostra prima/ scz vita secularis vel cõcupiscentia carnalis/ multas ptinet in se feditates qua ppropter viris spũalibus displicet/ et eorũ offendit multipliciter voluntates. Istis ideo licitũ est talem vxorẽ repudiare et dimittere: et ad pulchriorẽ vxorẽ/ scz ad vitã religiosaz et cõtẽplatiuã euolare. Et Lya lippa et fedosa omissa/ ad rachelis cõnubia trãsmeare: et istã fedam vxorẽ/ scz carnis cõcupiscentiã et secularẽ vitaz: alijs viris/ scz secularib9 dimittere et quitare. Verũtñ si sit sic q ipse postea peniteat: et q secũda vxor scz pnia vel religio quã assumpsit/ sibi displiceat: et ad primaz vxorem et vitã dimissam redire studeat/ nõ poterit/ qr nullus illi vite quã dimisit: et q corã deo et hoibus apparuit sibi feda/ iterato cõiũgere se valebit: qr scz hoi non licet retrocedere/ nec ab assumpto arduo pposito
Lu.9.g
Aliter
retroire: qr sicut dicit Lu. Nemo mittẽs manũ ad aratrum et respiciẽs retro/ aptus est regno dei. ¶ Vel dic q vxor feda est culpa: et pulchra est grã. Si igit p grã
Eodem cap.a.
culpam dimiseris/ ipsam amplius recuperare non debes &c. sicut sup. ¶ Dñs pcepit q cũ qs vxorẽ accipiebat/ ire ad prliũ non debebat: sed cũ vxore sua libere
Moralitas
quiescebat. ¶ Qd ad hoc pz allegari: q ille q nouã vxorem/ scz grãm vel religionẽ accipit: a bello .i. a se-
B
Aliter
cularñ negocior tumultu dz cessare: et quiete cõtẽplationis vacare. ¶ Vel dic cõtra: q illi qui vxores accipiunt: et qui in carnis operibus se ingerũt: nunq̃ ad
Aliter
bellandũ cõtra vitia vtiles sunt. ¶ Vel dic q vxor est
2.Co.7.f.
mundi pspertas/ vel etiã carnalis affectio &c. Sicut dicit apls: Qui cũ vxore est/ sollicit9 est q̃ sũt mũdi &c.
Eodem cap.b.
¶ Item hic ponit vnũ aliud mandatũ phibitiuum/ vbi dicit: Non accipies loco pignoris inferiorẽ et su-
Tropologia.
periorẽ molam: Illam enĩ suã apposuit tibi. ¶ Istud cõiter exponit per doctores de timore et spe. Timor enĩ et spes sũt due spũales mole. Timor mola inferior cõsyderans infernũ/ que est pigra et imobilis. Spes vero superior psyderãs paradisum: que est mobilis/ leuis et agilis. Inter istas enĩ molas mens nostra voluit et molitur: et a furfure .i. a supfluitate criminũ expurgat. Ista ergo duplex mola/ scz spes et timor/ non dz impignorari: nec p pctm̃ vsurario diabolo obligari: qr scz sine timore mens presumeret: et sine spe penitus desperaret. Et sic dico q vtilis est timor qui tollit vitium presumptionis: et vtilis est spes que tollit vitiũ desperationis. Predicatori ergo vel prelato videt ista scri-
Judic. 1.c.
ptura dicere/ q neutrã velit a peccatore tollere: sed potius q vtrãq3 studeat in eo pseruare. Vñ dicit: Dedit
C
ei pater suus irriguum superius et irriguũ inferius.
Aliter
¶ Vel dic q mola superior que tenet farinam ne sursum euolet/ significat timorẽ: qui tenet mentẽ ne volet presumendo. Mola vero inferior que tenet farinaz ne inferius cadat/ est spes que tenet mentẽ/ ne in infernũ corruat desperando. Neutra ergo istarũ molarũ est ab homine tollenda/ sed vtraq3 in quolibet cõseruanda: cuius tamen pstrariũ faciunt adulatores: qui auferũt homini molam timoris dum pmittũt impunitatem Et etiã quidã heretici desolatores: q̃ tollunt ab hoie molam spei/ dum pdicant salutis impossibilitatem: quales etiã fuerũt nouatiani: qui dicebãt impossibile esse lapsum post baptismũ p penitentiã ad eandem
Aliter
grãm resurgere. ¶ Vel dic q mola superior est nouũ testñ/ inferior antiquũ: cuius scz vtrũq3 est necessariũ
Eodem cap.b.
et neutrũ p se sufficiens et firmũ. ¶ Precepit dñs q cũ quis pignus pauperis habebat accipere/ domũ eius non debebat intrare: sed qd sibi offerret pignus/ debe-
Moralitas
bat expectare. ¶ Istud inueni sic expositũ: qr scz p pignus pfessor pfessio intelligit delictor: quã cũ sacerdos vult accipere/ non debet peccatori violentiã facere: sed potius q voluntarie pignus offerat expectare: domũ psciẽtie sue non dz intrare/ de peccatis nimis profunde inquirendo: nec circũstantias ignotas inuestigare: ne scz ipm ad similia moueat peccata q̃ nõ nouerat pscrutando. Melius ergo est q illud qd qs nobis offert expectemus/ q̃ q nimis pfunde indage-
Prou. 24.b.
mus. Vñ dicit: Nõ queras iniquitatẽ in domo iusti.
D
Multa alia ponuntur hic: sz vide ca Leui. xx. et alibi suora tacta &c

¶ Capitulum vicesimumquintum textus. Si fuerit causa inter aliquos et interpellauerit iudices. Moralitatũ. Capitulũ. XII.

Eodem cap.b.
Historia
Cum alijs sine liberis decedebat: frater ipsi9 debebat vxorẽ eius accipere: et semẽ fratris sui mortui suscitare. Vxor enĩ ipsa qd generabat: non sibi/ sed mortuo fratri suo attribuebatur: ipsiusq3 adoptatiuus filius dicebat/ qui in hereditate ipsius succedebat. Si vero ipse frater nolebat vxorem fratris sui accipe/ vel semẽ ipsius suscitare: tunc ipsa mulier calciamẽta ipsius debebat soluere/ et in faciem eius spuere: et sic licebat ipsi ad viri al-
Allegoria
terius copulã euolare. ¶ Dic si vis allegorice: q iste vir primus est prelatus. Vxor eius est prelatio: semen eius sunt subditi: fratres eius sunt boni frẽs et socij. Ista ergo est veritas: q qñ alijs vir/ idest alijs prelatus vel beneficiatus morit: tũc necesse est q vxor ei9 viduata/ ecclia vel prelatio fratri vel ppinquo ipsi9/ idest alicui qui sit de gremio et pfraternitate ipsius/ ipsi adiungat: et q non extraneus/ sed magis compatriota/ cõfrater/ cõcanonicus vel vicin9 ad istius vxoris regimen et cõnubium assumat: a quo scz semẽ fratris .i. subditi et defuncti: qui cum mortuo cõmorturi erant/ in fide et moribus suscitent. Quia scz sicut dicit
Prou. 18.c.
in Prouer. Frater qui adiuuat a fratre/ quasi ciuitas
E
firma. Nunq̃ enĩ debet extraneus ad aliquã ecclesiam promoueri: dũ tamen in gremio et pfraternitate collegij possit alijs idoneus reperiri. Si vero frater hmõi/ videlicet bonus subditus/ noluerit vxorẽ ducere/ nec ad prelaturam pmoueri: si forte non possit tũc ibidẽ aliquis idoneus reperiri: tunc alius remotior poterit eligi et assumi. Verũtamen ipsa mulier/ idest ecclesia: talem se refutantẽ merito debet cõtemnere et conspuere: et eum calciamento priuilegiorũ nudare: qui
Aliter
scz semen fratris/ idest subditos defuncti prelati noluerit suscitare. ¶ Vel dic q vir mortuus est malus platus: frater eius viuus est bonus et gnarus: qui videns fratrem suum/ idest prelatum esse mortuũ/ idest inscium et ignarum: et ppter defectum generationis idest

i. pdicationis semine denudatu: debet vxorē eius/ id ē
ecclesiā/parochiam vel diocesim ipi9ibidē predicādo
accipere/⁊ negociū p suo fratre sumere: ⁊ semē filiorū
nouorū ipsi fratri suo mortuo spūaliter generare. Qd̄
si facere noluerit: calciamenta bonorū tpaliū/⁊ subuē
tionē elemosynarū iuste potest ipsa vxor tali fratri vel
p̄ximo.i. tali doctori vel predicatori subtrahere: ⁊ in
ipius faciē cōspuere.i. ipsū publice potest increpare.
Allegoria. ¶ Uel dic q primus vir est moyses: qui de vxore / seu sy-
nagoga/seu lege antiqua: liberos/ id est homines in
gr̄a constitutos generare nō potuit: imo sine tali se
heb.7.c mine discessit: qr sicut dicit Apls. Nihil ad perfectū
adduxit lex. Quapropter frater eius christus vxorē eius scʒ
synagogā seu antiquā legē duxit/tenuit/tradidit / ex-
mat.5.b f posuit ⁊ accepit: dicēs illud euāge. Nō veni soluere le
gē/sed adimplere. Et istā vxorē antiquā i nouā nuptā
suā/id est in ecclesiā cōmutauit: ⁊ sic fratri suo moysi
semē.i. filios suscitauit: ipsū mīstos filios israel filijs
gratie cōformauit: ⁊ fideles ⁊ catholicos eē fecit. Uñ
mat.3.b Aliter dicit. Potēs est enī deus de lapidibus suscitare filios
abrae ⁊c. ¶ Uel dic q christus fuit primus vir/q sine libe-
ris.i. fidelibus dicit discessisse eo q paucos fideles legi
tur eū videret cōuertisse. Sʒ reuera fratres eius apli ⁊
pdicatores vxorē eius/ id est ecclesiā ⁊ eius regimē acce-
perūt: ⁊ ipi fratri suo mortuo/id est christo/plurimos
genuerūt: illos scʒ quos ad fidē ⁊ ad iustitiā cōuerte
Eo.c.a. runt. ¶ In isto capitulo p̄cepit dn̄s/q os bouis tritu
rātis in area messis alicuius nō debebat alligari: Non
alligabis inquit os bouis triturātis in area. Uñ videt
ex scriptura supponere: q in illis partibus nō cū flagel
lis: sʒ cū aīalibus segetes triturabāt. ¶ Ista vr̄ apls de
Moralitas. predicatoribus exponere: qui scʒ est quasi bos in area
dn̄i pro segete fidelium trituranda: ⁊ verbis ⁊ increpa
tionibus corrigenda: ⁊ a paleis/id est a vitijs segregā
da: quia reuera talis non debet os alligatum habere:
ne aliquid comedat. Sed potius licitum est ⁊ iustum
vt os liberum habeat: id est vt ab illis quibus predi-
cat: victum ⁊ stipendia vite (teste paulo apostolo) su-
1.tim.5.c mat: qui dicit. Dignus est operarius mercede sua. Nul
1.co.9.a lus tenetur proprijs stipēdijs militare. Et. Qui seruit
Ibid.b altari/debet viuere de altari. Et. Non magnum est / si
Ibidē. is qui spiritualia seminat: temporalia ⁊ necessaria si-
Aliter. bi metat. ¶ Uel istud potest generaliter allegari de
G quolibet seruitore vel operario: cui scilicet est in neces
eo.ca.a. sarijs prouidendum/ ⁊ in rationabilibus stipendijs
conpensandum. ¶ Hic etiam ponitur: qd̄ cum quis
per iudicem ad verbera condemnandus erat: nume-
rus plagarum ad quadragenarium numerum attin-
gere non debebat. De quo etiam dicit apostolus: qd̄
2.co.11.c quinquies quadragenas plagas / vna tamen minus
acceperat: quia scilicet quod vna de quadraginta so-
la deficeret/sufficiebat. Quod allegari potest qd̄ nun-
q̄ est crudeliter contra hominem procedendum: sed
quod semper consyderanda est natura / ⁊ ei compati-
endum.

¶ Capitulum vicesimumoctauum Textus Si autem audieris vocem domini dei tui. Moralitatum Capitulum. XIII

Hystoria. Jos.8.f Hic consequenter ponitur de altari de lapidi
bus informibus edificando: de hoc vide in
libris Josue. Item de benedictionibus et
maledictionibus imprecandis. Circa hoc
aduerte/quod hic imprecantur alique benedictiones
legem seruantibus ⁊ alique maledictiones legem nō
seruantibus. Item sciendum qd̄ alique tribus israel
reputabant ignobiles: qr descendebant de ancillis ⁊c.
Uerumtñ (vt ponit Comestor) ⁊ ruben ⁊ zabulon: q̄ q̄
erāt de liberis vxoribus/etiam tñ q̄ꝫ inter ignobiles
habebant. Ruben aūt qr cubile patris fedauerat: ⁊ za
bulon qr vltimus lye fuerat. Ista igit fuit veritas/q tri
bus nobiliores constitute sunt super montē garizim/
quod interpretat diuisio: vt factiones legis benedice
rēt: Ignobiles steterunt super montem ebal/ vt legis
trāsgressores maledicerēt. ¶ In quibus moraliter nota Moralitas.
ri pōt/q nobilius officiū est bn̄dicere q̄ maledicere: ⁊ H
q viri spūales ⁊ nobiles ⁊ pdicatores/⁊ qui sunt spiri
tuales iudices magis studēt subditos suos ad obser-
uantiā diuine legis inducere pmittēdo ⁊ alliciendo
amore ⁊ spe p̄mij/q̄ cōminādo timore supplicij. Econ
tra vero ignobiles tribus / id est iudices tpales magis
ad hoc nitunt subditos compellere ⁊ a malo coercere
maledictione q̄ benedictione/ pena q̄ gratia / timore
q̄ amore. Boni ergo stāt in mōte garizim/ q̄ interpre
tat diuisio: quia scʒ isti a mundi tumultibus / vitijs et
concupiscentijs se diuidunt. Mali vero stant in mon
te ebal/qui interpretatur vorago: quia per auariciam
omnia vorant ⁊ consumunt: quia isti scilicet balliui ⁊
iudices seculares/qui alios compellunt ad bonum:
hoc solum faciunt ad deuorandum/⁊ ad emendas et
ad lucra temporalia emungendū. Unde. Deuorabūt deu.32.
eum morsu amarissimo. o.

¶ Ex capl'o vicesimooctauo Textus. Percutiat te dn̄s egestate: febri ⁊ frigore. Moralitatum Capitulum. XIIII.

Inter malas imprecationes seu maledictio- Historia
nes que filijs israel nisi legem seruauerint pro
mittuntur/dicatur sic. Percutiat te dominus
egestate/frigore/febri ⁊ ardore/corrupto aere ⁊
rubigine. Sit celum quod supra te est eneum: ⁊ terra
quam calcas ferrea. Det dominus terre tue imbrem
puluerem de celo: descendat super te cinis: tradat te
dominus corruentem ante hostes tuos. Per vnā vnaʒ
ingrediaris ad eos: ⁊ per septem fugias: omni tempo
re calumnias sustineas: nec habeas qui liberet te. Uxo A
rem accipias: ⁊ alius dormiat cum ea. Domum edifi-
ces ⁊ alius habitet in ea. Uineam plantes: ⁊ non vin-
demies eam: sementem multum iacies in terrā: ⁊ mo-
dicum congregabis. Oliuas habebis: ⁊ non vngeris
oleo. Aduena qui tecum versatur in terra: ascendet su
per te: ⁊ erit sublimior: tu autem descendes: ⁊ eris in-
ferior. Iste et multe alie maledictiones imprecantur
hic male seruantibus legem dei. ¶ Sic reuera hodie Tropologia.
partim spiritualiter: partim literaliter intellecte: iste
maledictiones imprecantur illis qui mandata domi
ni vilipendunt: quia pro certo sicut videmus: isti per-
cutiuntur egestate ⁊ fame auaritie: febre male concu-
piscentie: frigore indeuotionis ⁊ desidie: ardore immū-
dicie ⁊ iracundie: rubigine inuidie: ⁊ ideo ipsum celū
ereū: ⁊ terrā ferreā ⁊ pluuiā puluereā habent: quia ce
lum efficitur eis ereum.i. durum: ⁊ nullius influentie
emissiuum: ⁊ terra etiam ipsis efficitur ferrea ⁊ inu-
tilis/sterilis atqꝫ sicca: Aer etiam efficit pulueréus.i.
siccus: turbineus ⁊ ventosus: ⁊ sic habent puluerem
pro pluuia: siccitatem pro humiditate: paupertatem
pro opulentia. Quia pro certo dum peccatores ab ob
seruantia legis ⁊ mandatorum se retrahunt omnia
bona temporalia eis deficiunt. Nec a celo influentia
nec ab aere pluuia: nec a terra fructuum copia sicut es hies.3.a

set necesse prouenīunt. Unde Hier. Polluisti terrā in
fornicatōibus tuis. Ideo phibite sunt stelle pluuiarū/
et serotinus iber nō fuit: et sic sequit qd illi q̄ hūt oliuas/
nō vnguūt oleo: illi q̄ multū triticū in terrā iaciūt/
B parū recolligūt. Illi q̄ habēt vxores/vitupia icurrūt
Sic etiā fit qd tales a suis bonis ad literā suppeditā
tur: et ipis depauperatis/aduene q̄ sunt cū eis/scz vsu-
rarij et extranei de bonis eorū ditant. Quia breuiter cō
cludēdo/pctā nostra causa sunt q̄re paupertates/lites/
guerras et vitupia incurrimus: et totū fit pro eo/qd diuie
hier. 5. f legis mādata nō custodimus. Hier. Iniq̄tates vestre de
clinauerūt hec: et pctā vestra phibuerūt bonū a vobis
Allego qr inuēti sunt in populo meo impij. ¶ Ista pñt mora
ria. liter et allegorice allegari contra illos malos ecclesiasti
cos: q̄ cū sint filij israel. i. dei p fidē et sciam clare videē
tes/et hereditatē ecclie tanq̄ filij legitimi possidētes:
ipi tñ legē mādata dei nō custodiūt: q̄ppt multa ma
la tpalia et spūalia incurrūt. Et inde est qd isti hodie pa
tiunt esuriē auaricie/febrē cōcupiscētie etc. sicut supra.
Et iō fit qd celū qd sup ipos est/est ereū: id est supiores
sui/scz pncipes et plati: sunt eis duri et crudeles: et cla
morosi pariter et bugosi. Terra ēt quā calcāt est ferrea
qr scz inferiores ppls q̄ per terrā intelligit/est eis durus: in
deuotus: ferreus et austerus: et qd plus est: isti recipiūt pul
uerē p pluuia. i. tpalia q̄ sunt hic puluis añ faciē vēti
recipiūt p celesti grā: terrena expectant vel acceptāt p
spūali influētia et p eterna glia. finalr ō celo descēdet
sup eos cinis. i. inferni ardor et incēdiū. Ista et phdo-
lor se hñt p ordinē qr scz legē dei nō custodimus. Ideo
C multa vitia incurrimus: crudeles et malos supiores: et
rebelles inferiores inuenimus: et qd deterius est: spūalia
cū terrenis/eternalia cū tpalibus cōmutamus. Ecce
igitur qd iam ante hostes nostros. s. diabolū: carnē et
mundū: spūalr corruimus: et q̄q̄ per vnā viā. s. p grās
vel baptismū: vel per pniam cōtra eos veniamus: ip-
sos tñ non vincimus: immo eos per septem vias. i. per
septem mortalia vitia fugientes: coram eis succumbi
mus et perimus: Ita quod iam de nobis potest dia-
bolo dici illud quod ponitur in capitulo precedenti.
Per viam vnam venient contra te: et per septem fugi-
ent a facie tua. Et breuiter omni die patimur calumni
am: et a spiritualibus et temporalibus inimicis: et nul-
lus est qui liberet nos. Quia ad literam: domos no-
stras: vineas et armenta: et boues et asinos seculares ra
piunt: vxores nostras. i. ecclesiam et beneficia alieni. i.
ambitiosi et simoniaci auferunt a nobis: et cum eis dor
miunt: et aduene qui nobiscum conuersantur. i. laici
minoris status homines super caput nostrum ascen-
eze. 23. e dunt: et nos sibi suoiecistis submittunt: que oia. s. pctā
Aliter nostra faciunt. Unde Ezechiel. Scelus tuum et forni-
cationes tue fecerunt tibi hoc. ¶ Uel dic alio modo
quod iam in ecclesia celum. i. deus noster est ereus. i.
durus et siccus per sue gratie subtractionem. Terra. i.
populi subditi: videntur ferrei: per obstinationem et
indeuotionem. Pluuia. i. doctrina videtur puluerea
et cinerea: per auaricie finalem intentionem. Scientie
enim et doctrine ecclesie que per pluuiam designantur
pulueree sunt: inquantum. s. ad aggregandum pulue
rem diuitiarum ordinantur: vt patet de scientijs ciui-
D libus et mundanis. Ita quod ecclesia iam potest dice
iob. 7. d re illud Job. Ecce nunc in puluere dormio. ¶ Uel eti
am per puluerem accipere possumus bona tempora-
lia: quia. s. ita est quod tota pluuia. i. tota consolatio
nostra est in puluere acquirendo/et terrenorum cine-
re colligendo. Esa. Serpenti puluis panis eius. Quid esa. 65. d
plura? Jam videmus quod in ecclesia predicatores
multum semen bone doctrine seminant: paruz tamen
de fructu salutis animarum reportant. Multas ha-
bet ecclesia oliuas et vineas. i. multos diuites pingues
qui tamen oleum elemosynarum/et vinum consolatio
num alijs non distillant. Unde Abacuk. Non erit ger aba. 3. d
men in vineis. Mentietur opus oliue: et arua non af-
ferent cibum.

¶ Moralitatum libri Deuteronomij finis.

¶ Liber sextus moralitatum super Josue.

¶ Capitulum scdm Textus. Misit igitur Josue filius Nun de sethim duos viros/exploratores. Moralitatum Capitulum. I.

Cum mortuo moy- Histo
se/Josue factus princeps populi israeli ria.
tici/populum per iordanem vellet tras-
ducere in terram promissionis: et ante
omnia proponeret ciuitatem hiericho
destruere: misit illuc certos exploratores. Qui cū a re- E
ge ciuitatis q̄rerent ad mortē: raab meretrix ipos in
domo recepit/et sub stipula lini ipos in solario abscō
dit: et sic inuestigātes illusit: et ipos fugisse dissimulās
ipos psequi psuasit. Quibus factis exploratores mōta-
na ascēderūt: et ibi triduo steterūt: et tādē redeūtibus alijs
psecutoribus et nō inueniētibus eos/ipi ad Josue sine pi-
culo redierūt. Uñ qr raab istos saluauerat/signū sibi
dederūt: qd qñ caperet ciuitas/funiculū coccineū in fe
nestra domus sue poneret: et secū familiā et amicos ag
gregaret/et sic se et suos a piculo liberaret. Quod vti-
qz factū est. Quia sicut dicit. Cum caperetur ciuitas/ iosu. 6. d
viso fune ad fenestrā eius pendente/non fuit combu-
sta: sed ipa cum amicis fuit liberata: et ad dei populū
in perpetuum aggregata. ¶ Allegorice moyses signi Allego
ficat legē/Josue Jesum. Hiericho q̄ interptat luna/si- ria.
gnificat defectibilē mundū: exploratores pdicatores
Jordanis baptismū. Terra pmissionis paradisum.
Raab vo meretrix est aia vel gentilitas peccatrix: fu
nis vo coccineus significat passionē christi/vel eius
sanguinē rubicundū. Dico ergo qd moyse mortuo. i.
lege cessante. Josue filius Nun. i. iesus filius dei pris
regimen ppli israelitici. i. populi fidelium assumpsit.
Quē scz p fluuiū iordanis. i. p baptismū in terrā pmis
sionis. i. in paradisuz traducere destinauit. Uerūtñ qr p-
phana ciuitas Hiericho. i. mūdus et maloꝝ hoim coge F
ries: isti fideli pplo dabat impedimētū: voluit añ oia
ciuitatē istā tollere: cōgeriē maloꝝ destruere: et sic eos
q̄tū ad esse infidelitatis et pcti penitus extirpare. Uñ in
Prouer. Uerte impios et nō erūt. Et iō exploratores isti
us ciuitatis. i. aplos et pdicatores misit: quos raab pu. 12. a
meretrix. i. gentilitas per credulitatem et fidem susce-
pit: et eos. i. ipsorum doctrinam sub stipula lini. i. sub
cordis humilitate celauit: et tandem quia istos recu-
perat/et eis dederat funē rubeum. i. memoriaz sangui-
nis et passionis christi in fenestra cordis sui suspen-
dens/se et suos ab eterne damnationis interitu libe- exo. 12. d
rauit. Exodus. Non sinet percussorem ingredi viso sā
guine in superliminari domos ledere. Isti tres explo
ratores. i. sancti predicatores: a speculatoribus. i. a de
monibus

montibus & tyrannis liberati & saluati fuerūt: dū mon
tana.i. vite cōtēplatiue eminentiā ascēderūt: & dū ibi
per tres dies.i. p tria religiōis vota cōtra triplicē mū
di ꝯcupiscentiā pmāserūt: qr reuera pdicatores vel reli-
giosi ab hostib9 spūalib9 eripiūt/cū p tria vota religiōis
gē.19.c ad montē perfectiōis eleuant. Ideo bñ dr Gen. Nō ma
Tropologia. neas in ol circa regione: sz in mōte saluū te fac. ¶ Uel
dic moraliter/ꝙ dum iesus saluator noster ciuitatem
diaboli & congeriē vitiorū vult in nobis destruere: & p
iordanē.i. per fluuiū lachrymarū nos ad terrā pmissio
nis.i. ad contēplationē paradisi traducere: solet pri9
exploratores suos.i. bonas ispiratiōes ad ciuitatē cor
dis mittere. Hos ergo qñ raab meretrix.i. voluntas
peccatrix recipit: & sub stipula lini.i. suo humilitate &
G puritate custodit: & ad mōtana contēplatiōis trāsmit
tit: & ibi per tres dies/id est in fide/spe & charitate ipsos
manere pcipit: satellites regis hierico/id est mor9 ma
los & tentationes qui istos bonos exploratores/id est
bonas affectiones & inspirationes occidere quęrunt/
cautela salubri deludit. Quapropter ista tandem ostē
so fune coccineo seu rubeo/id est recordatõe diuine pas
sionis mysterio: seipsam a morte pene & culpe defen-
dit: & ciuitas hierico in qua ipsa manserat/id est vitio
rum congeries/dei virtute destruitur atqꝫ perit. Unde
heb.11.f apostolus. Fide raab meretrix non perijt suscipiens ex
ploratores cum pace &c.

¶ Capitulum tertiū Textus. Igitur Josue de nocte consurgens mouit castra. Moralitatum Capitulum.II.

Historia. AD hoc quod filij israel terram promissionis
intrarent/iordanem fluuium necessario trā-
sire habuerunt: sed sic virtute diuina factum
est: quod dum sacerdotes qui portabant ar
cam federis/pedes suos merserūt in alueo: ipsa aqua
siccata est per transuersum: retrocesseruntqꝫ aque supe
riores/& a fluxu steterunt. Aque vero inferiores in ma
Tropologia. re mortuum descenderunt. ¶ Fluuius iordanis qui in-
terpretatur riuus iudicij/significat religiōis vel ecclie sta
tum: in quo ꝗlibet tenet seipsū tanꝙ in riuo purificare
& tanꝙ in iudicio examinare/& ad penitētiā cōdēnare.
1.cor.11.g. Apls. Si nosmetipsos dijudicarem9/nō vtiqꝫ iudicare
H mur. Sic ergo fit ꝙ filij isrl/religiosi & clerici: ꝗ dei pa
tris spūales sunt filij: ꝗ in terrā pmissionis/id est i pa
radisum trāsire volūt: & iō per iordanē religionis trā-
seunt: & per siccitatē penitentie/vestigia sacerdotū/id
est sanctorū patrū/qui arcam fidei catholice detulerūt
sequentes/diuine prouidentie se cōmittunt. Sed pro
certo ista est veritas/ꝙ cū in isto flumine/id est eccle-
sia vel religione sint multe aque id est multe persone:
quia sicut dicitur in Apoca.xvij. aque multe sunt po
puli multi: quidam scz superiores/id est boni & iusti: ꝗ
dā inferiores/id est mali: sic fit ꝙ superiores & iusti dū
in isto flumie/in fluxu scz mortalis vite stāt: in seipsis
retrocedūt & manēt: & fluxū malorū suorū appetituū co
hibent & refrenant: & sic in dulcedine deuotionis & gra
ps.113.a tie semper manent. Psal. Jordanis conuersus est re-
trorsum. Inferiores vero aque/id est mali & carnales/
religiosi & clerici: non solent stare/sed fluere: & fluxui
suorum desyderiorum non resistere/sz obedire: & ideo
ad mare mortuum/id est ad amaritudinem peccati &
inferni solent descendere: & ibidem corde & corpore de
ez.47.b clinare. Unde Ezech. Aque iste que egrediuntur ad ri
uulos sabuli orientalis: & ascendunt ad plana deser-
Aliter ti: intrabunt mare. ¶ Uel dic quod iordanis signifi-
cat fluxibilitatē hui9 mortalis vite: vel etiā istū mūdū
in quo sunt duo genera aquarū: scz secularium populorū:
quidam videlicet superiores boni. Alij inferiores car
nales & mali. Primi igitur sunt boni actiui: qui stant
& in bono perseuerant: & gratie dulcedinem in se ser-
uant. Secundi sunt carnales & mali: qui ad mare pec- A
cati/& tandē inferni defluunt & declinant. Sed pro cer
to sacerdotes virtute arce federis quā portant. i. san-
cti patres virtute sancte fidei & regule quā obseruant
necnō filij israel.i. boni religiosi & clerici: qui post eos
sub eadē professiōe perambulāt: inter istas duas aqs.
i. inter bonos & malos seculares mirabili distinctiōe
per siccitatē religionis vel penitentie seu etiā pauper-
tatis siccitatē transeunt: & pedes suarū affectionum in
isto mundi flumine per aquā.i. malā cōplacentiā nō
immergūt: sed ad terrā pmissionis.i. ad vitā spūalem ex.14.c
& eternā: sicco vestigio vltra procedunt. Unde dicit.
Diuisa est aqua: & ingressi sunt filij israel per medium
sicci maris: eratqꝫ aqua quasi mur9 a dextris & a sini- Allegoria.
stris. ¶ Uel dic ꝙ iordanis riu9 dē iudicij significat:
vbi pro certo arca testamēti christus mirabilē diuisio
nē faciet & distinctionē inter aquas superiores & infe-
riores.i. inter bonos & malos: qr scz alios faciet sursū
cū angelis in gloria stare: alios vero faciet in amari-
tudinē inferni descendere. Et bonos seruabit ne deflu
ant: malos vero cōpellet vt corruant. Unde tūc pote-
rit dñs dicere populo iusto & populo peccatori illud
Deute. Ipse ascendet sup te: & erit superior: tu aūt de- deu.28.c
scendes & eris inferior. ¶ Uel dic ꝙ iordanis signifi- Aliter
cat baptismū: per quē scz necesse habent transire qui
terram paradisi cupiunt possidere. Sed vere de aqs
fluminis.i. de istis qui baptizant in baptismi flumi- B
ne: boni & electi: dulcedinē gratie custodiunt: reprobi
vero in amaritudinē peccati transeunt: ita quod illi
tanquam superiores stant in gratia: mali vero sicut in
feriores descendunt ad maris naufragia: hoc est mun
di delectabilia: & ad vitiorum flagitia: & finaliter ad
inferni amaritudinem & supplicia. Allega vt supra. Aliter
¶ Uel si vis dic quod dum sacerdotes id est viri eccle
siastici & plati sub arca testamenti christo per deuotio
nem & orationem assistunt: populi subditorum aqua-
rum fluxus & seculi periculum non incurrunt. Sed
dum isti de fluuio exeūt: tunc aque iste ad cursū com-
munem & solitum reuertuntur: que per eorum penitē
tiam arcebantur. Multum enim proficit presentia
bonorum in statu periculi. Ipsorum enim meritis qñ
qꝫ prohibentur aque tentationum & tribulationum:
qui si presentes non fuerint: statim fluent.

¶ Caplm quartū Textus. Quib9 trāsgressis: dixit dñs ad Josue. Elige duodecim viros. Moralitatum Caplm.III.

Historia. FIlij israel transacto iordane ad terram pro-
missionis procedentes: ruben/gad: & manas
ses sicut promiserant precesserunt: ipsi vero
filij israel duodecim lapides de medio aluei
per duodecim viros singularum tribuum sustulerūt:
& in loco castrorum deposuerunt: & ibi in signū siccati
iordanis & facti miraculi constituerunt: & alios duo-
decim lapides loco istorum in loco vbi sacerdotes cū
arca steterant: transeunte populo ad perpetuam rei
memoriam posuerunt. Tandez vero sicut hic dicitur
capitulo sequenti: lapideis cultris circuncisi fuerunt C
& pascha celebrauerunt. Omnes enim qui in deserto
nati fuerant: incircuncisi erant: & propter hoc ante ter

re promissionis obtentū/et post iordanis transitū a io sue circūcisi fuerūt. ¶ Ista ponunt a sctis doctorib⁹ allegorice sic. Ruben q̄ interpretat videns filiū: Gad q̄ interpretat accinct⁹. Manasses q̄ interpretat obliuio significāt pres sctōs noui testamēti: veteris: q̄ scz vide rūt filiū dei per fidē: cōtemplationē: accincti fuerūt per obedientiā et boni operis executionē: obliti scz mundi per spūalē contēptū et abdicationē. Ps. Obliuiscere populū tuū et domū pris tui. Isti sunt igit q̄ armati virtutibus filios israel.i. fideles christianos ad terrā pmissiōis.i.ad celi gloriā pcesserūt: et viā salutis alijs ostēderūt. Ubi isti sunt q̄ dixerūt. Nos etiā armati et acti pergem⁹ad bellū ante filios israel: donec introdu cam⁹eos in loca sua. Duodecim viri significāt duode cim aplos: duodecim vero lapides significant duode cim fidei articulos d alueo sacre scripture assumptos qui pro tanto lapides dicunt: quia ex ipsis tota fidei machina fabricatur: et super ipsis structura virtu tū omniū tanq̄ super fundamenta solida situat. Ubi ista est ciuitas q̄ habebat duodecim portas: q̄ cōstat ex duodecim lapidibus preciosis: nomina duodecim aplor̄ in eis scripta erant/vt dicit in Apoc. Lapides alij duodecim loco istor̄ in fluuio repositi/significāt doctor̄ fideliū expositiones: et libros sacre scripture flu uio fidei additos et adductos. Dico igit q̄ transacto iordane.i.recepto baptismo: si terrā pmissionis.i. pa radisum acquirere volum⁹: necesse est q̄ rubē/gad et ma nasses.i.patres sctōs et bonos platos pdecessores ha beam⁹: et q̄ cor̄ exēpla/vitā et vestigia retineamus: nec non q̄ duodecim lapides.i.duodecim fidei articulos quos scz duodecim viri.duodecim apli de scripturar̄ alueo extraxerunt/fide et opere assumamus: et q̄ nosip sos cultris lapideis.i.duris pnie opib⁹a vitijs circūci dam⁹: et oportet q̄ pascha eucharistie.i.corpis christi assumptionē loco et tpe celebremus. Sic enim terram istam obtinere poterimus: et a iosue.i.a iesu saluatore possessionem celestis glorie capere. Deuteron. Iorda nem vos transibitis: et possidebitis terram egregiā. ¶ Uel de morali ter/quod ad hoc quod homo ad ter ram promissionis.i. ad vitam spiritualem transacto iordane.i.contempto seculo perueniat: necesse est q̄ duodecim articulos fidei credat: et quod per continē tiam carnem supercircumcidat: et pascha.i. sacramēta altaris celebret et assumat.

Allegoria.
ps.44.c
nu.32.c.
ap.21.b
D
deu.4.c
Aliter

¶ Capitulū quintum Textus. Postq̄ ergo audierunt omnes reges amorreorum. Moralitatum Capitulum.IIII.

Historia

De populo quo/vbi de fructibus terre come derunt:manna eisdem defecit et c. Uide su pra Exod.xvj. vbi expositū. Et quod hic agi tur de celebratione pasche/vide supra Nu me.ix. vbi de quadruplici pascha inuenies. Hic ha bes q̄ cū iosue vidisset angelū euaginato gladio: ips sum esse angelū nō recognouit statim: immo an nr̄/an aduersarior̄ eēt/primit⁹inq̄siuit. Qui statim se eē prin cipē exercit⁹dni asseruit: et calceamēta de pedib⁹ solui iussit/dicēs. Solue(inq̄t)calceamēta de pedib⁹tuis: lo cus in quo stas/sanct⁹est. ¶ Sic vere q̄n aliqs angel⁹ .i.aliqua affectio/cogitatio vel inspiratio nobis d no uo apparet: non statim debemus sibi credere/nec ip sam recipere: sed potius ipsam debemus examinare et discutere: ne forte angelus sathan in angelum lucis id est ne forte mala imaginatio in bonam se studuerit transformare. Sibi igitur dicendum est an noster es

E
Moralitas.

an aduersarior̄: et c. Et si nobis innotuerit quod an gelus dn̄i fuerit/et sācta cogitatio vel scm̄ propositū: sic statim debemus eis obedire: et calceamenta vitior̄ et carnaliū affectionū a pedibus abdicare: vnde dicit Nolite credere oīm spiritui: sz probate spūs an ex deo sint. ¶ Uel dic q̄ angelus est nr̄ amicus: q̄ p certo sta tim nō est ad amicitiā recipiendus/sed añ ola exami nandus et probandus: ne forte aduersari⁹sub amici specie recipiat/añ ola est perscrutādus: vñ dr̄. Si ha bes amicū in tentatione/possidi eū: et nō facile credas teipm sibi. ¶ Hic vbi dr̄: q̄ cū gustassent filij israel de fructibus terre/māna defecit: inueni notatū per magi strū stephanū de longorono: q̄ filij israel triplici cibo vsi sunt: scz farina cōspersa in exitu de egypto. Item manna de celo descendente. Item de fructibus terre promissionis in deserti termino: de quo hic. ¶ Sic ve ro boni generaliter vtuntur triplici cibo scientie: et p̄ mo farina sublata de egypto: hoc est scientia philoso phica/que ab ipsis egyptijs.i.ab ipsis paganis philo sophis est inuēta: de egypto.i.de mūdo ad nos trans lata. Manna in deserto: hoc est scientia theologica que de celo fuit deriuata et inspirata. Item fructu terra re promissionis: hoc est scientia beatifica/que scilicet habetur in terra promissionis id est in paradiso. Isti ergo sunt tres panes/d quibus dicere possumus ami co nostro christo illud Luce. Amice/accommoda mi hi trespanes. Manna enim p:out ait/propue sacram scripturam significat: quia sicut ille cibus omnem sa porem habebat: vt dicitur in libro Sapien. sic scriptu ra omnem virtutem contra peccatum continet atq̄ser uat. Unde si auarus es/lege ibi. De substantia tua da pauperibus. Si luxuriosus/lege ibi. Sint lumbi ve stri precincti. Si iracundus es/lege ibi. Desine ab ira/ et dimitte furorem. Si mendax/lege ibi. Noli mentiri omne mendacium. Si superbus/lege ibi. Quāto ma ior es/humilia te in omnibus. Et sic de alijs: quia hic uiter illud manna in omnem saporem vertitur: inquā tum in ipsa contra omnia peccata remedium inueni tur. Unde dicitur Habens omnem virtutem et omnia prospiciens. ¶ Uel dic quod isti tres cibi significant penitentiam/gratiam et gloriam. Penitentia enim est sicut farina que aqua lachrimarum aspergitur: quan do primum de egypto.i.de peccato exitur. Psalmista Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Gra tia vero est manna que de celo mittitur/dum in hoc deserto viuimus. Unde. Panem de celo prestitisti eis et c. Gloria vero est fructus terre/qui in terra promissio nis.i.in paradiso gustatur et comeditur: de quo dicit Beatus qui manducat panem in regno celorum.

1.Jo.4 a.
Aliter
Ecc.6.a
Eo.ca.c
exo.12.c
exo.16.a
Tropologia
f
Lu.11.a
Sa.16.c
pro.3.b
Lu.12.c
ps.36.b
eccl.7.b
ecci.3.c
Sa.7.b
Aliter
ps.41.a
sap.16.c
Lu.14.c

¶ Capitulum sextum Textus. Hierico au tem clausa erat timore filiorum israel. Moralitatum Capitulum.V.

Historia.

Dominus volens ciuitatem hierico destrue re: precepit iosue quod arca domini tollere tur: sacerdotibusq̄ eā portantibus ciuitas septem diebus et voce submissa et tacite a po pulo circumiretur. In die vero septimo ciuitatem se ptem vicibus circumirent: et septem tubis fortiter clā gerent: et alta voce omnes pariter vlularent: et promi sit quod sic muri hierico funditus corruerent: et ciui tatem delerent: et ipsam igne comburerent: et in cinerē commutarent. Precepit etiā dominus quod nullus aliquid de bonis ciuitatis sibi acciperet: sed potius omnia anathematizaret et respueret: sed aurum et argē tum et co

tum ⁊ es illius ciuitatis in thesauros domini conse-
craret: que tamē prius igne detergeret ⁊ purgaret. Mā-
dauit etiam qđ illa ciuitas amplius non reedificaret
atq; maledictionem subiungens/nunciauit ꝙ si quis
eam reedificare presumeret/in primogenito suo fūda-
menta eius iaceret: ⁊ in nouissimo liberorum poneret
3.re.16. g. sius complerent. Quod ad literā factum est: quia dū
ahiel ciuitatē istam reedificauit: fundamentū eius po
nendo primogenitū suū perdidit: ⁊ dū valuam in por
Tropologia. tis poneret: nouissimū liberoꝝ amisit. ¶ Moraliter
hiericho que interpretatur luna: significat illā diaboli
ciuitatē: ⁊ ipsius habitaculū spirituale: quod sibi con
struit in conscientia peccatoꝝ: hoc est dictu: congeriē
b vitioꝝ: in qua scʒ diabolus ponit vitia sicut ciues: po
nit malas excusationes sicut muros. Ponit malos
appetitus sensuū sicut portas: q̄ scilicet proprie hieri-
cho dicit: eo ꝙ ad modū lune eclipsim ⁊ defectū lumi
nis gratie sepe patitur: ⁊ eo ꝙ per ignorantiam mul-
totiens obscuratur. Unde dicitur. Ue ciuitati sangui
eze.24.g num olle: cuius rubigo in ea est. Ista est igit nefanda
ciuitas: quam dominus mandat omnino destrui: et
quam non vult perpetuo reedificari. Et ideo ante om
nia necesse est: si ipsam volumus destruere: quod eam
per septem dies circumeamus: id est quod per iorda-
nem septem mortalium peccatorum/ ipsam conscien-
tie vel anime ciuitatem considerando secrete videa-
mus: ⁊ qđ in isto circuitu nostro arcam domini: id est
charitatem vel gratiā vel etiam spem venie deferamꝰ
Unde Esaias Surge: circumi ciuitatem meretrix obli
esa.23.d uioni tradita. Quod cum factum fuerit: necesse est vt
septemplici tuba: id est septemplici gemitu pro ipsis
septem mortalibus peccatis personemus: ⁊ qđ tandē
per confessionem vocaliter vlulemus: ⁊ quod tandem
muris: id est omnibus excusationibus vitiorum cor-
ruentibus ⁊ cessantibus: ipsam ciuitatem impie vo-
luntatis per satisfactionē penitus destruamus: ⁊ igne
iob.42.a. penitentie comburamus: ⁊ in cineribus redigamus.
i. ꝙ nos conuertendos in cinerē cogitemus. Unū Job
A Ipse me reprehendo: ⁊ ago penitentiam in fauilla et
cinere. Et qđ etiam per reciduum peccati ipsam nunꝙ̄
amplius reparemus. Qui e.n̄ istā ciuitatē .i. ipsam vi-
tioꝝ congeriē in seipso recidiuādo reparat: graue sala
esa.25.a riū inde reportat: ꝙ videlicet primogenitū suū .i. cor-
Aliter pus: ⁊ vltimogenitū scilicet spiritū dānat. Unde Esa.
Nō sit vltra ciuitas: ⁊ in eternū nō reedificetur. ¶ Uel
dic ꝙ primogenitus est gratia baptismalis vltimoge
nitus est vltimū remediū .i. penitētia: vtrumq; igit hō
Aliter perdit: dū ciuitatē hiericho .i. vitioꝝ cōgeriē reedifica
stus edificat templum suum: vox securis vel mallei
non auditur: nec pena vel tribulatio sentitur: quia ꝑ
certo lapides: id est sancti qui sunt materia huius tē-
pli: prius in hoc mundo per tribulationes dolantur:
ꝛ per virtutes quadrantur et sculpuntur. Igitur quā
do ibi ascendunt: nequaꝙ amplius turbabuntur: sed
in tranquillitate in dei sanctuario collocantur. Unde
Apoc. Non esurient neqʒ sitient amplius: neqʒ cadet apoc. 7.
super eos sol neqʒ vllus estus: quoniam priora transi d.
erunt. ¶ Uel ista allega contra litigiosos clericos: q̄ Aliter
scʒ dum templum ecclesie in presenti edificatur et regi G
tur: nulla vox murmurationis aut querele: dissensio-
nis aut discordie debet audiri: sed omnia trāquille ꝛ
pacifice fieri: et quilibet lapis: id est quelibet persona esa. 10. d
patienter in loco et gradu sibi debito collocari. Esa: Aliter
Non fuit qui moueret pennam: et aperiret os et gan-
niret. ¶ Uel dic quod securis et malleus significāt mi-
nistros crudeles. Ictus vero istorum significāt illa-
tas tribulationes: voces vero talium denotant terro
res et cōminationes. Quādo igitur Salomon: id est
ꝑlatus: edificat et regit templum ecclesie sibi subiecte
valde debet curare ꝙ omnia tranquille ꝑagantur et
quod securis ꝛ malleus: id est crudelis minister ꝛ offi
cialis ꝑcul tollatur: ꝛ quod vox et ictus omnis tribu
lationis ꝛ turbationis talium ibi nullatenus audia-
tur: nec aliqua crudelis exactio simplicibus inferat.
Unde Job: Uincti pariter sine molestia: nō audierūt iob. 3. c.
vocem exactoris. Hyram rex gentilis administrauit Ca. 5. b.
materiam salomoni ad templum edificandum: Sa-
lomon vero oleum et triticum sibi dabat: et domū ip-
sius nutriebat: serui etiam Hyram cum seruis Salo-
monis templum edificauerunt: ligna et lapides pa-
rauerunt. ¶ Hyram est mundus: Salomō est christ9:
quia vere mundus: administrat christo materiam: id Mora-
est personas de quibus tēplū ecclesie cōstituitur: Sa litas
lomon vero/id est christus/administrat mundo ciba
ria idest triticū doctrine/ꝛ oleum gratie ꝛ misericor-
die: quibus mundus spiritualiter alimentatur: serui H
vero Hyram et salomonis .i. serui mundi et christi .i.
homines boni ꝛ mali passim templū edificant eccle-
sie: inq̄ntum cum seruis christi multi hypocrite ꝛ mali
verbum dei predicant atqʒ docēt. Unū Apls: Quid in phil. 1. c
quit dum omni modo siue per occasionem siue ꝑ ve- 2. ti. 2. c.
ritatem christus annūciatur. Unde idem dicit /ꝙ in
domo magna non solum sunt vasa aurea et argentea
sed etiam lignea et fictilia.

¶ Capitulū sextū Textus: Factum est ergo quadrigentesimo et octogesimo anno egressionis filiorū israel. Moralitatū Ca. V.

Edificauit Salomon domum domini de do-
laris lignis et sectis lapidibus: ꝛ distinxit eā Histo-
in tres distinctiones: in altum/quarum infe- ria
rior domus in duo diuidebatur/scʒ in interi
ori oraculo et exteriori domo. Sic igitur factū est/ꝙ
omnes

omnes parietes tépli interiores tabulis cedrinis /pa-
uimentum vero abiegnis operiebatur: et desuper tabu
las laminis aureis omnia per circuitum tegebantur
nihilqꝫ erat in templo quod non auro vndiqꝫ tegeret.
Fecit quoqꝫ Salomon anaglipha/id est celaturas et
tornaturas in tabularū iūcturis: vt nec quidem ali-
qua rima seu distinctio deprehendi posset. In medio
vero tabularum sculpsit imagines prominentes: scilꝫ
Mora- cherubin atqꝫ palme. ❡ Sic vere quando verus Sa-
litas. lomon dei⁹ templū ecclesie facere voluit: ipsā de lapi
dibus sectis et quadratis .i. de personis sanctis/forti
bus et solidis edificauit. Templū enī illud de quadru
plici materia constabat: scꝫ de lapidibus sectis et tabu
lis cedrinis: abiegnis et laminis aureis. Sic vere ec-
clesia christi habuit viros scilicet martyres: qui per
martyria fuerunt secti tabulas cedrinas/id est con-
fessores/qui per contemplacionem fuerunt alti: et qui
per virtutes fuerunt sculpti: tabulas abiegnas/ que
minoris sunt valoris id est bonos seculares: qui i pa
uimēto id est in īfimis in mundo fuerunt positi: la-
minas aureas .i. doctores/qui splendore sapiētie fue/
runt lucidi: in quibus scꝫ omnib⁹ erāt virtutum ima
gines/picture et scientiarum characteres/scripture et
concordie/ligamina et iuncture: quia scilicet inter ta
bulas templi/et inter personas ecclesie anaglipha/id
est tornature erant charitatis: que nullam rimā dis-
iob.41. sensionis aut discordie apparere permittebant. Un-
b. de Iob: Una vni coniungitur: et nec spiraculum quis-
dem incedit per eas. In ipsis etiam debent sculpi in/
ter cetera due speciales figure: scilicet palma/ que si/
gnificat victoriam: et cherubin quod significat scien-
tiam: quia scilicet cherubin interpretatur sciētie ple-
nitudo: ad denotandum quod omnes persone eccle-
sie et fideles debent habere palmā/id est vite perseue-
rantiam et victoriam/discretionem /scientiam et sapi-
Apoca. entiā. Uñ Apocal. Amicti stolis albis/et palme i ma
7.c. nibus eorum. Et breuiter in templo isto non debet es
se aliqd quin auro charitatis et sapientie vestiatur:
vt sic tam tectum/ꝙ parietes et pauimētū: id est tāꝫ su
periores quam mediocres/ꝙetiam inferiores fide et
Apoca. moribus splendere videantur. Apoca. Ipsa ciuitas
21.f. aurū mundū. Tres autem partes habuit istud tem/
plum: quia ecclesia tres speciales habuit status: pre-
latorum scꝫ/coniugatorum et continentium seu eccle
B siasticorum: qui etiā in duos status subdiuiditur: sci
licet in sancta sanctorum et in sancta/id est in ecclesiā
regularem et secularē. Isti enī sunt tres status saluā-
Ezech. dorum: qui in Noe plato/ Iob cōiugato/et Daniele
14.a. continēte significantur. Ideo bene potest dici illud
Gen. Uidit puteū in agro/tresqꝫ greges ouium accu/
Gene. bantes. Quod autē tēplū in monte fuit factū: fuit ad
29.a. denotandū ꝙ ecclesia Christi sursum in monte para-
disi debet mētaliter manere et manentem ciuitatē hic
non querere/sed de futura potius cogitare dicēs illō
Apli: Nostra conuersatio in celis est. ❡ Uel dic qd
Phil. templū est anima: cuius tres partes sunt tres poten-
3.d. tie: scꝫ rō/memoria et voluntas. Una vero istarū scili-
Aliter cet ratio/duplex est: quia scꝫ est dare ratioň superio-
rem et inferiorem/et intellectum speculatiuum et pra
Tropo cticum. Componi igit debet istud tēplū cōsciētie vel
logia. anime ex lapidibus quadratis/id est ex constātie sta
Esa.54 bilitate cōstare. Unde Esa. Sternā per ordinem lapi-
c. des tuos et tabulas ex cedrinis/id est ex cōtēplatio-
Ezech. nis sublimitate: quia cedrus alta libani. Unde dicit
27.a. Ezech. Cedrum de libano tulerunt/vt facerēt tibi ma

lum. Malus enī nauis/altitudinem contēplationis
designat: ex tab lis abiegnis .i. ex iustitie rectitudi-
ne seu equitate: abies enī arbor est rectissima. Unde Ibidē.
Ezech. Abietes de sanir dolauerunt in remos tuos.
Ex laminis aureis id est ex sapientie claritate. Idem: Ezech.
Aurū opus decoris tui. Debet etiā esse in mōte/id est 28.c.
in paradiso ꝑ affectionē. Psal. Quis ascēdet in mon Psal.
tē dñi: Debet habere celaturas et sculpturas/id ē mul 23.a.
tiplicitatē virtutū et perfectionem: inter quas scilicet
spūaliter debet habere imaginem cherubin/ id est sci
entiā et discretionē: et imaginē palme/ id est ꝑseueran
tiā et consūmationem. Et breuiter nihil in ea debet es
se/quin totū auro tegaꝶ ꝑ splēdidā cōuersationē: et sic
dicet de ea illō Apli: Templū dei sanctū est/qd estis 1. Cor.
vos. Qui igitur templum dei violauerit/destruet il- 3.d.
lum deus. In interiori oraculo facta sunt duo ostia d
lignis oliuarum: et sculpta erāt in eis cherubin et pal
me: que omnia auro cooperta erant. Postes autem
ostiorum quinqꝫ angulos habebant. Quia per tem-
plum ecclesia intelligit: dō vō ꝙ ꝑ domū exteriorē que
erat maior/intelligitur status laicorum. Per interi⁹
vero oraculum designatur status et congregatio cle
ricorum. Ostia igit istius oraculi/ ꝑlatos significāt
per quos alij ad fidem et ad ecclesiā/necnon ad eccle-
siastica beneficia intrant. Unde dicitur: Ego sū osti Ioan.
um: Qui non intrat ꝑ ostiū in ouile ouiū/sed ascēdit 10.b.
aliunde (sicut faciunt simoniaci et intrusi) ille fur est
et latro. Uideamus igit qualia debeant esse ostia do-
mus dei/ scꝫ prelati. Dico igit ꝙ debent esse duo: qꝛ
debent esse combinati per charitatē: debent esse de li-
gnis oliuarū: quia oleū elemosynarū debent funde-
re per pietatem: habere postes cū quinqꝫ angulis id-
est virtutes que faciunt quinque sensuum discretam
sagacitatem et continētiam: debent habere cherubin
id est scientie plenitudinē: debent habere palmas/id
est victorie et perseuerantie longitudinē: debent ha-
bere anaglipha seu celaturas id est virtutū pulchritu-
dinem: debētqꝫ ad modū ostij esse volubiles per dili-
gentie sollicitudinē: et per omnia debent esse cooper
ti spirituali auro per splēdidā cōuersationis sanctita D
tem: ꝙuis ꝑh dolor hodie multi magis conentur se
cooperire auro naturali per auaricie turpitudinem:
Unde supra ibidē dicit: ꝙ nihil erat in templo quod
non auro tectū erat. Ideo de talib⁹ ecclesie ostijs seu Ezech.
prelatis potest dici illud Ezech. Bina ostia erant in 41.d.
templo: et in ipsis ostijs celatura erat cherubin et scul
pture palmarū. ❡ Uel si vis oīa ista expone de predi- Tropo
catorib⁹/quibus mediantibus ad mores et ad fidem logia.
intrat: et de sacerdotibus et rectoribus/per quos laici
ad sacramenta ecclesie admittūtur. Domus etiā exte
rior tēpli duo habebat ostia de lignis abiegnis: que
habebant postes de lignis oliuarum cū quatuor an-
gulis quodlibet vero illorū ostiorū erat duplex: et se
inuicē tenēs aperiebatur: ipsaqꝫ ostia auro ope qua-
drato ad regulā operiebant: et palme et cherubin i eis
sculpebant. Quia sicut dictū est/domus tēpli exteri-
or statū laicorū designat: ideo bene possunt per ostia
domus huius seculares principes et iudices denota-
ri: qꝛ reuera isti debent esse duo ꝑ cōmunē sui et alioꝶ
diligētiam: qꝛ scꝫ non debent esse vnus scꝫ tori sui per
proprij lucri auariciā/et per singularitatis parsimo-
niam. Debet etiam esse quilibet duplex / per dei et
per christi charitatem binariam: et debent se inuicem E
tenere per pacē/amorem et concordiam: et ad se inui- Ezech.
cem conuerti et applicari per mutui adiutorij conue 41.

nientiã. Unde Ezech. Ab vtraqz parte bina erãt osti-
aria/que inse inuicem applicabãtur. Isti igit debent
esse de lignis abietinis/que sunt recta: quia debent
in se habere postes oliuarũ: que significãt pietatis et
misericordie dulcedinẽ que quatuor debẽt habere an
gulos/id est constantie et stabilitatis quadraturam
et fortitudinem. Res enĩ quadrata non faciliter vol-
uit: sic vere nec prudens homo faciliter a verbo vel a
proposito suo mutatur: nec prece nec precio/ aduersi-
tate vel prosperitate/adulatione vel detractione a re-
ctitudine variat. Et ideo tale ostium/id est talis supe
rior opere quadraro ad regulam dicitur formatus:
ad denotandũ q ipse debet esse per constantiaz qua-
dratus/et per tẽperantiã regulatus. Unde apoca. Ci
uitas in quadro posita est. Operiãtur isti auro/id est
Apoc. 21.c. honeste cõuersatiõis fulgore: sculpãtur imagine che
rubim/id est sciẽtie splẽdore: et decorentur pictura
palme/id est perseuerantie seu victorie potentia vel vi
gore. Apoca. Palme in manibus eorum. ¶ Uel om
Apoca. 7.c. nia ista potes allegare de quolibet viro regulato cha
ritate: pro iusto ad alia dilata/vt supra. ¶ Hic dicitur
Aliter q in templo erãt fenestre oblique: que exterius erant
Eodem ca. a. stricte/interius vero late: propter palme interius rece-
ptũ dilatabatur: et multo plus q̃ videret/intus de lu
mine fundebat. ¶ Sic vero dico/qđ in tẽplo ecclesie
Moralitas. f illi qui sunt prelati superiores/vel illi qui sunt fenestre
per quas templum illuminat: vt predicatores/docto
res/et ceteri debẽt exteri9 quo ad aspectum exteriores
esse stricti: interius vero quo ad aspectũ bonorũ spi-
ritualiũ debẽt esse lati et obliqui. i. occasionaliter lux
bonorum exẽplorum suorũ templũ ecclesie illumina
bit: et oblique. i. inductiue et circũstabiliter lux suorũ
documentorũ alios spũaliter illustrabit. ¶ Uel dic
Aliter. q fenestra/id est ingressus in templũ paradisi primo
est artus/deinde latus: quia arta est via que ducit ad vi
Mat. 7.b. tam: et ideo obliqu9 põt dici/pro eo q cũ difficultate
potest intrari. ¶ Uel dic q ingressus in tẽplum eccle-
sie/vel ad ecclesiastica beneficia/strictus et difficilis est
Aliter in principio. Postq̃ autẽ homo introierit gaudios9
est et latus: et ideo obliquus dicit: quia p multas cir-
Aliter cumuolutiones et circũstantias ibi subintrat. ¶ Uel
dic de fenestra cordis/que debet esse stricta ad exterio
ra/lata vero ad interiora: quia parum et stricte debet ex-
teriora diligere/et de ipsis accipere: late vero et humili
ter debet ad cõsiderationem suorũ interiorum se dila-
tare/et oblique circuire: id est per cõsyderationes di-
uersas debet lucẽ gratie in templum cõscientie intro-
ducere et plus q̃ appareat debet de isto lumine possi-
Aliter dere. ¶ Uel dic qđ fenestre ille sunt religiosi: qui scz a
parte exteriorum et mundanorum se debent strictifi-
care: a parte autem interiorum: scz quantũ ad illã que
ad religionẽ et dei cultũ pertinent/ se debent spũali-
Psal. 17.c. ter dilatare. Psal. Eduxit me in latitudinẽ: saluũ me
fecit/qm̃ voluit me. ¶ Uel dic qđ tales fenestre sunt
Aliter G maliciosi et iniusti iudices: quia p certo isti a parte aliorũ.
i. a parte cõmodi exteriorũ subditorũ sũt stricti: quia scz de il
lis parũ curant: a parte tñ interiorum/id est quantuz
Abac. 2. a. ad propriam vtilitatem lati sunt: quia scz ad oĩa deuo-
randa p rapinã et auariciã se dilatãt. Unde Abac. Qui
dilatauit quasi infernus animã suã: et ipse q̃si mors/
Eodem ca. a. et non adimpletur. ¶ Trabes tẽpli exceptis solis ca
pitibus exterius nõ apparebãt: latebant enĩ interius
infra domũ/et auro vndiqz tecte erãt: parietes etiã ta-
Moralitas. bulis cedrinis tegebant: ita q de lapidibus parietũ
nullus penit9 videbat. ¶ Trabes que sursum in edifi

cio sunt suspense/et de parietẽ in parietẽ protense: signi-
ficãt viros cõtẽplatiuos. in altũ/id est in paradisum
per affectionẽ suspẽsos: et per charitatẽ ad vtrũqz pa-
rietẽ ad deum et ad proximũ extẽsos. Unde dicit: At-
tingit a fine vsqz ad finẽ fortiter et c. Parietes vero si- Sap. 8. a.
gnificant bonos subditos vel actiuos: quia reuera taz
de istis parietibus q̃ trabibus/id est de istis contem-
platiuis vel actiuis/religiosis vel clericis superiori-
bus vel subditis: nullus debet bona sua exterius per
inanẽ gloriã propalare: sed potius virtutes suas/sanctã-
qz affectionẽ suam debet ab aliorũ visibus abscõdere.
Unde Apoca. Beatus qui custodit palliũ suũ ne nud9 Apoca. 16. c.
ambulet. Sola enĩ capita id est bona exteriora: eorũ
opera: et tabule cedrine q̃ sunt imputribiles. i. verba
indefectibilia et honesta debent apparere: lapides. ve
ro: id est interiores et fortiores virtutes: q̃ magis sunt
speciales: debent oculos hominũ fugere et latere. Unde Ma. 6. a.
dicit: Attẽdite ne iustitiã vestrã faciatis coram homi
nibus vt videamini ab eis. ¶ Cũ tẽplũ habeat tria ce
nacula seu interstitia: sic fiebat q p cochleã ascende- Eodem ca. b.
batur de inferiori ad mediũ: et de medio ad tertiũ vel
ad supremũ. Est autẽ cochlea via vel scala gradualis
circũuoluta et tortuosa: que scz vitis dicit: que occul- Anagogia.
ta erat in parietib9: et solum ostiũ videbat. ¶ Sic ve-
re cum tẽplũ et ecclesia in suo vniuerso habeat tres sta
tus: scz inferiorẽ: qui est vita presens: medium: qui est
status anime separate: post mortẽ vltimũ et superiorẽ
qui est status hominuz post resurrectionẽ: id est post
resumptam corporum stolã: sic est q p cochleã purga
torij: cuius scz sola ianua/videlicet mors p quam ibi
intrat est nobis nota. Ipsa vero via qualis est: dubita
mus et ambigimus: circũuoluta est nobis penitus et
ignota: et iuncta de inferiori ad mediũ. i. de statu mor
talitatis ad statum beatitudinis animarũ ascendit et
tandem per resurectionem corporũ de isto medio ad
tertium peruenit. Unde Hiere. De mõte in collẽ trãs- Hiere. 50. b.
ierunt: obliti sunt cubilis sui id est mũdi. ¶ Uel dic
q cum istud templũ ecclesie militantis tres habeat
partes: scz status incipientium: proficientium et perfe- Aliter
ctorũ: cõstat q mediante cochlea virtutũ et bonorum
operũ: cuius scz ianua est baptismus vel penitentia/
que cunctis patet: de vno ad aliũ ascẽdimus: et de in-
ceptione ad perfectionis cumulũ peruenimus. Psal.
Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachryma Psal. 83. b.
rum. Uel dic q cum ecclesia habeat tres partes: scilicet
illos qui hic sunt in miseria: et illos qui sunt in pur-
gatorij angustia: et illos qui sunt superius in celesti Aliter B
leticia: sic est q per cochleam perfectionis: vbi scilicet
sunt multe reuolutiones: multi gradus: multe virtu
tes: que tamen ab oculis aliorũ debẽt esse abscõdite et
ignote: de isto infimo ad mediuz: de mundo ad pur-
gatorium: de purgatorio ad paradisum debet quili- Ps. 83. b.
bet peruenire. Psal. Ibunt in virtute de virtutẽ: vide
bit deus deorum in sion. ¶ Uel dic q cochlea signi-
ficat dei prouidentiam: que reuera multis circumuo- Aliter Anagogia.
lutionibus nobis est ambigua: et aspectibus huma-
ne noticie multũ incognita et ignota. Apls: O altitu
do diuitiarũ sapientie et scientie dei: q̃ incõprehẽsibi Roma. 11. o.
lia sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. Solũ
enim ostium illius cochlee: id est solũ quedã exterio
res cause: vel occasiones diuinorũ iudiciorum nobis
apparent. Que sunt autẽ interiores vie vel cause: vel
quot et quantis circumstantijs illud agatur de tem-
plo ecclesie militantis: quantũ ad interstitia seu gra-
dus promotionũ: siue agat de templo conscientie q̃tũ
ad gradus

ad gradus virtutum et perfectionū: siue agat de tem-
plo celestis patrie quantū ad gradus saluationū: istō
est verum qd sola coeblea/id est sola diuina ꝓuiden-
tia et gratia est via per quam ascenditur. Et querit
quomodo de vno statu ad alium et de imo ad supre-
mum venit: q: scz nullus est qui temporaliter siue spi
ritualiter possit ascendere/nisi inquantū occulta dei
prouidētia decreuerit viam dare. Unde dicitur. Ego
Joan. 14.a. sum via/veritas et vita. ¶In templo facta sunt tria
tabulata seu deambulatoria circūquaqꝫ: et in quoli-
Ca. vij. bet facte sunt luricule/id est appodiatoria: in quibus
B possunt inniti inferius respicientes: sicqꝫ erat fm Be
Hysto- ria. dam/ꝙ superius medio et supremo erat latius: supre
mum vero ceteris erat strictius et breuius. ¶Sic ve-
re cum in ecclesia sint plures perfectionis gradus: vt
Allego ria. porc iferior: i quo significat mūd9. Medi9 i quo desi
gnatur status ecclesie. Et superior in quo designatur
status religiosorum. Istud debet esse/ꝙ quanto sta-
tus est supior/tāto dz esse/strictior et artior: et quanto
homo vult ad superiorem perfectionis statum ascen
dere/tanto debet artiorem vitam ducere et tenere. Qd
etiam ad illos qui ad gradus honoris ascendunt/re-
ferri potest: q: ꝓ certo quanto altiorē gradū in eccle-
sia obtinent/tanto per strictius deambulatorium/id
est per artiorem penitentie viam deambulare debent
vt sic in mundo qui inferior est/sit vita latior: in eccle
sia strictior/in religione vero et in prelatura artior.
In quocunqꝫ deambulatorio seu statu debent esse lu
ricule/id est appodiamenta spei et fiducie/quib9 ho-
mo innitatur: ne per peccatum et desperationem cor-
ruere compellatur. Sed pro certo videt ꝙ tēplū mo-
dernum in contrarium versum est: q: scz iferiora sunt
strictiora ꝗ media/et media ꝗ superiora: laici plus
ꝗ clerici/clerici plus quam religiosi vel prelati. Qui
immo quanto in ecclesia ascendit altius/tanto ibi vi
uitur lautius atqꝫ letius. Unde istud est hodie tēplū
illud quod vidit Ezechiel: Itaqꝫ in superioribus la-
tius erat templū. ¶Uel dic ꝙ de illo templo Ezechi-
el: potest dici qd templū ecclesie strictū sit hic in hac
Ezech. 41.b. vita per tribulationes: sursum vero in patria latum
erit per consolatiōes. ¶Malleus et securis nō sunt
Aliter audita in templo cum edificaret &c. Unde supra: Pa
Eodem ca.a. uimentum et parietes de triplici constabant materia
scilicet de lapidibus tabulis ligneis et auro. ¶Sic ve-
ro iusti ex tribus constare debent: scilicet ex lapide. i.
Mora litas. ex fidei soliditate: ex tabulis: id est ex spei sublimita-
te: ex auro: id est ex charitatis ꝑciositate. Aplš: Nunc
autem manent tria hec: fides: spes et charitas: ma-
ior eñ horum est charitas. ¶Tēplum in longitudi-
ne duas partes habebat: scz priorem et communiorē:
1.Co.13. b. que erat ad orientem: posteriorem et secretiorem: que
erat ad occidentem. Per partem enim orientalem in
Eodem ca. primā domum egrediebat: et deinde in sanctuarium
id est in domum occidentalem/vbi erat archa: altare
cherubin: et vbi ꝓpitiatorium accendebatur: et vna
Hysto- ria. domus ab alia per quendā ligneum parietē diuide-
batur. ¶Sic vero oñ ecclesia: habeat duas partes: sci-
licet militantem et triumphantem. illud est verum ꝙ
Allego ria. in oriente: id est pro tempore huius vite est prima do
mus scilicet ecclesia militans: tandē vero in occiden-
te: id est in tpe post mortem succedit preciosuz sanctu
ariuz paradisi scilicet ecclesia triumphans. Ideo de
illis duabus mansionibus potest intelligi illd Psal.
Psal. 41.b. In die mandauit dominus misericordiaz suā: et no-
cte canticuz eius. Ac si dicat: In die presentis vite de

bet acqri misericordia et gratia in ecclesia militante.
In nocte vero vel in occidente mortis percipiet can-
ticū et gloria in ecclesia triumphante. ¶ Fecit Salo- D
mon in oraculo duo cherubin de lignis oliuarū: que Eodem
habebant decem cubitos in altitudine: et decē in lati ca.
tudine. Quelibet enim ala cuiuslibet quinqꝫ cubitos
habebat: et sic alaruz extensio decē cubitorū erat. Po
suit igitur cherubin in medio oraculi: ita qd quelibz
cherubin vnam alam vsqꝫ ad parietem oraculi protē-
debat. Alia vero ala alter alterum contingebat. Op9
autē vnum in duobus cherubin: ita ꝙ quilibet in om
nibus alteri similis erat: et vnusquisqꝫ faciem suaz ad
domum alterius vertebat. ¶Ista possunt applicari Tropo logia
ad viros scientificos ac perfectos: a salomone: id est
a deo et oraculo ecclesie constitutos: et maxime ad ec-
clesiasticos et prelatos. Cherubin eñ iterpretatur ple
nitudo scientie. Dico igitur ꝙ isti debent duo esse ꝑ
mutuam charitatem: de lignis oliuarum/ per dulcis
simam pietatem: alter alteri similis per morum con-
formitatem/et per abdicatam omnē cerimonicā sin-
gularitatē: debet alter alterū attigere/ꝑ concordiam
et vnitatē. Parietes. i. socios et vicinos debēt contin-
gere/per amicitiam et liberalitatē: et vultū suum. i. cō
siderationem et curā suā debent ad exteriorē domum:
id est ad populū vertere per boni regiminis executio
nē: seu orationem seu predicationem. Auro vero de-
bent esse cooperti: per bonam et fulgentē conuersati
onem: et sic habebunt in latitudine decē cubitos/id-
est decem preceptorum complementum et perfectio-
nem. In altitudine vero eterne sublimitatis finali-
ter habebunt decem cubitos/id est denarium retribu
tionis superne et ita isti cherub dicetur illud: Plen9
sapientia et perfectus decore in delicijs paradisi dei
fuisti. Sequitur. Aurum opus decoris tui: cherub ex- E
tentus et protegens posui te in mōte scō dei. ¶ Uel Eze. 28. c.
dic ꝙ due ale viri perfecti: maxime boni et scientifici
prelati sunt vita contemplatiua et actiua. Ala que cō Tropo
tingit parietem/id est deum/est cōtemplatio: que sci- logia.
licet quinqꝫ habet cubitos: q: scz contemplatio seu cō
sideratio consistit in quinqꝫ: scz in meditatione sui
mundi/iudicij/inferni et paradisi. Sui: ꝗ vilis in in-
gressu ꝗ miser in ꝓgressu/ꝗ flebilis in egressu. Item
ꝗ ipugnatus a demonibus/ꝗ lacessitus temptationi-
bus/ꝗ allectus delectationibus/deiectus tribulatio
nibus/ꝗ implicatus criminibus/depauperatus vir
tutibus/irretitus malis consuetudinibus. Mundi
etiam: scilicet ꝗ fallax/ꝗ vanus/ꝗ instabilis/ꝙ insa
nus: iudicij/ꝗ terribilis: inferni ꝗ tristabilis: paradi
si/ꝗ consolabilis &c. Dic de quolibet circunstantias:
vt sic de istis quinqꝫ cubitis/scz quinqꝫ pennis illius
ale posset dici illō Exo. Facies altare holocausti qnqꝫ
cubitorum. Holocaustum quasi totum incensum si-
gnificat contemplationem seu contemplatiuam vi- Exo. 38 a.
tam: in qua scz homo totū seipsum offert. Ala autem
qua cherubim contingit aliud cherubin socium suū
significat vitā actiuam: qua scz alius alterum perfi-
cit: et qua alter cum altero iuste viuit: et qua hō proxi-
mum suum spūaliter et tpaliter diligit atqꝫ tangit. et
illa quinqꝫ habet cubitos seu pennas. Prima est do-
cere. Secunda est corrigere. Tertia nutrire. Quarta
consolari. Quinta supportare. Ala igitur actiue vite F
seu etiam superni amoris cum istis pennis ad proxi-
mum debet volare/et ipsum quintupliciter tangere et Joan.
inuare. Unde bene dicit: Est puer hic qui habet quiqꝫ 6.a.
panes hordeaceos. ¶Uel dic quod duplex ala est in

plex charitas/dei scilicet et proximi: quia scz ala qua
diligimus deum/habet quinqz pennas: et inquantuz
scz deus a nobis diligitur propter quinqz/ scz pp̄ter
Aliter vulnera quinqz q̄ pp̄ter nos tulit. ¶ Vel pp̄ter qnqz
beneficia que nobis contulit: que sunt creatio/redē
ptio/a pctō conuersio/culpe remissio/ glorie cōcessio
Illa vo charitatis superne habet alia quinqz/que su
perius sunt dicta &c. Et sic vide de cherubin Exo. xxv.
Comestor. Historia. vbi multa dixi. ¶ Hic ponit Comestor/q̄ latomi quē
dam lapidē quē habebant multotiens voluerāt po
nere in diuersis locis tēpli: sed virtute diuina sic fie
bat/q̄ lapis ille in nullo loco poterat adaptari: qr cō
tingebat illum lapidem maiorem vel minorem vel in
compositiorem inueniri: quapropter ad partē fuerat
reiectus/et ab edificatoribus reprobatus. In fine tn̄
cū murus et paries tēpli pficerēt/et in superiori angu
lo deficeret lapis vnus: tētauerunt magistri/si forte il
le lapis qui totiens fuerat reprobatus/ibidē aliqua
liter conueniret. Quod vtiqz cū grādi oīm admira
tione contigit: qr scz ille lapis conuenientissime fuit
situs/ac si factus fuisset ex certo proposito/in illo su
Moralitas periori angulo positus et adaptatus. ¶ Illud expo
nitur de christo tam historice q̄ pphetice. Historice
enī christus exponit hoc de seipso impletum fuisse:
H vbi dixit iudeis/se esse lapidem reprobatū/et tn̄ in an
Mat. xxi. gulo constitutum: qr pro certo isti qui tūc erāt artifi
ces tēpli/ synagoge scz pharisei et principes iudeorū
qn̄ viderunt istū lapidē viuum/scz christū deum et ho
minem: ipm̄ statim repudiauerunt et ad nullum bo
num opus vtilem iudicauerunt: sed ipm̄ et fidē eius
penitus reprobauerunt et tn̄ ille cōtra spē oīm. nutu
dei factus est lapis angularis/ cōsummator tēpli ec
clesie dei: duos parietes in vnum angulum/id est du
os populos in vnam fidē colligās: et ipsum tēplum
ecclesie cui residet ornās/perficiens et cōsummās. Cre
diderunt enī iudei/q̄ qn̄ christum repudiauerunt et
occiderunt/q̄ de ipso amplius mētio non fieret. et q̄d
nomen eius eo mortuo deperiret: et tamē in capite ec
clesie ipse positus/et totius religiōis et gratie caput
factus est. Unde dicitur: A dn̄o factū est istud: et ē mi
rabile in oculis nostris: Lapidē quē reprobauerunt
edificantes &c. ¶ Vel dic mystice q̄ artifices seu edi
Ps. cxvii. ficatores templi/ecclesie vel patrie: significant prela
tos/principes/iudices et magistros: qr reuera sepe fit
Tropologia. q̄ qn̄ aliqs lapis alicubi est locandus: vt pote qn̄ va
cat aliquod beneficium vel officium ad manus eorū
venit aliquis lapis/id est aliqua persona bona que
eis presentatur/vel de qua fit eis mentio specialis: p
certo locū p ipso nunq̄ reperire potuerūt: ipsosqz nūq̄
congruos vel vtiles pro aliquo beneficio reputabūt
sed potius postponunt et reprobant: et alios minus
idoneos pmouebunt: et in edificatione ecclesie collo
H cabunt: quis illud ex malicia faciant/ deus tamē de
super illud vult et permittit fieri: qr ordinat talem sic
Job. xii. reiectū ad melius tempus reseruari: iuxta illud Job
Deridetur iusti simplicitas/lāpas contēpta apud co
gitationes diuitum parata ad tēpus statutuz. Quid
ergo? Proculdubio sepe fit q̄ tādem contra spē oīuz
solo nutu diuine pvidentie/locus illius lapidis sic
reiecti aduenit: et q̄ in angulo superiori/id est in offi
cio vel beneficio excellentiori: ab edificatoribus/ id
est electoribus et pmotoribus: p lapide angulari/id est p
prelato constituitur: et tunc magna admiratione oīum
Ps. cxii. ad statum arduū promouetur: et qui ab omnibus cōtē
ptus et reiectus fuerat: super oēs sublimatur. Psal. Sus
citans a terra inopē: et de stercore erigēs pauperē: Ut
sedeat cū principibus. Fatui igitur sunt qui bonas p
sonas intuntur reycere et cōtēnere: qr nesciūt quid de
ipsis deus decreuit ordinare. Et sepe fit q̄ ille qui am
plius calcatur et reprobatur: magister reprobantiuz se
pe efficitur: et sup eos oīs exaltatur. Unde dicitur: Ocu Eccli. xi. b.
lus dei respexit pauperem: et erexit eū ab humilitate
ipsius: et exaltauit caput eius: et mirati sunt multi: et
honorificauerunt eum. ¶ Vel si vis: dic q̄ aliqui la
pides: id est aliqui homines sunt ita proterui in prin Aliter
cipio: q̄ ad nullum bonum sunt vtiles: nec ad aliqd̄
officium vel beneficium sunt habiles: quinimmo ne
cesse est q̄ ab artificibus: id est a prelatis reprobentur:
et pro nihilo inter alios computentur: qui tamē qnqz
nutu dei taliter conuertuntur: q̄ finaliter in tēplo reli A
gionis vel ecclesie in angularē lapidem .i. in prelatus
vel dominum pmouentur: vel saltem q̄ psona bona
et solennis efficitur: ita q̄ lapis angularis apud alios
reputetur. Allega vt supra:

¶ Capitulum septimuz Textus: Domum autē suā edificauit salomon tredecim annis Moralitatum Ca. VI.

Fecit Salomon porticū ante faciē templi su
per colūnas ereas constitutum. inter quas
due erant columne aree ceteris eminentio
res: que in altitudine viginti octo cubitis p
tendebantur: et inferius basibus ereis sustentaban
tur. Habebāt desuper ereā epistilia: a quibus per gy
rum dependebant ducenta malogranata: super epi
stilia vero erea capitella quinqz cubitorum collocabā
tur: q̄ vndiqz lilijs ereis coronabantur. Latera autem
columnarū et epistiliorū retibus et catenulis ereis vn
diqz dependentibus ad ornatū cingebantur. et linea
duodecim cubitorum colūna quelibet ambiebatur: et
altera columna alteri similis in oībus habebatur. Una
autē earum iachin. i. firmitas: altera vero booz. i. ro
bur appellabatur: et inter duas istas in porticum seu
in atriū intrabatur. In quolibet autē capitello colūne
septem versus scripturarum in circuitu sculpti erant Anagogia.
que colūne cacumen ornabant. ¶ Templum signifi
cat ecclesiam triumphantem. Porticus vero qui an
te est: significat ecclesiam militantem. Cum enim in
isto porticu fuerint multe columne .i. multe bone per
sone ad sustentandum ecclesiam constitute: inter ce B
teras fuerunt due principales: petrus scz et paulus: vel
simon et iudas: vel quicunqz duo sancti: de quibus in
simul predicetur vel solennizetur. Vel etiaz generaliter
quicunqz boni prelati et pfecti qui scz duo fuerunt p
binariā charitatem: inuicem similes p morū cōmune
cōformitatē: q̄ scz bases et fundamēta sancte et solide
fidei hastile spei/ epistilium charitatis/ et capitellum
qnqz cubitorū .i. discretā custodiā quinqz sensuum ha
buerunt: septez versus scripturarum .i. virtutes vel se
ptez dona spūssancti: in capite columne .i. in mēte iu
storum fuerunt quibus p ceteris claruerūt. In istis
etiā fuerunt malogranata: q̄ sub duro cortice grana
continent et liquorem .i. virtutum et granarum vber
tas. Lilia .i. castitans mundicia et puritas. Retia seu
catenule .i. bona amicitie et concordie cōfederata col
ligatio. Linea tota ambiens: est diuine legis medi
tatio: q̄ etiā duodecim habebat cubitos: inquantum
in ipsa refulgebat duodecim articulorum vera credu
litas et agnitio. Et sic isti bene dicuntur iachin et booz. i.
infirmitas et robur: inquantum ad tollendum mala

sunt

sunt infirmi: ad faciendū bona robusti: ⁊ sic ad susti-
nendum ecclesiā/columne.i. viri stabiles sunt inuen-
ti. Dia ista ex ere dicunt facta: pro eo φ in oībus moui-
bus ⁊ actib9 eorū sonus diuine laudis et gratiarum
actionis/cōfessionis ⁊ p̄dicatiōis fuit inuētus: ⁊ ad
eruditionē fraternā in omnē terrā pbatus. Ideo bre-
Hiere. uiter cuilibet tali columne potest dici illud Hiere. Ec
i.d. ce dedite in columnā ferreā ⁊ in murū ereū: ⁊ preliabūt
aduersus te: ⁊ p̄ualere nō poterūt.. Si vis dilata me
Eodem lius/quia transeo. ¶ Circa templum plura facta sunt
ca. domicilia seu atria: scȝ atrium interius vndiq̄ circa tē
plū: in quo erat altare ereū: ⁊ in quo sacrificabatur: ⁊
in quo psallebāt cantores/⁊ ad populū loquebantur
Cuius scȝ formula quadrāgula tēplū ex omni latere
ambiebat: ⁊ ipm atriū murus circūquaq̄ cingebat: q̄
tres ordines lapidū diuersorū colorū/⁊ tres in altitu
dine cultos cōtinebat: qui colūnas edificij p circuitū
itū sustentabāt. Pauimentū aūt huius atrij marmo-
ribus erat structū/⁊ diuersis imaginib9 picturarum.
Illud igitur atriū populus non intrabat sȝ p quatu-
ordecim gradus ascēdēs/sacrificia sua ad ostiū atrij
sacerdotibus offerebāt: sicut p omnia dicit liber Re-
gum et Paral. et exposuit Comestor extra illud atri-
um: sȝ circa tēplum vndiq̄ descendendo p decliuum
collis tria alia erāt: talia videlȝ: atriū mūdorum homi
nū exterius: quod multo maius erat in atrio interiori:
postea atriū mulierū: postea vero in parte inferioris
mōtis atriū omniū imūdorū: in quo scȝ imundi tam
homines φ mulieres ⁊ gētiles adorabant: ⁊ tn̄ oēs illi q̄
erāt in oīb9 atrijs/licet muros haberēt altissimos: tē
plū qd erat in montis cacumine/videre poterāt et ēt
Allego illos qui ministrabant in interiori atrio ¶ Si volu-
ria. mus ista exponere mystice/possumus dicere qd tem-
plum significat ecclīam triumphantē: atria vero que
D sunt extra templum paradisi in decliuo huius vallis
miserie/designant ecclīam militantē per spē ⁊ deuo-
tionē/ipsum tēplū paradisi circūstātē: ⁊ in tria atria/
scȝ interius et exterius ⁊ inferius.i. in statum clericorū
bonorū secularium seu actiuorū carnaliū/etiā ⁊ malorū
generaliter subdistinctū. Status eīn clericorū signifi
caf p atriū interius/qd erat ministrorū. Stat9 bono-
rum actiuorum significaf p atriū exterius/quod erat
mūdorū. Status eīn oluȝ malorū significaf p atriuȝ
inferius/φ erat immūdorū. Igif dico φ atrium inte-
rius.i. stat9 ecclīastic9 cōtinet altare.i. cultū religio-
nis christiane vbi adoraf: ptinet ad literā ministros
a quibus sacrificiū eucharistie quotidie imolaf: cōti
net doctores a quib9 ppl's erudif. Dȝ ergo atriū reli-
gionis vel eccl'ie p q̄tuor virtutes cardinales q̄dra-
tum ⁊ muro regularis obseruantie esse circunseptum
vbi scȝ tres ordines lapidū.i. tria religionis vota/vel
tres theologice virtutes/vel tres penitentie partes/
vel sancte trinitatis fides relucceant: ⁊ super quē mu-
rum colūne atrij.i. bone psone ecclesie stare ⁊ perseue
rare debeant. Pauimētū aūt istius atrij inferiores ec
clesiasticos significat: qui p certo debēt p cōstantiam
esse marmorei: et ad resistenduȝ vitijs fortes: necnon
ad labores penitentie tolerandos stabiles atq̄ firmi
et imaginibus et picturis virtutum et conuersatio-
nis honeste vndiq̄ venustati. Istud ergo atrium.i.
statum ecclīasticum nullus nisi esset de genere leui-
tarum.i. nullus nisi esset bonus ⁊ sanctus debet in-
trare: sȝ sufficere debet pplo laicorum/φ per quatuor
E decim gradus.i. per septem v̄tutes ⁊ p septē sp̄ussan-
cti dona possint ad p̄fectionē ascendere: ⁊ sacrificia ⁊

oblationes suas sacerdotibus et ecclesiasticis offer-
re: ⁊ p eos dn̄o ministrare. Igif de isto atrio dicif il-
lud Ps. Qui statis in domo dn̄i: in atrijs dom9 dei
nostri. In noctibus extollite manus vestras i sancta. Psal. 133.
¶ Uel dic moraliter φ atriū interius significat cor:
quod scȝ dȝ esse per quatuor v̄tutes cardinales qua-
dratum: tribus ordinibus lapiduȝ.i. trib9 v̄tutibus Moralitas.
theologicis circūcinctū: colūnis.i. virtutibus robo
ratum: pauimēto marmoreo.i. hūilitate stabili ⁊ fir-
ma stratuȝ ⁊ imaginib9.i. honestis exēplis pictum: ⁊
circa templū paradisi p deuotionem ⁊ desyderiū con
stitutum. In ipso eīn debet esse altare.i. oratio: mini
stri.i. subiectio: cantores.i. gratiarum actio: docto- Ps. 50.
res.i. discretio: sacrificiū.i. cōtritio: qr sacrificiū deo
spūs contribulatus: ⁊ in eo nullus de populo debet
intrare.i. φ ab eo debeat excludi dium malarū cogi-
tationū cōtentio: ⁊ sic dicif atriū sacerdotū: qr sacer-
dotes ⁊ viri ecclīastici debent habere talia atria.i. ta-
lia corda ⁊ cōscias. Uñ dicif: Sanctificauit salomon
medium atrij ante templū. ¶ Atriū exterius erat que 1. para. 7.b.
dam maxima basilica seu domus in circuitu tēpli Eodem
in qua viri mundi ad orandū cōueniebāt: in cui9 ali ca.
qua parte nūmularij sedebant: ⁊ in alia parte anima Historia.
lia volatilia p sacrificijs vendebanf. Erāt etiaȝ iuxta
illud atriū circa porticum gazophilacia.i. domus in
quib9 sacrificanda reponebanf: circa latera erant pa- F
stofona.i. domus in qua sacrificantes de sacrificiorū
partibus corā dn̄o comedebāt: erāt etiā ibi cathedre
in quibus sedebant doctores: sicut in gymnasio sue-
dre: in quibus sedebāt auditores/sicut in consistorio
exedre in quib9 sedebant accessores seu iudices/vt in Mora-
locutorio seu iudicio. ¶ Si vis dic φ illud atriuȝ sta litas
tum bonorum laicorum designat: in quib9 sunt num
mularij ⁊ mercatores animaliuȝ.i. iuste ⁊ licite nego
ciationes: pastofona.i. hospitales refectiones: gazo-
philacia.i. sacrificiorum bonorū repositiones: cathe-
dre.i. studia doctrine ⁊ lectiones: suedre.i. auditorū
obedientia ⁊ subiectio: exedre.i. iudicia/consilia ⁊ bo
ne ciuiles ordinationes ⁊c. transeo. ¶ Atrium muli- Comestor
erum sm̄ Comestorē/erat sub atrio virorū.s. in decli-
ui montis/quod ab occidente clausum erat: qd etiaȝ
ab aquilone ⁊ meridie ⁊ oriente tres portas habebat
per quas intrabatur: ⁊ muro alto vndiq̄ cingebatur
⁊ ibi mulieres munde ⁊ nō alie/adorare ⁊ ingredi per Tropologia.
mittebantur. ¶ Sic vere circa templū sancte ecclesie
sunt atria mulierum.i. status religiones et collegia
sanctimonialium feminarum. Talia eīn atria: debēt
esse in decliui ⁊ descensu/p humilitatē ⁊ subiectioneȝ
debēt circumire templum scȝ paradisi/p affectioneȝ ⁊
deuotionem: debent habere murū altum.i. regularē
obseruantiam ⁊ professionē: debent habere tres por-
tas.i. trium votorum ianuas/per quas intrare habēt
ad perfectionem ⁊ saluationem. Clause debent esse in
occidente.i. a pte mundanorum bonorum p terreno-
rum cōtēptū ⁊ abdicationem. A parte vero austri.i. a
parte bonorum spūaliū: debent esse apte p bonorū af-
fectionem: ⁊ a parte aqlonis.i. a pte infernaliū tormē-
torum/per timorem ⁊ meditationem: ⁊ a pte orientis
id est a pte spūaliuȝ gaudiorum/p amorē et contem-
platiouē. Munde igif mulieres/scȝ caste ⁊ virgines/ G
debent in tali atrio id est in tali religiōe esse. Alie ve-
ro imunde ⁊ indigne ibidē ingredi non debēt. Tren.
Recedite polluti clamauerunt eis: recedite/abite/no- Tren. 4 c.
lite tāgere. ¶ Uel allega hic/φ atriū feminarum erat
sub atrio virorū: ad denotandum qd mulieres debēt Aliter

Col. 3. c. esse subiecte viris. Apls: Mulieres subiecte sint vi
Gen. 3. ris suis. Et illud: Sub viri potestate eris: ⁊ ipse domi
c. nabitur tui. Inter atria templi erat vnum quod erat
atriū immūdorū: in quo scʒ immundi tā viri ꝙ mulie
res/ꝙ etiā gentiles cōueniebāt: ⁊ ibi dñm adorabāt
¶ Sic vero ante tēplū ecclesie videmus quedā atria
pro imūdis/id est sectas christianorū/scismaticorū
peccatorum ⁊ hereticorū. qui oēs se dicūt de corpore
ecclesie esse: ⁊ ibi nitunt̃ ſm sectā suam dñm adorare.
Per qđ atriuʒ status peccatoruʒ qui sunt in ecclesia/
possunt intelligi/qui sunt abominabiles ⁊ imundi.
Apoca. Vñ Apocal. Atriū aūt qđ est foris tēplū/eijce foras: ⁊
11. a. ne metiaris illud qm̄ datū est gētib⁹: ⁊ ciuitatem san
ctam calcabunt ⁊c. qꝛ scʒ illi inter infideles qui ma
gis calcant (quādo pñt) ecclesiā/sunt isti qui sunt in
illo atrio: schismatici christiani vel domestici/impij
vel tyrāni. De altari holocausti quod fecit Salomō
in interiori atrio: ⁊ de candelabris ac mēsa et multis
Eodem alijs similib⁹ transeo: qꝛ supra in Exodo fuit dictū. Eius
ca. dem eñ forme erāt illa sicut ⁊ ista: excepto ꝙ ista fue
H runt maioris quātitatis ꝙ illa. ¶ Sʒ aduerte hic/ꝙ
Histo- in atrio interiori fecit Salomō mare seu lauatorium
ria. eneum fusile: qđ scʒ decem cubitos habebat in latitu
dine/quinque in profunditate seu altitudine/tres ve
ro digitos in spissitudine. Erat autem in parte infe
riori strictū/a parte vero superiori latius. Unde supe
rius circa labium quod erat in latū diffusum: quod
⁊ erat ad modū calicis seu repandi lilij factū: resticu
la triginta cubitorum ipm̄ cingebant: in fundo ve
ro resticula decem cubitorum sufficiebant. Supe
rius igit̃ circa labium seu limbū erāt duo historica
rū scripturarū ordines: sub ipsa vero erat basis erea:
que duodecim ereos seu fusiles habebat boues: bo
ues eñ duodecim enei et fusiles mare portabant: quo
rum: tres ad orientem/tres ad occidentem/tres ad
meridiem/tres ad aquilonem: ⁊ sic per quatuor mun
di partes vultus suos conuertebant posteriora vero
intus sub mare mittebāt: facies vero eorū ꝑ quatuor
ternaria exterius apparebant. In illo igit̃ mari mini
Mora- stri altaris pedes ⁊ manus lauabant: ⁊ sic puri ⁊ mun
litas di dño sacrificiū offerebāt. ¶ Ista multipliciter pos
sunt exponi. et primo: quedā moraliter placet expone
re. Nā qꝛ superius per atrium interius cor seu consci
entiā intellexi: ideo per illud mare seu lauatoriuʒ qđ
erat in atrio/volo penitentiam seu cordis amarā cō
punctionem vel lachrymarū lauatorium designare.
Necesse est enim ꝙ cor bonū lauatorium habeat: vt
Psal. sacerdos noster scʒ affect⁹ per lachrymas purificat⁹
25. b. et lotus/ad altare dignus imolatur⁹ accedat. Psal.
A Lauabo inter innocentes manus meas ⁊c. Dico igi
tur ꝙ illō mare. i. amara ⁊ lachrymosa contritio: de
bet habere decē cubitos in latitudine inquantuʒ de
bet dolere de decem legis mādatis non adimpletis.
Item quinqꝫ cubitos. in altitudine: inquantum de
bet tristari de quinqꝫ sensibus nō discrete custoditis
Itē tres digitos in spissitudine: inquātuʒ dʒ plorare
de tribus virtutibus theologicis/nō habitis vel ob
tentis. Item labium seu limbus eius superior/debet
esse ad modum calicis vel lilij: inquātū dʒ dolere de
calice. i. diuina passione nō recordata: de lilio. i. de ca
stitatis mundicia non reseruata: ⁊ ibi etiā debent esse
sculpte imagines historie: inquantum ꝗ ipse debet do
lere de vita ⁊ historia sanctorum nullatenus imitata.
Et sic debet esse in vna parte strictum/⁊ in alia latum
inquantum de sterilitate parsimonie ⁊ de lata rapaci

tate auaricie plus debito frequentata. Duodecī etiā
boues in trinitates diuisas debet habere: inquantuʒ
debet lugere de fide sancte trinitatis: quā debito mo
do non habuit: ⁊ fide duodecim articulorum perfe
cte nō credita vel retenta/cum resticula triginta cu
bitorum: ⁊ decē ipsum cingere debent: inquantuʒ tri
stari dʒ de fructu tricesimo ⁊ de denario perditis. i. de
eterna mercede ꝓ peccatis amissa. Si igit̃ lauatoriū
nostrū lachrymose cōpunctionis oēs istas compun
ctiones habeat: bene potest ibi homo ⁊ pedes ⁊ ma
nus lauare. i. affectus ⁊ opera mundificare: et sic po
test digne sacrificia sua seu eucharistiā/vel bona ope
ra immolare. Bene igit̃ dicit̃: Uade lauare in natato
rio siloe. Et alibi: Uade lauare septies in iordane/⁊ re Joan.
cipies sanitatem. ¶ Uel dic si vis ꝙ lauatorium illō 9. b.
est penitentia queholes mundificat: que scʒ dicitur 4. Reg
mare: qꝛ est amara per contritionem: ⁊ dicit̃ esse fusi c.
lis: qꝛ fundit̃ ⁊ dissoluit̃ ꝑ cōpunctionē. Dicitur enea Aliter
qꝛ sonat ⁊ clamat per confessionem. Dicitur decē cu B
bitorum: qꝛ decem mandata facit adimplere ꝑ satis
factionem. ¶ Itē ista habet in profundis quinqꝫ cu
bitos: qꝛ ista reparat quinqꝫ sensus spirituales: scilʒ
visum discretionis/auditum subiectionis/tactū com
passionis/gustum deuotionis/odoratū cōsyderatio
nis: tres digitos habet in spissum: inquantuʒ scʒ ista
delet tres culpas principales: scʒ peccatū cordis/oris
⁊ opis. Dic sicut supra ex toto/ꝙ illud de quo contri
tio dicitur dolere penitentia facit in illo ditare ⁊ hoc
recuperare et habere. Porro in mari sacerdotes laua
bantur: ⁊ tñ hodie vr̄ posse dici illud qđ de chaldeis. 1. Par.
idest de vitijs dicitur Hiere: ꝙ mare eneuʒ quod erat 40.
in domo dñi/cōfregerūt. ¶ Uel dic ꝙ mare est vir per
fectus: per penitentiā amarus: ꝑ predicationē eneus Aliter
⁊ sonorus: aq̄s sciētiarū plen⁹ obseruātia decē māda
torū: cōtinētia qnqꝫ sensuū: efficacia triū v̄tutū vel tri
um religionis votorum mensuratus: historijs bono
rum exemplorum pict⁹: decimo ⁊ tricesimo renaculo
idest denario eterne retributionis/⁊ fructu tricesimo
et spe triplicis dotis ale fretus: ⁊ duodecim bobus. i.
duodecim aplis/⁊ eoꝝ vite/fidei ⁊ doctrine per imita
tionem immixtus. Si quis autē talis fuerit mare seu
lauatorium dici poterit: quia ad lauandum seu puri C
ficandū alios documētis ⁊ exemplis merito dignus
erit vt sic de viris iustis exponat̃ illud exponat̃. Ezech
Aspectus rotarum ⁊ opus earum quasi visio maris. Ezech.
¶ Uel dic qđ mare significat sacram scripturaʒ: que 1. b.
in atrio ecclesie ad ostensioneʒ criminū ponit̃: vt ibi Allego
sacerdotes. i. viri ecclesiastici a suis maculis expientur ria.
Est igit̃ illud mare fusile: qꝛ a deo fuit fusum. i. ī igne
spūssancti conflatum ꝑ inspirationē. Ereū qđ est durū
metallū ⁊ forte: qꝛ eternā fortē/veram ⁊ immutabileʒ
habet durationē. Decē cubitorum in latitudine pro
pter decem mandatorum que cōtinet institutionem.
Quinqꝫ cubitoꝝ in ꝓfundo/ꝓpter quinqꝫ sensuū ex
hibitionē. Duorū ordinum historiā. i. duorū testamē
toꝝ narrationē. Tres digitos in spissum: inquātum
continet trinitatis fidē. Triginta cubitos hʒ in supe
riorē/⁊ dece in inferiorē ambitū: inq̄tuʒ eterne glorie
que cōsistit in denario ꝑfectionis/⁊ in ternario visio
nis/fruitiōis et tētionis cōtinet repromissionē. Labi
um hʒ ad formā calicis: inq̄tū ista potat et inebriat
in se studentes ꝑ diuinā eruditionē. Et est illud labiū
ad modū repandi lilij: quia habet puram et castam Ps. 11.
locutionem. Psal. Eloquia dñi/eloquia casta. Stri b.
ctum est inferius/latū supius: inquātū hic i feri⁹ ꝑ tē
pore huius

pore huius vite strictam habet et obscuram expositio
nem. Sursum vero in patria claram habebit suorum
secretorum cognitionem. Duodecim boues per ter-
naria copulatos sub se continet: inquantum duo de-
cim patriarchas vel duodecim apostolos sub se ha-
D bet: qui per quatuor mundi partes portauerunt trini
tatis fidē ⁊ deuotionem. Boues enim id est apostoli
⁊ viri apl̄ici per ternariū copulati dicunt̄: inq̄tū in fi-
de trinitatis cōuenerūt: quā per quatuor mūdi partes p̄
dicare noscunt̄. Isti aūt partim latent ⁊ partim appa
rēt: qꝛ scꝫ viri sancti partim per virtutū suarꝝ occulta-
tionē latitant: ⁊ partim per bonorꝝ exteriorꝝ ⁊ documē
torꝝ ostēsionē se monstrāt: ⁊ sic sub mari sacre scripture
ps. 76. d studendo: ⁊ eā implendo cōtinue perseuerāt: ⁊ ipsam
Aliter pro viribꝰ sustinent atq; portant. Ps. In mari via tua
⁊c. ¶ Uel etiā isti quo ad faciē. i. quo ad exteriora opa
ps. 30. c nobis apparēt: sꝫ quo ad futura ⁊ posteriora p̄mia / a
nobis absconduntur ⁊ latēt. Ps. Quam magna multi-
tudo dulcedinis tue dn̄e ⁊c. Isti aūt bn̄ boues erei di-
cunt̄: qꝛ sicut fortissimi boues terras coluerūt: ⁊ tandē
ps. 18. a per martyriū immolati fuerūt: ⁊ ad modū eris sonū p̄
Tropo- dicatiōis emiserūt: qꝛ sicut in Psal. dicit̄. In omnem
logia terrā exiuit sonus eorum ⁊c. ¶ Uel si vis dic q̄ isti bo-
ues erei q̄ sonū habebāt ⁊ nō sensum: sunt carnales p̄-
ez. 37. b dicatores: q̄ sub mari sacre scripture perābulant: ⁊ eā
se portare gloriātes / sonū bonorꝝ virorꝝ p̄dicādo emit
tūt: sensum tamē deuotionis nō habēt. Uñ Ezec. Ner-
ui ⁊ carnes ascēderūt: ⁊ extēsa est super eos cutis: ⁊ spi
ritū nō habebāt. Isti eñ sunt q̄ posteriora sua celāt / ⁊
facies ostendūt: ⁊ posteriora. i. carnalia sua opa a mē
bris posterioribꝰ depēdentia p̄ viribꝰ celāt ⁊ cōtegūt:
E faciē vero suā. i. exteriorē cōuersatiōis pulchritudinē /
scꝫ quā habēt / libenter manifestāt: ⁊ se etiā p̄ ternario
colligāt inquātū sub triplici voto / vel sub fide trinita
tis / vel in tribꝰ virtutibꝰ theologicis se viuere dissimu-
lāt ⁊ fingūt. Ut cōiter enim siue hypocrite / siue vsura-
rij / siue proditores / vel falsi amici: faciē nō dorsum ni-
tunt̄ ostendere: inquantū exteriorē applausum (q̄ per
faciē innuit̄) conant̄ alijs ostēdere: Immūda vero po
steriora sua. i. malā intentionē / ⁊ turpiū operꝝ suorꝝ vili
ma. 23. c tatē: a visibus aliorꝝ semper vellent latere: similes illis
sepulchris dealbatis: que (sicut dicitur) apparent ho
minibus speciosa: intus autē sunt plena ossibus mor
tuorum. Et sicut isti boues ab inuicem auersi erant:
ita quod dorsa sibijnuicem / non facies conuertebant.
Sic et tales mali homines non solent per dilectionem
se respicere / sed facies cordis ab inuicē diuertere: dor
sum vero obliuionis / despectus et odij alter ad alte-
hie. 18. c rum applicare: inquantum scilicet alter solet alterum
Allego- fugere ⁊ odire. Unde Hieremi. Uerterunt dorsum et
ria non faciem. ¶ Uel dic quod mare istud significat ba
ptismum: quod dicitur esse rotundum: quia quemad
modum orbis in eo debet ablui. Fusile quia diuina
gratia ibidem solet infundi: Ereum: quia per sonum
predicationis debet virtus ipsius vndiq; circumfun-
di: Liliatum etiam labium: quia per istum solent ani
me ad modum lilij dealbari. Calicis etiam habet for-
mam id est inquantum virtus passionis christi / que
F calix est ab eodem dicta / solet in eo monstrari. Iste er-
go decem cubitos in latum / quinq; in altum / tres di-
gitos in spissum dicitur habere: inquantum quicq̄d
contra decem mandata committitur: vel per abusum
quinq; sensuum delinquitur: quicquid per tria princi
palia vitia: scilicet superbiam / auariciam / luxuriam
incurritur: totum in baptismi lauatorio depuratur.

Funiculo vero vel reticulo triginta cubitorum superi-
us / rotūdū in ferꝰ cingebat̄: inquantū in baptismo spes
eterne retributionis ⁊ denarij p̄mittit̄. Denarius eñ
numerus ter ductus / triginta cōstituit: qꝛ p̄ certo de-
narius perfecte ⁊ eterne retributiōis q̄ dat̄ in vinea dn̄i
laborantibꝰ: in tribus / scꝫ in fruitiōe / visione ⁊ tentio-
ne cōsistit. Duodecim etiā boues. i. quatuor ternaria
diuisim isti mari subsunt: inquantū duodecim articu
li in fide sancte trinitatis per quatuor mundi plagas
diffusi / baptismali grē annexi sunt: ⁊ inquantū bapti-
zati per vniuersa mundi climata fidē sancte trinitatis
credunt. In isto igit̄ mari sacerdotes lauabant̄: qꝛ p̄
certo omnes q̄ baptismo purificāt̄ / sacerdotes. i. sacri
dotes efficiunt̄. sicut bene patet vbi petrus loquēs fi- 1. pe. 2. b
delibꝰ dicebat. Uos estis genus electū / regale sacerdo
tiū / gens sancta / populus acquisitionis. Istud est eñ
mare in quo oēs macule vitiorꝝ stringunt̄: ⁊ in quo oīa ps. 135. b
peccata submergunt̄ / ⁊ obliuioni tradunt̄. Ps. Sub- eod. ca.
mersit pharaonē ⁊ exercitū eius in mari rubro. ¶ Fe- Histo-
cit salomon tres luteres seu vrnas ereas / rotundas ⁊ ria
fusiles: quarum orificia erāt stricta. Uēter vero ⁊ fun-
dū aliquantulū magis lata: eratq; latitudo interior
vnius cubiti ⁊ dimidij: altitudo vero quatuor cubitorꝝ:
habebat aūt quilibet luter basem eream sibi deputatā G
miro artificio fabricatā: erāt aūt isti luteres in atrio sa
cerdotū ante portā positi: quinq; a dextris / ⁊ quinq; a
sinistris depositi. ⁊ ad intingēdos ⁊ lauandos pedes
intestinaq; lauanda ⁊ sacrificanda erant specialiter de Mora-
putati. ¶ Sic vere dico / q̄ in atrio ecclesie militantis litas
ad finē vt hostie immolande. i. penitētes seipsos dn̄o i
altari penitentie sacrificātes haberēt: vbi a suis sordi-
bus seu criminibꝰ lauarent̄: necesse fuit ibidē luteres.
i. sacerdotes seu cōfessores cōstituere: ⁊ ipsos in publico
a dextris ⁊ a sinistris. i. diuitibꝰ ⁊ pauperibus assigna
re: ⁊ sic quicūq; eis indigeret / q̄ possit eos p̄ libito re-
perire: ⁊ culpā suā cōfitēdo abstergere vel lauare. Uñ zac. 13. a
dicit̄. Erat fons patēs domui dauid ⁊ habitatoribus
hierusalē / in ablutionē peccatoris ⁊ menstruate. Et p̄
certo ille dꝫ habere vētrē latū ⁊ os strictū. Uēter eñ il
lius est voluntas vel affectꝰ: qꝛ scꝫ affectio sua dꝫ esse
lata per charitatē ⁊ largitatē. Os tñ ipsius debet esse
strictū per abstinētie parcitatē / ⁊ per secreti abscōsionē
⁊ loquēdi raritatē ⁊ maturitatē. Illud eñ summe cōfes
sorē decet ⁊ etiā quēlibet virū perfectū: os paruū ⁊ stri
ctū habere: ⁊ verba pauca ⁊ matura dicere: ⁊ secretum ecc. 28. d
scire abscondere ⁊ celare. Unde Ecclesiastici. Dñi tuo
facito ostia: ⁊ seras auribus tuis. Tales igitur lute-
res id est sacerdotes ⁊ confessores: debent esse decem: luc. 17. d
inquantum sub decalogo mandatorum debent viue- H
re. Unde dicitur. Ecce decem mundati sunt. Debent
esse quinq; hinc ⁊ quinq; inde: inquantum discretio-
nem quinq; sensuum ad dexteram ⁊ sinistram in pro-
speris ⁊ aduersis debent habere: ⁊ quatuor cubitos
in profundo: inquantum quatuor cardinales virtu-
tes debent interius possidere: vnum vero cubitum la
titudinis in summo: inquantum vnum deum debent
credere: latitudini tamen isti medius cubitus adiun-
gitur: inquantum fidei de diuinitate: fidem etiam de
hūanitate debent superaddere: et sic super basem lo-
candi sunt: inquantum per fidei ⁊ spei firmitatem su-
per christum debent tanquam super solidum firmamē 1. co. 3. c
tum insistere ⁊ sedere. Unde apostolus. Fundamentū
aliud nemo potest ponere: preter illud quod posi- eodē. c.
tum est: quod est Iesus christus. ¶ Bases eree su
per quibus ponebantur luteres: mirabilis fuisse

Histo- schematis describunt. ¶ Sicut enim hic scribit Come
ria storexponēdo declarat: bases iste ex quatuor tabulis
adinuicē adunatis cōstabāt: q̄ quatuor cubitos in lō
gitudinē / et quatuor in latū faciebant: tres vero cubi-
tos in altū se eleuabāt: et sic formā quadratā posside-
bant basis huius. Harū vero tabular anguli eminē-
tes / quatuor colūnas quadratas cōstituebāt: q̄ colūne
in suminitate sui quosdā humeros habebāt: q̄ simili-
tudinē manus hois et pedis aquile pretēdebant super
quos collocate erāt tabule trāsuersales / in quib9 lute-
res insidebāt. In parte vero inferiori / et in quatuor an
gulis basis / quatuor rote fusiles inserebant: q̄ axes / cā
thos / radios et modulos habebāt et vndiq3 ppas scul
pturas habētes / sibyinuicē in omnibus assimilabant.
A Igit quelibet basis ppuas sculpturas habebat: q in
columnis figuras auiū / holm et arborū: in lateribus
vero tabular formas boum / leonuz / coronar / seu etiā
plectar et cherubin cōtinebat. Isti tū leones et boues
sunt sculpti: lora seu cathedras / ac si eēnt ligati ad ta-
bulas et ad colla habebant: q̄ inferius dependebāt. Iste
bases possit diuersos status eccle.i. diuersar perfectio-
nū ordines significare: que scz plures luteres plenas aq̄
.i. lauachrū scientiar / gratiar et lachrymar sustinent:
q̄b9 ostie.i. seculares se baluēāt atq3 mūdāt. Dico igit
q̄ q̄libet talis basis.i. q̄libet religio vel quilibet eccle
status oz habere quatuor cubitos in longū.i. obseruā
tiā quatuor euāgelior: quatuor cubitos in latū.i. cō-
tinentiā quatuor virtutū cardinaliū: tres cubitos in
altū.i. possessionē triū virtutū theologicar. Igit talis
basis cōstabat ex quatuor rotis / ex quatuor tabulis / ex
quatuor columnis / et ex superiori tabula trāsuersali cū
suis quatuor angulis et multiplicibus figuris / imagi
nibus et sculpturis. Columne igit ille significant in
ecclesia prelatos et superiores: tabule designant colla-
terales et mediocres. Rote vero q̄ inferius sunt / deno-
tāt subditos et inferiores. Columne igit.i. plati debēt
esse quadrati per cōstantiā: eleuati per vite eminentiā:
humeros debent habere.i. fortitudinē et patientiam
que scilicet continuant manus hominis.i. actiuam
B bonorum operum efficaciam. Pedes aquile.i. cōtem
platiuam scientiam. Manus enim operationem de-
notat / que pertinet ad actiuam vitam. Pes vero aqui
le que clarissime videt / sapientiam designat: que perti
net ad contemplatiuam vitam: que duo scilicet debēt
esse in prelato. Iste etiaz columne.i. prelati: debent ha
bere sculpturas virtutum et morum: quia pro certo in
eis debent inueniri subuentio et nutritio. Figure aui-
um.i. superiorum eleuatum desyderium et affectio. Fi-
gura hominis.i. rationis et scientia dijudicans discre
tos. Iste enim sunt sex sculpture.i. sex virtutes: que co
lumnas nostras id est prelatos summe decent: scilicet
patientia / fortitudo / bona operatio / cōtemplatio / ele-
mosynarum largitio / celestiuz affectio et discretio que
videlicet man9 hominis / pedes aquile / arbores / aues /
homines significant: que etiam quatuor debent esse /
inquantum in quadruplicitate virtutum cardinaliuz
manere debent; et sic de talibus columnis poterit dici
hier.1.d illud Hieremi. Dedi te in columnam ferream etc. Et
exo 36.d illud Exod. Fecit columnas de lignis sethim. ¶ Vel
Aliter dic quod basis ista potest significare virum perfectum
q̄ (vt supra dictū est) oz cōstare ex mltis: scz ex q̄tuor co
lūnis ex q̄tuor tabulis: ex q̄tuor rotis / ex q̄tuor hūeru
lis: ex mltiplicib9 imaginib9 et sculpturis: ex multipli
cibus dimensionibus et mensuris. Habeat igitur qua
tuor columnas id est quatuor virtutes cardinales; q̄

scilicet in edificio morum sunt prime et principales co
lumne: scilicet iustitiam / fortitudinem / temperantiaz
et prudentiam. Unde Exod. Columnas habebit qua- exo.36d
tuor cum basibus totidem. ¶ Item habebant quatu-
or rotas.i. quatuor bonas affectiones: gaudiuz de bo
no / dolorē de malo / spez de pmio / timorē de supplicio. ezec.1.d
Ezec. Apparuit rota vna super terrā habens quatuor C
facies. Iste enim sicut in axe cordis debent voluere et
discurrere: modulos tamen.i. modum et temperanti-
am: radios / id est claritatē et prudentiā: canthos qui
curui sunt.i. humilitatē et reuerentiā / debent habere:
vt sic gaudium a dissolutione: timorem a desperatio-
ne: dolorem ab impatientia et murmuratione: spem a
presumptione possint defendere et seruare. Ezechiel. eze.10.b
Ecce quatuor rote iuxta cherubin. Item habent qua-
tuor tabulas id est quatuor charitatis latitudines:
scilicet amorem dei / amorem sui: amorem amici: et di-
lectionem inimici. Unde supra eodem. Fecit salomon
quatuor deambulatoria inter columnas cedrinas.
Sequitur. Tabulatis cedrinis vestiuit totam came-
ram. Item habebant quatuor rotas id est quatuor hu
meros ad similitudinem manus hominis et pedis
Aquile id est quadruplicis gratie soliditates: scilicet
gratiam preuenientem: gratiam adiuuantem: grati-
am perficientem: et gratiam consummantem: Iste enī
quatuor gratie dicuntur humeri: quia portant onera.
Manus: quia faciunt opera. Pedes aquile: quia ra-
piunt eterna munera: et ideo de ista quadruplici gra-
tia operatiua potest exponi illud Ezechielis. Quatu- ezec.1.b
or manus sub pennis eorum in quatuor partibus.
Item habebant imagines et sculpturas: et sic pro
certo dico / q̄ debent habere leonem.i. seueritatē aspe-
re punientem: bouem.i. maturitatē dulciter corrigē-
tem: cherubin qui scilz habeat alas.i. contemplatio- D
nem sublimiter volitantem: coronā.i. perseuerantiā /
premium et victoriam reportantē: formaz hominis.i.
discretionem et sapientiā: formam arboris / id est vigo
rem honestatis et bonam apparentiā: formam auis q̄
scz non cogitat de crastrino / id est terrenorū contem-
ptum et displicentiam: lora dependentia.i. charitatis
vinculū et colligantiā. Unde de talibus virtutū scul- 3.re.7.a
pturis potest dici illud: Sculptura subt9 labiū ambie
bat illud. Duos ordines sculpturarū historiatar: vt de
viris ecclesiasticis dicat scriptura illud Esa. Ponā in esa.54.c
iaspidem ppugnacula tua: et omnes lapides tuos in
lapides sculptos. ¶ De mēsuris vero quatuor et triū Aliter
cubitor dicet supra. ¶ Vel sivis dic / q̄ in basi ecclesie
tam leones q̄ boues.i. tam prelati q̄ subditi: lora di-
sciplinae debent ligari: et eisdem subiacere / et humiliter
se subiugare. Unū Eccl. Iugum et lorū curuat collum ecc.33.d
durum. ¶ Sicut hic in principio huius ca. dicit: salo Eo.cap.
mon ante omnia edificauit domum dñi septē annis: Histo
et octauo anno cōpleuit: postea ad edificandū domū ria.
sibi / domū vxori / domū saltus quasi cōitati se cōuertit:
et domū suā annis tredecim cōsummauit. Minore igit
tpe edificata est dom9 dñi: et anteq̄ alie dom9 secula
res: q̄uis difficiliores et sumptuosiores fabrice in om-
nib9 extitisset. Et hoc (vt dicit comestor) q2 in edifica-
tiōe dom9 dñi tā rex q̄ ppl's feruebat: et in edificatiōe
aliar remissi9 laborabat ¶ Ista psit exēplariter allega Mora-
ri: q̄ illa q̄ ptinent ad deū et dei cultū / sunt oino faciē- litas
da: q̄uis sint difficiliora q̄ nr̄a negocia. Maledict9 q̄ hie.48
facit op9 dñi fraudulēter. Alia lr̄a habet / negligenter b.
Rex enim salomon.i. quicunq3 discrete et pacifice se-
ipm regens: prius et ante omnia debet edificare in se-
ipso domū

E ipso domū deo per grās ꝛ virtutes. Postea vero sibi et
vxori ꝛ ꝓplo pōt licite ꝓuidere: ꝛ de vtilitate tā sui ꝙ
alioꝝ attenti⁹ cogitare: xp̄s eñ valde est festin⁹ vult eñ
ꝙ sibi anteꝙ̄ nobis seruiamus: ꝛ ꝙ honorē ipsi⁹ spūa-
lē nostris tēporalibus cōmodis preferam⁹. Uñ ipsius
3.re.17.b videt esse illa vox. Fac mihi primū subcinericios pa-
nes: tibi aūt ꝛ filio tuo facies postea: qr ꝓ certo ꝓpe-
rius nostra facimus/ qñ de illis prīo que ad deū perti
mat.6.c nēt cogitam⁹. Uñ. Primū querite regnū dei ꝛ hec oīa
Eodē.c. adycient vobis. ¶ Salomō edificauit q̄tuor domos
scȝ domū deo: domū filie pharaonis: domū sibi/ ꝛ do-
Mora- mū salt⁹. ¶ Sic vere homo in se debȝ moraliter edifi-
litas. care per deuotionē ꝛ iugē memoriā domū deo / ipm ꝑ
grām hospitando: domū regine. i. beate virgini/ ipaȝ
per deuotionē in mēte habendo: domū sibi ipsi/ de salu
te propria cogitando: domū saltus. i. penitentiā per
Aliter eam de mundo ad patrem saltando. ¶ Uel dic ꝙ qui-
liber debet in hierusalem. i. in mente sua quatuor do-
mos edificare: teas sibi per magnā memoriā cōplana
re: scȝ domū dei paradisuȝ: domū saltus seu precipitij.
i. infernū domū regine scȝ anime. i. corpus propriūm:
domū suam. i. mundum. Habe igitur in mente/ ꝛ con
sydera quāta sit domus paradisi felicitas: Unde Ba-
bar.3.c. ruch. O israel ꝙ̄ magna est dom⁹ dei. Quanta est do-
mus inferni periculositas. Ista est eñ dom⁹ salt⁹: in q̄
iob.30.c q̄ precipitant/ rūpāt sibi collū: vnde Iob. Scio ꝙ morti
f trades me: vbi constituta est dom⁹ oīs viuentis. Quā
iob.4.d tasit dom⁹ anime. i. ꝓprij corporis fragilitas/ dicitur
Qui habitant domos luteas: ꝛ terrenū habēt funda-
mentum. Quanta sit domus sue/ scilicet mundi vani-
mat.7.d tas ꝛ ruinosa debilitas/ dicitur. Descendit pluuia ꝛ ve
nerunt venti: ꝛ ruerunt super domum illam.

¶ Capl'm nonū Textus. Factū est aūt cum perfecisset salomon edificiū dom⁹ dñi. Mortalitatum Capitulum. VII.

Histo- Hic dicit ꝙ salomon populū qui remāsit de
ria. chananeis/ quos filij israel subiugare nequi-
rant/ subiugauit: ꝛ tributarios fecit: de filijs
vero israel neminē seruire coegit: sed eos bel
Mora- latores ꝛ duces ꝛ ministros suos fecit. ¶ Sic vero no
litas. ster salomon christ⁹ / nō vult ꝙ aliquis filius israel. i.
aliquis christian⁹ fidelis seruitute peccati premat: sȝ
potius ꝙ in nobilibus officijs/ scȝ uirtutū ꝛ bonoꝝ
exercitijs eidem famulet: gentiles vero. i. malos ꝛ pec
catores sibi tributarios ꝛ seruos efficit: inquantū dei
prouidentia ipsos ad seruiendū ꝛ proficiendū bonis
cōpellit: ꝛ inquantū eoꝝ malicijs ad salutē fideliū vti
tur: ꝛ ipsoꝝ nequitias ad bonū electorū ordinat ꝛ dis-
hie.25.b ponit. Et inde est ꝙ dñs nabuchodonosor pessimū ser
2.re.8.b uū suū vocat: pro eo ꝙ ipse contra seruos pestilentes
eze.29.d eo tanꝙ̄ pro baculo vsus fuit: vnde dicit. Facta est sy-
ria seruiens dauid ꝛc. Unde ꝛ dñs dicit Ezech. Nabu
chodonosor seruitute seruiuit mihi aduersus tyrum.
Aliter ¶ Uel dic ꝙ filij israel sunt viri ecclesiastici: qui ꝑ cer
G to nō debent seruire/ nec opera seruilia facere: nec se in
seruilibus mundi officijs occupare: sed duces alioꝝ/
scȝ per scientiā ꝛ eruditionē: ꝛ bellatores cōtra vitia: ꝛ
ministri quantū ad spūalia obsequia debent esse. Ser
uitiū vero huiusmodi debent chananeis. i. secularib⁹
dimittere: qui regi salomōi christo debēt in huiusmo
di officijs/ negocijs ꝛ litigijs deseruire: vnde bñ dicit
1.co.7.d apl's: Precio magno empti estis: nolite fieri hominū
serui. Ideo bene dicit idem apl's. Secularia iudicia si
1.co.6.a habueritis/ contemptibiles qui sunt in ecclesia / illos
cōstituite ad iudicandū. Cuius tamē cōtrariū faciunt
hodie filij nostri israel. i. clerici religiosi ꝛ prelati: qui
scȝ seruire principibus ꝛ officijs ꝛ negocijs seculario⁹
gloriant: ꝛ libertatē spūalem qua seruire deo deberēt/
dedignant: qui tamē deberēt attendere illud Actuū. act.6.a.
Non est equū nos dimittere verbū dei ꝛ ministrare mē eod.c.c.
sis. ¶ Hic dicit ꝙ rex salomon fecit classem in asion-
gaber: qui est portus maris rubri: ꝛ adiunctis seruis
hyram regis tyri viris vtiqȝ nauticis ꝛ gnaris maris
cū seruis suis: misit eos in ophir/ q̄ est insula maris in
dici: vt inde afferrent sibi aurum. Qui scȝ primo anno
quadraginta viginti auri talēta: sicut hic dicit capl'o
sequenti: semꝑ illic de termio in terminū deferētes re-
dibāt: ꝛ salomoni aurū ꝛ argentū/ dentes elephantoꝝ
pauones ꝛ simias deferebant. Magnificatusqȝ est rex
salomon diuitijs ꝛ sapiētia super oēs reges terre: ꝛ vni
uersa terra desyderabat videre faciē salomonis/ ꝛ audi H
re sapientiā eius. Et singuli deferebāt ei munera: vasa
scȝ argentea ꝛ aurea: vestes ꝛ arma bellorum: equos ꝛ
mulos/ sicut hic dicitur. In diebus eius tantum fuit 2.pa.9.c
argenti in hierusalem/ sicut ꝛ lapidum ꝛ cedrorum: si
cut etiam sycomororum. Ita quod argentum in hieru-
salem tunc temporis nullius valoris reputabatur: cū Allego-
auri summa copia haberetur. ¶ Ista possunt exponi ria
allegorice de christo. Cōstat enim quod salomon id est
christus classem seu nauium multitudinem. i. diuerso
rum statuum ecclesie turbam in mari penitentie statu
it: ꝛ ibi cum seruis suis. i. cum sanctis ꝛ catholicis vi-
ris seruos hyram regis gentilis id est seruos mundi
videlicet philosophos viros ꝛ nauticos: ꝛ maris id
est nature rerum fluxibilis sapiētes ꝛ gnaros / qualis
fuit dionysius adiunxit: inquantum ipsos ad fidem
conuertēs suis fidelibus sociauit. Isti igitur per ma-
re penitentie nauigantes/ de ophir idest de mundo ad
ipsum salomonem id est christuȝ multas diuitias spi
rituales ad ipsum detulerunt: ꝛ ipsum ꝛ ciuitateȝ hie
rusalem id est ecclesiam tam militantem ꝙ̄ triumphā
tem multipliciter bonis personis/ virtutibus ꝛ scien-
tijs ditauerunt. Constat enim quod isti naute tam hy
ram ꝙ̄ alij adiuncti attulerunt ad christum aurum id
est sapientiam. ꝛ argentum id est eloquentiam: dētes
elephantorum: hoc est ebur. i. castimoniam: pauones
scȝ aues pictas. i. honestam apparentiam: simias/ be-
stias summe agiles. i. laborum ꝛ operum diligentiaȝ.
¶ Uel alio modo isti naute attulerunt christo: inquā Aliter
tum scȝ eos ad fidem conuerterunt. aurum. i. philoso-
phos ꝛ sapientes: argentum. i. poetas ꝛ eloquentes: dē
tes elephantoꝝ. i. crudeles tyrannos ꝛ principes oīa A
deuorātes: pauones/ curiosos/ ꝛ in pēnis. i. in exteriori
pulchritudine seu ꝓsperitate gloriātes: simias. i. hy-
pocritas: hoc est hoīm rationabiliū ꝛ sctōꝝ personaꝝ
nō reȝ sed effigiē. i. similitudinē ptendētes. Sic igit Sa-
lomon noster fuit in ecclesia ditatus: ꝛ super omnes
reges id est super omnes deos magnificatus. Psal- ps.96.b
mista. Nimis exaltatus est super omnes deos. Sibi
enim quotidie offeruntur munera/ id est boni religio
si: qui voluntarie deo donantur. Uestes/ id est viri mi
sericordes: qui alios fouere ꝛ calefacere dinoscuntur ꝛ
arma bellica id est viri scientifici: qui corpus ecclesie
maculis hereticorum protegere comprobantur: equi
id est boni obedientes / qui superne disciplinē subyi-
ciuntur: et muli id est boni rustici et laici / qui om-
nibus laboribus secularibus exponuntur vasa etiam
argentea ꝛ aurea/ id est viri qui sapientiam ꝛ eloquen
tiam profitentur. Talibus igitur muneribus christus

ꝙ clementia. Duodecim leunculi hi sunt / bonoꝝ offi
cialiū ꝯsiliarioꝝ societas ⁊ cōcomitātia. Posterior ve
ro rotūditas hec est / finalis / breuis ⁊ rotunda expedi-
tionis celeritas ⁊ festinantia. Omnia ista debent in
throno ꝑlature seu potestatis iudiciarie cōcurrere: ⁊
ille qui in throno sedet / debet his oībus ꝑpollere: ⁊ sic
ps.88.f de tali iudice vel prelato dicet dn̄s illud Psal. Thro-
nus eius sicut sol in cōspectu meo: ⁊ sicut luna perfe-
cta in eternū: ⁊ testis i celo fidelis. Et si vis / dic ꝙ ma-
nus istius dicant esse due: q: scꝫ munificentia ꝑlati ad
duo se extendit: scꝫ ad indulgendū ⁊ ad tribuēdū. Leo
nes aūt isti dicunt duo: q: iustitia prelati in duob9 cō-
sistit: scꝫ in absoluendo ⁊ ꝯdemnādo. Duodecim leun
culi esse feruntur: q: scꝫ officiales ⁊ aduocati / qui ante
thronū. i. in curia dominoꝝ, in diuersis officijs sedēt:
debent duodecim articulos credere: ⁊ doctrinā duo-
decim apl̄oꝝ tenere: duodecim fructus sp̄us portare:
⁊ coronā duodecim stellaꝝ ꝑmereri ⁊ expectare: q: scꝫ
ap.14.b de eis debet dici illud Apo. Sine macula sunt ań thro
Aliter nū dei. ¶ Uel si vis / dic ꝙ duo leōes magni / sunt duo
Aliter assessores: leunculi vero iudices inferiores. ¶ Uel si
vis dic in malo: ꝙ thronus curie ⁊ status prelatoꝝ / iu
dicum ⁊ principū modernoꝝ / est hodie decurat9 per
diuitiarum cumulationē: quia scꝫ hodie nō queritur
nisi aurum. Est etiā ibi sedile vbi sedet Salomon ma-
nibus sustentatū per multiplicē adulatoꝝ obsecutio-
G nē. Est a duobus leonibus associatū / per crudelē cōsi-
liatoꝝ atqꝫ assessoꝝ ambitionē. Ibi sunt diuersi gra-
dus ⁊ ostia multa intermedia per que trāsire oportet:
qui faciūt aditus difficultatē: ⁊ hoc q: ibi sedent leun
culi. i. officiales balliui: q̃ auariciā diligunt ⁊ rapaci-
Aliter tatē. ¶ Uel etiā diuersi gradus sunt diuersa inferiora
officia huius curie: in quib9 scꝫ leūculi sedēt / id est cru
ps.103.e deles iudices / q̃ oīmodā sectant iniquitatē. Ps. Ca-
tuli leonū rugientes vt rapiant: ⁊ querāt a deo escam
Quia breuiter circa thronos ⁊ curias dominoꝝ / tria
genera personaꝝ in diuersis gradibus ⁊ officijs habi
tare noscunt: scꝫ manus / leones ⁊ leunculi. i. adulato-
res falsum sustentantes: magni cōsiliarij cuncta leoni
ce deuorantes: inferiores ⁊ maiores balliui ⁊ leūculi /
quicquid possunt crudeliter rapiētes: vt sic de tali iu
dice in tali throno sedente / vel de tali malo prelato in
prelationis culmine presidente / exponatur illud Eze-
eze.19.a chiel. Mater tua leena cubauit inter leones: i medio
leunculorum nutriuit catulos suos. Unde etiaꝫ talis
da.14.g prelatus sic associat9 potest dicere illud Dan. Qui se
debat i medio leonū. i. i medio crudeliū seruitoꝝ. Iu-
dex eñ vel ꝑlat9 deberet dici mr̄ ista: cum mater hodie
Aliter sit leena ⁊c. ¶ Uel dic quod thronus in quo sedet rex
noster christus / est ecclesia: que debet habere ebur / sci-
licet viros castitate nitentes: aurum. i. viros sanctita-
H te fulgentes: sedile. i. viros equitate pollentes: manus
. i. viros bonis operibus abundantes: leones. i. viros
virtute ⁊ gratia preeminentes: ⁊ gradus. i. status suos
custodientes ⁊ ecclesiam defendentes. Unde dicitur.
3.re.7.b Sculpsit inter coronas ⁊ plectas / leones / boues ⁊ che
Anago rubin. ¶ Uel dic quod thronus iste significat eterne
gia glorie sedem ⁊ dignitatem: ad quam scilicet per gra-
dus sex operum misericordie ascenditur: ⁊ in quo i au
ro eterne sapientie ⁊ ebore mundicie sedetur: ⁊ cuꝫ leo-
Aliter nibus ⁊ leunculis. i. cum sanctis maioribus ⁊ minori
bus habitatur. ¶ Uel dic quod ad thronum prelatu-
re non cito quis prouehendus est: sed per gradus di-
Aliter uersorum officiorum superius est trahendus. ¶ Uel
dic quod thronus dei est viri iusti cōscientia: que pro

certo debet habere ebur continentie / aurum sapientie /
sedile iustitie / leones fortitudinis ⁊ constātie / man9 bo
ne operatiōis / gradus prudētie ⁊ ordinatiōis / leuncu-
los obedientie ⁊ subiectionis / rotunditatē simplicita
tis ⁊ virtutis / seu carētiā oīs angulositatis ⁊ deceptio
nis: ⁊ sic de tali solio siue sede potest dici illud Apoca.
ꝙ sedes dei ⁊ agni est in illa / scꝫ in aīa viri iusti. Quia ap.22.a
sicut dicit sapiens. Anima iusti sedes est sapiētie. Ita
ꝙ tunc dicet dominus illud Esa. Celum mihi sedes ē:
terra autem scabellū pedū meoꝝ. ¶ Uel si vis dic / qd̄ esa.66.a
ad altare domini prohibebatur ascensus per gradus Eod.c.
ad thronum tamen salomonis regis habebatur ascē-
sus. ¶ Sic vere dico ꝙ licet ad promotiones ⁊ digni-
tates secularū principū per gradus cōsanguinitatis Mora-
⁊ affinitatis / id est per acceptionem personaꝝ habeat litas
accessus: ad altare tñ christi. i. ad dignitates ecclesie / A
nō debēt inueniri tales gradus: sꝫ nulla ꝯsanguinita-
tis affectione seruata / omnibus iustis indifferēter fa-
cilis debet patere ingressus. ¶ Fecit salomon ad ma-
gnificentiā regni stai9 arma aurea / ⁊ vasa aurea / ⁊ su- eod.c.c.
pellectilē aureā. In domo eñ saltus fecit ducenta au Hysto-
rea scuta / ⁊ vasa aurea: ⁊ quodlibet sicloꝝ sexcētoꝝ / tre ria.
cētas plectas aureas ponderꝫ laminaꝝ auri per singu 1.pa.9.d
las: ⁊ ducētas lāceas aureas: vt dicitur in libro Pa-
ra. Iuuenes igit̃ flaua ista arma flaua atqꝫ aurea añ re
gem quādo equitabat / ad decorē portabant: ⁊ post in
domo saltus ipsa ponebant. Scutis igitur aureis sa-
lomon suam ciuitatem muniuit: sed sicut infra dicit. 3.re.11.g
Filius eius roboam iuuenis ⁊ fatuus / post ipsum re-
gnauit: contra quem ascendit rex egypti sesach et de
populatis thesauris domus domini / etiam scuta au-
rea inde tulit: loco quorum roboam scuta erea fabri- 1.re.14.
cauit: peccauerat enim populus iuda domino: ⁊ fece- g.
rat sibi statuas / lucos effeminatos: ⁊ cultores cybele 2.pa.12.a
qui erant in terra: propter quod deus aduersus eos se
sach suscitauit: qui in hierusalē intrans cuncta diri-
puit ⁊ vastauit. Etiam vt ponit Comestor sicut aiunt Come-
hebrei / auis per quinquaginta annos super hierusa- stor.
lem non volauit: ita quod fere populus iudaicus de-
sperauit. ¶ Salomon est bonus prelatus / sapiens et Tropo-
fidelis ⁊ pacificus: qui reuera quando regnat in hieru logia.
salem id est in ecclesia sancta dei: ipsam solet in omni B
bus bonis temporalibus ⁊ spiritualibus ditare: et
vasa aurea ⁊ vestes aureas id est scientias et virtutes
ibi fabricare: ⁊ arma aurea id est sanctos ⁊ fortes vir-
tuosos viros ibidem constituere ⁊ locare. Unde dici-
tur. Cuncta vasa domus saltus libani erant ex auro 2.pa.9.c
purissimo. Sed pro certo sepe fit quod populus iu-
da id est populus ecclesiasticus contra deum peccat:
⁊ statuas ⁊ mundi bona per auariciam: lucos seu al-
ta nemora / hoc est mundi honores per superbiam
adorant: ⁊ se per luxuriam effeminant ⁊ eneruant: qua
propter deus salomone id est bono prelato ipsos pri-
uat: ⁊ loco eius roboam / qui interpretatur ineptus
vel dissipans populos id est malum vel impetuosum
prelatum eorum peccatis creat. Unde Iob. Regna- iob.34.
re facit hominem hypocritam propter peccata popu d.
li. Talia igitur videns deus / manum suam solet laxa
re: et regem / populum et ciuitatem hierusalem idest
prelatos / subditos et totam ecclesie ciuitatem solet
in manu sesach regis egypti qui interpretatur tene-
bre id est manu regis tenebrarum id est diaboli so-
let dimittere: quia scilicet mediante exercitu vitio-
rum et tyrannorum thesauros domus domini
id est virtutes speciales et diuinas tempora-

tes ecclesie solent diripere: arma aurea.i. bonas et aureas personas: que reuera arma ecclesie sunt solet surripere et auferre: ita quod iam cessat auis/id est vir contemplatiuus et spiritualis super hierusalem/id est totam ecclesiam volitare. Unde Hieremi. Omne volatile celi
hie.4.f recessit. Unde de Antiocho dicitur: quod ipse accepit al-
1.ma.1.c tare/vasa aurea/et ornatum aureum/et thesauros occultos de domo domini. Quid igitur? Pro certo quia diabolus arma aurea/id est viros sanctos de ecclesia sus-
C tulit: iam videmus quod Roboam/id est mali prelati arma non aurea/sed erea faciunt: id est malas personas insufficientes/non gnaros in ecclesia constituunt atque ponunt: et loco bonorum hominum ereos/id est imbecilles/clamorosos/litigiosos et impatientes/rubiginosos in hierusalem/id est in officiis et dignitatibus ecclesie promouent et extollunt. Et breuiter (sicut actum est) quod diabolus et vitia pro magna parte bonas personas de ecclesia sustulerunt: etiam prelati loco bonorum impias substituerunt personas. Quod etiam apud principes cernimus. quia scilicet de eorum officiis et curiis boni quotidie euelluntur: mali vero constituuntur/et pro eis in officiis
ps.34.b. eriguntur. Unde dicit Psal. Retribuebant mihi mala
Aliter pro bonis/sterilitatem anime mee. Uel dic quod Roboam/id est malus ecclesiasticus: si contigerit quod Sesach/id est diabolus arma aurea/id est virtutes et scientias: que scilicet arma Salomon/id est boni prelati antiquitus in ecclesia fabricabant: et eam talibus armis contra hostes spirituales muniebant (dicentes illud Apostoli.
1.co.10.a. Non secundum carnem militamus/sed secundum spiritum. Arma enim militie nostre non sunt carnalia) sibi auferat/et inde ipsam euacuet: et hierusalem/id est ecclesiam suam talibus spoliet et
D denudet: non studet nec curat talia arma aurea/scilicet virtutes et scientias reficere/nec eas in sua ecclesia restituere: sed potius studet arma erea/id est era pecuniarum recolligere/et oblitis spiritualibus temporalia congregare. Et sic proculdubio hodie videmus in hierusalem/id est in ecclesia es pro auro/bona terrena pro spiritualibus/diuitias
Esa.3.d pro virtutibus abundare. Unde dicitur. Et erit pro suaui odore fetor etc. Ideo bene dicit hodie sapiens illud Ec-
eccl.3.c. clesiastes. Uidi in loco iudicii impietatem/et in loco iustitie iniquitatem.

Capitulum vndecimum Textus: Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas. Moralitatum. Capitulum IX

Histo-
ria. Cum Salomon in summa prosperitate vixisset/et iam ad senium declinasset: adamauit mulieres alienas/que traxerunt eum ad deos suos: et auerterunt cor eius cum iam senex esset: et adorauit deos alienos: et fecit eis phana et altaria in excelsis scilicet altare dee sidoniorum/que interpretatur presepe. Chamos deo amonitarum/qui interpretatur congregans: et Moloch deo moabitarum/qui interpretatur rex. Quapropter ipso adhuc viuente: hostes sibi dominus suscitauit et post mortem eius regnum eius diuisit: et filio eius solam de-
Mora-
litas. cimam partem dedit. Sic vere sepe fit hodie: quod illi qui maiori prosperitate fruuntur: et ampliori mundi sapientia dotantur: quandoque facilius per luxuriam decipiuntur: et per mulieres ad mala plurima trahuntur. Quod etiam facilius accidit quando homines senectute corporali premuntur: vel senectute spirituali: id est mala consuetudine ac discretionis hebetatione grauantur qui scilicet tunc ad adorandum altare dee sidoniorum.i. presepe luxurie: chamos.i. congregationem auaritie: moloch.i. regnum super-
E bie facilius inclinantur. Bene igitur dicit ipsemet in Pro-
uerbiis. Mulier preciosam viri animam capit. Uel
pu.6.e. Aliter ista allega/quod nullus pro tempore vite huius de propria sanctitate debet presumere: sed potius occulta dei iudicia debet formidare: quando scilicet videt salomonem post infusam sapientiam a deo: post executam contra malos iustitiam: post domum dei edificatam: et post diuini cultus latriam dilatatam/tam enormiter cadere: vt etiam contra legem alienigenas diligens/deos eorum non abhorruit adorare. Ita quod tam propter peccatum quod commisisse legitur: et contra prosperitatem quam habuit viuens/tam abundanter affluxisse dinoscitur: et pro eo quod de eius penitentia nihil penitus inuenitur: necesse sit de damna-
1.co.10.c natione ipsius dubitare. Bene igitur dicit apostolus
cod.c.e Qui stat videat ne cadat. Abias propheta indutus
Histo-
ria pallio nouo/hieroboam de hierusalem exeunti obuians coram eo pallium suum scidit in duodecim partes: diuidens decimam partem hieroboam dedit: et regnum israel diuidendum/et decem tribus sibi dandas ex parte domini nunciauit. Quod vtique factum est: quia post mortem salomonis decem tribus a roboam salomonis filio recesserunt/et hieroboam adheserunt. Nam cum populus conuenisset mortuo salomone: ipsumque regem constituere vellet: et sibi paululum relaxari de iugo per salomonem imposito posceret: et roboam senum spreto consilio/qui sibi consulebant populo acquiesceret: et iuuenum qui secum nutriti fuerant consilio vsus/petitionem popu-
F li non audiret: sed grauius iugum comminatus verba dura potius responderet. Pater meus inquit cecidit vos flagellis: ego autem vos cedam scorpionibus. Minor digitus meus grossior est dorso patris mei. Populus decem tribuum indignatus ab eo recessit: et emulum eius hieroboam regem super se constituit et elegit. Que inquiunt nobis pars in dauid aut que hereditas in filio isai? Nunc vade in taberna-
Tropo-
logia cula tua israel: sicut infra capitulo sequenti reperitur. Ista possunt allegari/quod iuuenes principes atque reges magis diligunt iuuenes quam senes: et illos qui secum sunt nutriti: quam prouectiores qui sensu et fide a suis principibus sunt probati: quapropter quandoque talibus male accidit: ita quod propter tale iuuenile consilium/populus contra eos insurgit: et ab ipsis fugit et recedit. A senibus igitur/non a iuuenibus consilium est petendum: et ab ipsis
tob.4.a qui steterant coram dauid id est ab illis qui sapienti-
Aliter bus adheserunt: et quos patres nostri fideles et prudentes compererunt/est consilium et auxilium inquirendum. Unde Tobi. Consilium a sapiente require. Uel illud allegari potest contra duritiam et crudelitatem principis vel prelati: et contra minas et iactantiam eorundem: que quandoque odium populi generat: et contra se populum subditorum excitat: ita quod ad eum dimittendum et deponendum/et ad alium substituendum anhelat: sicut videmus quotidie ad literam fieri contra crudeles iudices et prelatos: qui
pue.3.b tamen si minus agerent/et de rigore suo aliquid pretermitterent: pacifice viuerent/et honorifice imperarent. Ideo bene dicitur. Misericordia et veritas custodiunt regem.

Capitulum duodecimum Textus: Uenit roboam in sichem: illuc enim congregatus erat. Moralitatum. Capitulum X.

Histo- ria Hic dicitur ꝙ cum roboam misisset ad adu-
ram principem tributorum ad populum reducendū/
occiderunt eum. Lapidauit enim eum omnis po-
Mora litas pulus israel et mortuus est. ¶ Illud pōt alle-
gari de beato stephano: qui fuit princeps .i. primo in-
cipiens: qui primus martyr. Qui cū vellet filios israel
scz iudeos/qui a rege christo recesserant: predicando et
disputando ad ipm reducere et conuertere: ab ipsis fuit
crudeliter lapidatus. Ipse vero israelitarum .i. iudeorum
populus/a suo rege christo penitus segregatus: et alteri regi
1.Pa. scz hieroboam/qui interpretatur diuisio populi .i. diabolo est
10.d. colligatus. Unde dicitur: Lapidauerunt adurā filij israel et mor
Aliter tuus est. ¶ Uel expone aliter vt ad propositū. Noli cre-
1.Jo.4 dere omni spiritui: sed probate spiritus si ex deo sint. ¶ Uel
a. expone aliter sicut supra ca.x. de lapidibus &c. ¶ Hic dicitur
Aliter ꝙ cum filij israel recedentes a domo dauid/hieroboam
Go.c.f. inunxissent in regē timuit ipse rex ne occasiōe templi
populus orationis et oblationis causa in hierusalem reuerteretur:
et ab eius dominio dilaberetur. Fecit ergo duos vitulos au-
reos et conflauit: et ipsos in bethel facto altari constituit: et
conuocato populo dixit: Nolite inquit in hierusalem ascēdere:
ecce dij tui israel qui eduxerūt te de terra egypti. Et factā
solēnitate/hostias imolauit: et sic populum ad idolatriam
traxit: et ne regnū amitteret/se et subditos suos demo-
B nibus subdidit: et a vero deo et templi frequētia deuiauit.
Mora- litas ¶ Istud allega/quando omnes pro terrenis regnis et diuitijs
acquirēdis vel seruādis/quandoque nō verentur horrenda cri
mina cōmittere: et deo dimisso demonibus obedire. Ideo
Ephe.5 bene dicit apostolus: ꝙ est idolorum seruitus. ¶ Uel si vis dic
b. ꝙ hieroboam significat demones vel hereticos: qui scz
Aliter de pallio nouo/seu de regno israel .i. de ecclesia decē tribus
seu decem scissuras tollūt: quia cultores decalogi a domino
suo scz a deo conuertūt: vna vero sola pars regi remanet: pro
eo ꝙ electorum modicus numerus cū christo remanet et
Matt. adheret. Unde dicitur: Multi sūt vocati: pauci vero electi.
20.b. ¶ Capitulū decimūtertiū Textus: Et ecce
vir dei venit de iuda i sermone dñi in bethel

Moralitatum. Caplm XI

Histo- ria. Cum hieroboam in bethel sup altare nouum
vitulis aureis sacrificaret: ecce vir dei venit
de iuda: et exclamauit in sermone domini contra al
tare dicēs: ꝙ de domo dauid filius iosias nomine
nasceretur: qui sacerdotes excelsorum sup eum imolaret: et
ossa humana cōbureret. In signū cuius dixit/ꝙ statim
altare frangeretur: et cinis de ipso caderet: quod et factū est
Rex vero extensa manu cōtra prophetam ipm capi iussit:
manus vero eius extensa statim aruit: sed per preces viri
dei ad sanitatem pristinā rediit. Tandē vero lapsu temporis/
omnia ista cōpleta fuerunt: quia sicut dicitur infra: ossa sacer
1.Re.23 dotū baal et excelsorum/desup istud altare cōbusta per iosi
d. am regem iuda fuerūt. ¶ Istud pōt allegari: ꝙ in quo
A peccat quis/in hoc et punitur. Quia enim sacerdotes in alta-
Mora- litas ri per idolatriā peccauerūt: ideo in eodē per iosie iustitiā
perierunt. ¶ Uel dic ꝙ altare istud significat curiam
Sap.11 principū vel prelatorum: in quo scz vituli aurei .i. ipsi lasci
c. uientes diuites adorantur/et ab omnibus honorantur: sacer-
Aliter dotes qui ista idola in altari isto colūt/sunt talium offi
ciales et seruitores: qui scz in altari et curia idoli sui .i. ma-
li domini sui hostias .i. paupes imolant: et eorum carnes seu
substātiā temporalē suis idolis .i. suis malis dominis offerūt
et presentāt: et de rapinis subditorum oblatiōes largas et
Ecci. conuiuia supflua eis parāt. Unde isti sunt de quibus dicitur
34.d. Qui offert sacrificiū de substantia paupis: quasi qui offert
filium in conspectu patris. Et bene dicit/filium in conspectu
patris: quia mali officiales offerunt patribus deuoran
dos filios: quia magistris suis exhibent subditos dep
dādos: carnesque propriorum filiorum eis offerunt/quasi de sub
stātijs subditorum suorum que rapiūt eos pascūt. Sed quid?
Pro certo sepe occulto dei iudicio et iosie .i. alicuius bo
ni viri ministerio: quandoque fit ꝙ isti versa vice in eodē al-
tari in quo pecudes imolauerūt: ꝙ etiā ibidē eorum ossa
idest eorum fortitudo et diuitie per rapinā postea concre-
mentur. Istud enim quotidie videmus/ꝙ sacerdotes vi-
tulorum et idolorum .i. mali officiales et balliui malorum prin-
cipum et dominorum: postquam in ipsorum altari .i. in eorum officio et
curia cui presidebant: multas pecudes .i. multos pau
peres occiderint et depresserint et vastauerint: et per fal-
sas accusatiōes et actiōes deuorandos et exheredādos B
magistris suis obtulerint: ipsi sibi causa ab alijs post-
modū imolantur: quia scz quandoque sibi casu venit aliquis iosias
idest aliquis iustus iudex/qui ipsorum iniquitates reperit:
et sic ipsos deponi/depredari et tributari in eodem alta
ri .i. in eodem officio et curia vbi alios molestauerunt
procurat. Ideo bene dicit Esa. Ue qui predaris/nōne
et ipse predaberis? quia cū consummaueris depredatio- Esa.33.
nem/depredaberis. ¶ Hic habes ꝙ prophete qui venit a.
de iuda ad increpandum hieroboam/fuerat a domino Go.c.b.
prohibitū: ꝙ illic nō comederet/nec aquā biberet: nec Histo-
per viam qua venerat rediret. Cū igitur per aliā viā in hie ria
rusalē recederet: audiuit quidā falsus propheta qui in bethel
senex in lecto iacebat/qui vir dei dixisset: et qualiter ossa pro-
phetarum et sacerdotū cōcremanda predixisset: et quomodo alta
re fractū esset occidētibus cineribus: manus vero regis exa
ruisset: et ad preces eius sana facta esset. Asinū sibi sterni
fecit/vadēs post virū dei/ipm subter terebinthū inue
nit: et ad reuertendū et comedendū in domū propriam in-
uitauit. Cui cū responderet se nō posse cū a domino sibi esset
prohibitū: supaddidit propheta/dicens: Et ego propheta
sum sicut et tu: et precepit mihi dominus ꝙ comedēdi gratia te
reducam. Igitur vir dei deceptus post eū rediit. Et dū co-
mederet/apud eū sermo dei ad ipm malū prophetam fa-
ctus est: et viro dei sic intulit ac dixit: Quid inquit inobe-
diens fuisti verbo domini: et reuersus panē in hoc loco co-
medisti? Ecce nō inferetur cadauer tuū in sepulchrū pa-
trum tuorum. Quod et factū est: quia scz dum post prandium
recederet/a leone occisus fuit: et in bethel delatus exti
tit et sepultus. ¶ In his possunt multa notari. Et primo C
quidē/ꝙ nulli est cito consentiendū: maxime nulli quā- Mora litas
tumcunque propheta vel sanctus appareat/contra dei precepta et
prohibitiones credendū: cuius tamen contrarium faciūt illi
qui hypocritis et hereticis credunt: et simpliciter dei man
data propter eorum suggestiones pretereunt: et a veritatis
itinere retrocedunt: et ipsis credunt fatue/quasi seipsos
esse prophetas domini .i. iustos et catholicos esse dicunt
quapropter sepe fit ꝙ proinde a leone/idest a diabolo
deuorantur: et ꝙ triste premium inde recipiunt et sequ
runt. Ideo bene dicitur: Nolite credere omni spiritui 1.Joā.
sed probate spiritus si ex deo sint. Sic enim videntur 4.a.
decepti schismatici per hereticos: quia scilz ipsos esse
prophetas et dei nuncios estimauerūt: propter quod
ipsis simpliciter crediderunt. Sic etiam quotidie de-
cipiuntur simplices per hypocritas et innocentes &c.
¶ Uel dic ꝙ iste vir dei significat predicatorem: qui Tropo
ad redarguendum idolatras/idest peccatores: et ad logia
ostendendum eis penam futurā mittitur: et ꝙ hic nō
comedat seu bibat/idest de mundi diuitijs et delitijs
nihil cupiat: quodque per viam qua venit/non redeat .i. ꝙ
a via sumpte professionis et penitētie nullatenus retro-
cedat/sibi in scriptura a domino prohibetur: dicente.

Luc. 17. g. Qui in agro est/nō respiciat retro. Memores estote
vxoris loth. Sed quid? Pro certo talis bonus pphe
ta et predicator quādoqꝫ inuenit falsos pphetas et p̄
dicatores/bonorum huius seculi amatores: qui scilꝫ co
medere et bibere.i.bona temporalia diligere sibi sug
gerunt: et sic a via pfectionis ipm retrocedere faciunt et
D cōuertunt: et sic in manus leonis diaboli finaliter ipm
tradunt: et a sepulchris patrum suorum.i.a gloria para
Deu. 13 a. disi ipm priuāt occasionaliter et repellūt. Igitur tali
modo suggestori nō est credendum. Unde: Non au
Aliter dies verba illius pphete aut somniatoris. ¶ Uel ista
allega ad ostendendum quanta est seueritas diuine
iustitie: que isti pphete pter simplicitatem non pe
percit: sed pter inobedientiam ipsum leoni occiden
dum concessit. Quid ergo vbi non ex temptatione vel
Lu. 23. d. ex simplicitate delinquit: sed scienter mandatum diui
preteritur? Si enim inviridi hoc faciunt/in arido qd
Aliter fiet? ¶ Uel istud allega qꝫ spiritussanctus quādoqꝫ p
os malorum/sicut hic patet per istum malum pphetam
Aliter pena viri dei pphetat: vt scꝫ qui per os eius deceptus
fuerat/per os eius etiam puniret. ¶ Uel istud allega
fm glossam Gregorij: qꝫ iste vir dei inobediendo gra
uiter peccauit: qd subsecuta pena monstrauit. Inobe
dientia tamen eiusdem pphete in morte eius purga
ta fuit: qd ex hoc apparet vt ait: quia post mortem leo
Aliter nō comedit de cadauere/nec asinum lesit. ¶ Uel istud
allega/qꝫ modica sunt apud deum mors vel afflictio
iustorum in vita ista: dummtamen spirituale commoduꝫ
subsequat: quando scꝫ pter vnam inobedientiā dei
virum leoni occidendum voluit tradere: vt ipm posset
a reatu cōmisse inobedientie: que etiam non ex mali
E cia cōmissa fuerat/extirpare. Bene ergo dicit: qꝫ hor
Heb. 10. f. rendum est incidere in manus dei viuentis. Tradidi
cum sathane in interitum carnis/vt spūs saluus fiat.
1. Co. 5. b. ¶ Uel illud allega contra inanem gloriam: quia scꝫ
fm quosdam iste videns miracula per se facta/inani
Aliter gloria intumuit: quapropter deus manū suā laxauit
Eo. c. c. vt inobediens fieret: et sic ipm postea puniuit. ¶ Uir
Histo dei recedens de bethel super asinuꝫ/leonem in itinere
ria. obuiam habuit: qui in eū irruens mox occidit: postqꝫ
vero occidisset eum/cadauer eius nō tetigit: imo iuxta
corpus sedēs/nec de eo comedit/nec etiam asinū lesit.
Qd videns malus pphēta qui eum deceperat/vt pre
dictum est: et qui fm Josephum princeps sacerdotuꝫ
idolorum erat: cadauer eius in sepulchro suo sepeliuit:
et filijs suis qꝫ se cum moreretur in eodem sepelirent/
districtius imperauit. Cum mortuus inquit fuero/in
sepulchro in quo vir dei sepultus est me sepelite. Pre
dixerat enim vir dei/qꝫ ossa sacerdotum idolorum de sepul
chris suis extracta sup altare cōburerent finaliter per
4. Reg. 23. d. iosiam/sicut predictum est. Contra qd iste malus pro
pheta voluit sibi puidere. Quod et factum est: quia si
cut dicitur infra: Josias ossa malorum pphetarum et
sacerdotum in altari bethel in quo idolis sacrificaue
rant/combussit. Uerūtamen ossibus istius mali pro
phete/pro eo qꝫ cum ossibus viri dei sepulta erant pe
Mora percit: ipsaqꝫ nec tetigit nec combussit. ¶ Iste vir dei
litas qui pter leuem culpam inobediētie seu vane glorie
F fuit leoni traditus: significat pprie sanctos martyres
qui scꝫ vel ad maiorem cumulum meritorum/vel ad pur
gationem aliquorum que precesserant delictorum: leoni.i.
mundi tyrannis occidēdi a domino traditi sunt. Sꝫ
in multis sic factum est: qꝫ post mortem eius visis mi
raculis/ipsi leones et tyranni ipsos persequi cessauerūt
quinimmo iuxta eos per fidem sederūt: et quos viuen

tes persecuti sunt/mortuos honorauerunt: et eisdem
a se occisis/necnon eorum asinis.i.ipsorum deuotis et ser
uitoribus obsequium et custodiam prebuerunt: sicut
patuit de multis/qui ad honorem eorum ecclesias edifi
cauerunt: et religiones etiam dotauerūt. ¶ Uel istud Aliter
allega ad cōmendationem animi generosi: qui scꝫ nō Trop
dignatur seuire in hominem mortuum/sed in viuum logia
idest in inimicum suum pauperem et oppressum: sꝫ po
tius qꝫdiu videt eum viuum.i.potentem se defendere
vel robustum: qnimmo sic debet esse/qꝫ postqꝫ leo.i.
aliquis generosus homo aliquem dum viuit.i.dum
inuenit ipm potentem et rebellem et recalcitrantē/im
pugnauerit: si contingit qꝫ eum occidat.i.qꝫ eum su
peret atqꝫ vincat: statim debet ab impugnatiōe cessa
re: et in ipm amplius non seuire. Quod est contra mul
tos: qui non solum seuiunt in viuos/immo etiam in
mortuos inimicos. Et hoc qꝛ cadauer eorum.i.filios et
superstites eorūdem: et asinum.i.bona eorum temporalia
vel seruitores et familiares deuorant.i.eos rapinis et
molestijs lacerant atqꝫ grauant. Unde dicit. Quē pse 1. Reg.
queris rex israel: quem persequeris? Canem mortuū 24. c.
et pulicem vnum? Quasi diceret: Non est gloria psequi Aliter
bolem impotentem. ¶ Uel si vis dic/qꝫ leo est bonus
princeps vel prelatus: qui reuera non debet de cada
uere vel de asino comedere vel ledere/idest non debet
pauperes rapiendo ledere vel grauare: sꝫ potius iuxta G
eos sedere et eos defendere/regere et iuuare. Unde Esa. Esa. 11.
Leo et agnus simul morabunt. Quia breuiter/dato qꝫ b.
leo.i.princeps leoninus inuadat viros.i.diuites et po
tentes: cadauera tamē et asinos.i.depressos et paupes
miseros nunqꝫ debet grauare/sed potius defendere et
facere liberos et immunes. Quod tñ est contra igna
ros principes: qui scꝫ sunt ad inuadēdū hostes suos
viuos et potentes desides: contra tamen miseros sub
ditos sunt rapaces. ¶ Uel si vis allega ista de bona Aliter
societate/qualiter pficiat. Sepe enim fit qꝫ deus pter bo
norum societatē malis parcit: et iosias ossa mali pphete
non tetigit: quia ipm cum sancto viro cumulatum in
uenit. Sicut etiam patet: vbi propter decem bonos si Gen. 18.
inuenirent in sodoma/toti ciuitati dñs se parcere p d.
mittit. Sicut etiaꝫ in paulo apparuit: pter quē dñs
oēs aīas que erāt in naui/a submersione saluauit. Bo Act. 27.
num est igitur bonis associari: et cum ipsis personalr f.
copulari: quia scꝫ exinde homo bonus efficitur: et eo
rum orationibus adiuuatur. Psal. Cum sancto san
ctus eris/et cum peruerso peruerteris etc. ¶ Uel etiaꝫ Psal.
de sepulchris allega: qꝛ scꝫ bonum est in ecclesijs et ce 17. d.
miterijs vbi sancti homines sepulti sūt sepeliri: vt cū Aliter
iosias rex/idest christus iniquos in iudicio cōburet:
sibi et societate sanctorum et precibus poscit parci. Unde
dicitur: Proiecerūt mortuum in sepulchrum helizei 4. Reg.
At vbi tetigit corpus pphete/reuixit homo et stetit su 13. d.
pra pedes suos.

¶ Capitulum decimumquartum Textus In illo tempore egrotauit abia filius hieroboam. Moralitatum. Caplm XII.

Historia. H Ec ca. xiij. et xv. ponit qñ sesach rex egypti 3. re. 14
cōtra roboam ascendit: et scuta aurea abstu g.
lit: loco quorum roboam erea fabricauit. Sed eo. ca.
de hoc vide sup: vbi plene de hoc dixi. ¶ Hic
ponit de vxore hieroboam/que habitū cōmutauit: et
de filio moribūdo abiam ppham interrogauit. Qui
qꝫuis videre nequiret/ipsam tñ in spū statim cognos
uit: et sibi filij mortē et domus destructionē pdixit. In
gredere i.

gredere inquit vxor hieroboā. Quare te alienam simu
Moralitas las? Ego autem ad te missus sum durus nuncius. ¶ Istud
potest allegari contra hypocritas: qui scilicet habitum cō
uersationis sue mutant: et alios quam sint se esse simulant/
vt alios decipiant et seducant: prophetā tamen christū
decipere nequeunt: qui scilicet nō ad vestes/sed ad personā
.i. nō ad conuersationē/sed ad conscientiā: nō ad famā/
sed ad vitam solet aspicere: et ideo ipsos aperte cogno
scit: ipsisque durū mortis eterne nuncium solet finaliter re
portare. Nihil enim valet apud eū dissimulatio quiscū
he.4.d que: qui sicut dicit apostolus. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius
ca.xv.a. ¶ Hic ca. xv. fit mētio de bello abia regis iuda cōtra
2.pa.3.a hieroboā: sed de hoc plenius vide. ij. Paral. Ibi etiā di
citur quod hieroboā octoginta milia hoim cōtra abiam cō
gregauit: sed abia ad dominum recurrens/ etiā de cultu di
uino qui in templo fiebat/ et de candelabro altaris et
ministris glorians: et ipsum hieroboam et populū eius
A qui a deo recesserat vilipendēs/ bellū cōmisit: et octo
Moralitas. ginta milia interfecit. ¶ Quod ad hoc allegari pōt: quod
illi qui in multitudine exercitus gloriantur: faciliter
ab illis qui cōfidūt in dño (quamuis pauci sint) superantur
2.pa.13.a ¶ Ibidē et hic supra. xiiij. ca. dicitur quod quicūque ipsi hie
roboā regi israel munera apportabat/ sacerdos idolorum
Moralitas. fiebat. ¶ Sic vero hodie apud malos reges. i. apud
malos prelatos: isti qui manus suas implēt. i. qui mani
bus plenis nō vacuis ad eos veniūt/ ac munera offe
rūt et pmittūt/ sacerdotes et beneficiati ab eis fiūt. Un
luce.6.f de Luc. Date et dabitur vobis. Uñ simoniaci plati vidē
2.co.9.b tur dicere illō apostoli. Si spūalia seminauimus vobis: nō
magnū est/ si vestra carnalia metamus. i. si būficia/ offi
cia spūalia et ecclesiastica conferimus: etiā munera car
nalia vel temporalia habeamus.

¶ Caplm decimūsextū Textus. Factus est
aūt sermo dñi ad Iehu filiū Anani. Mora-
litatum Capitulum. XIII.

Historia Baasa occidit Nadab filiū Hieroboā regem
israel/ et omnē domum Hieroboā vsque ad mi
gentem ad parietem: et regnauit pro eo. Tā
dem vero quia iste pessimus fuit: quendam
prophetam sibi cōminantē occidit. Ideo zambri filiū
eius hela qui post ipsum regnauit/ ebrium et temulentū
occidit: et pro eo in israel imperauit: et totam parentelā
B Baasa interfecit. Uerumtamē satis cito post/ cū populus
propter occasionē necis dñi sui contra eū insurgeret:
Moralitas. ad palaciū fugit: se cum palacio concremauit. ¶ Ista
possunt allegari/ quō deus punit malos per malos:
et quō deus vtitur ministerio malorum hominū ad malos
alios puniēdos: quinimmo et deus vt cōiter iudicia sua
rationabilia per malos āgelos exequitur: et sic homo ma
lus per malū angelū punitur. Ideo de punitiōe egyptio
ps.77.c rum dicitur in Psal. quod dominus misit in eos iram indi
gnationis sue: immissionē et irā per angelos malos:
sicut etiā hic patet: vbi domū hieroboam fuisse destru
Aliter ctā: et deus domū Baasa per zambri destruxit. ¶ Uel
allega quod iustitia dei quandoque punit filios pro peccato pa
trū: et maxime quando sunt paternorum criminū succes
sores: sicut patet de hieroboam et baasa/ quibus domi
nus comminatus est: et tamē nō ipsos/ sed eorū filios
Tre.5.b dissipauit. Patres nostri peccauerūt et nō sunt: et nos
Tropologia. iniquitates eorum portauimus. ¶ Uel dic quō dato quod
deus aliquē puniendū decernat: et ex hoc in manus ali
cuius pessimi ipsum tradat: ipse tamen malus qui eū
occidit propter hoc non minus punitur: quia scilicet de
us malā voluntatē occidendi sibi non dedit: cū deus

non sit autor mali: sed male voluntati sue ipsum occi
dendū applicat atque tradit: sicut patet quod dato quod ex dei
iudicio hela ceciderit/ et a zambri occisus fuerit: tamē
ipse zambri ex hoc nō excusatur: qui scilicet ad dñm suum occi
dendum nō amor diuine iustitie/ sed regni ambitio ip
sum mouit: deus vero malitia et proditione ipsius ad
occidēdū aliū vsus fuit: et ideo iste in tali regno prospe C
ritatē nō inuenit/ sed turpiter periit et decessit. Et sic duo
in isto actu cōcurrunt: scilicet dei iustitia/ que occulte ordinat
isti mortē: et mala voluntas alterius/ que vlterius aliā inue
nit sibi causam. Unde dicitur. Erunt duo molētes in mo lu.17.g
la vna/ scilicet deus et homicida: vnus assumetur. i. excusabi
tur: et alter relinquetur in culpa/ scilicet homo malus. ¶ Uel Aliter
dic quod ista possunt allegari: quod in quo peccat quis in hoc sap.11.c
et punitur: quia videlicet sepe fit quod ille qui aliū ledit/ eodem
gladio lesionis per aliū tandē perit: sicut patet hic quod
baasa domum hieroboam destruxerat: et multos iniu
ste occiderat. Ideo iusto dei iudicio factū est: vt alter
domū eius destrueret/ et amicos et filios enecaret. Ideo
bene dicitur. Eodem iudicio quo mensi fueritis/ reme mat.7.a
tietur vobis. Unde quotidie videmus quod ambitio
si qui contra regem israel idest contra aliquem prela
tum vel beneficiatū insurgunt/ vt regnent loco eius:
et vt obtineant statum eius/ ipsumque occidunt idest ac
cusant/ infamant et deponi procurant: et sic locum eo
rum malitiose occupant et vsurpant: sicut fecit baasa
de nadab. Tandem inueniunt in se vel in suis qui si
mile eis faciant: et qui de regno vel officio eos expel
lant et insurgant: vt patet hic de zambri qui regnum
baasa ipso occiso possedit. Ideo bene dicit Seneca in
prouerbijs. Ab altero expecta quod alteri feceris. Aliter
¶ Uel ista contra ambitiosos generaliter: qui scili
cet non cessant id est more zambri contra regem israel D
i. contra aliquem bonum prelatū insurgere: vt sic pos
sint regnum et prelationem ipsius obtinere. Quod cū
obtinere possint/ scilicet regnum et prelationem ipsius:
tamen vix aut numquam ibi prospere viuunt: quinimmo
palacium suum ecclesiam vel officium vel cellarium
sibi commissum/ rapinis et exactionibus comburunt:
seipsos per auariciam et luxuriam in presenti/ et per
gehennam perpetuam in futuro succēdunt. Et etiam ad
litteram quandoque fit quod talis populus subditorum
contra tales insurgit: propter quod etiam temporales 4.re.9.
penas habent. Unde dicitur: Numquid pax potest esse g.
zambri/ qui interficit dominum suum? Diesque suos in Eo.c.d.
tristicia et dolore finiunt et consumunt. ¶ Cum enim
in populo israelitico ageretur de rege eligendo: popu
lus diuisus est in duas partes: et vna pars sequebatur
zambri: alia vero sequebatur Thebni: finaliter tamen
zambri qui interpretatur amaricans/ preualuit: thebni Moralitas.
vero qui interpretatur bonus mihi/ succubuit. ¶ Sic
vero quotidie fit in electionibus prelatorum: quia vi
delicet populus eligens in duas partes diuiditur: et
vna pars vnum/ alia alium sequitur. Ita quod vix aut nū 1.re.11.e
quam in vnum consentire videntur: Unde Dispersi sūt
ita quod non inuenirentur duo pariter. Uerū tamen sic fit
finaliter quod amaricans .i. ille qui est amarus et malus
preualet: thebni vero id est ille qui bonus est aliis/ di
mittitur impromotus: quia pro certo sepe fit quod de
teriores plures pro parte sua reperiunt: meliores vero ge.25.e.
deficiunt et succumbunt. Unde in Gene. Maior ser 3.re.16.g
uiet minori. Hic agitur de reedificatione hierico: sed
hoc quomodo factum est vide.

¶ Capitulum decimumseptimum textus:

E Et dixit helias thesbites de habitatoribus
galaad ad achab. Moral. Capl'm. XIIII.

Histo-ria. Cum Jezabel uxor achab prophetas domini
occidisset: et ipse Achab rex israel idolū baal
fecisset: propter qđ helias siccitatē triū anno
rū futurā in terra israel predixit et dn̄s volens
eū ab impietate achab et iezabel seruare/verba talia si
bi dixit. Recede hinc (inqt) et vade cōtra orientē: et abs
condere in torrente carith qui est contra iordanem: et
de torrente ibi bibas: coruisq; precepi vt pascant te.
Quod factum est. Quia scʒ eū illic abscōditus mora
ret/corui offerebāt sibi panē et carnes mane et vespere:
et bibebat de torrēte. Postea vero siccat⁹ est torrēs: nō
eñ pluerat dn̄s super terrā: ideo necesse habuit de lo
co illo recedere: et in sareptā sydoniorū vt ibi nutriret
a muliere vidua pertrāsire. Quā scʒ colligentē duo li
gna inuenit: que ipm in domo sua recepit: et de mādā
Allego-ria. to dn̄i ipm pauit. Vade (inquit dn̄s) in sareptā sydo
niorū: ibi eñ precepi mulieri vidue vt pascat te. Istō
exponūt aliq allegorice. Dicūt eñ qđ helias est christ⁹
torrēs carith qui interpretatur concisio/diuisio vel co
gnitio/christi passionem designat: in qua etiam trans
torrentē legit accessisse: et in qua caro sua fuit cōcisa et
synagoga ab eo diuisa: et charitas eius ad nos quāta
fuerit cognita est et visa. Igit christus verus helias. s.
ab isto mūdo recessit: et ad torrentē. i. ad fluct⁹ passiōis
et ad fluxū nostre mortalitatis accessit: vbi scʒ abscōdi
aba. 3. e tus extitit/inqtū diuinitatis sue potētia ibidē sub mor
f talitatis imagine latitauit: Abacuk. Ibi abscōdita ē
ps. 109. b. fortitudo ei⁹. Et ibi ēt de torrēte nr̄e mortalitatis et flu
xibilitatis gustauit. Ps. De torrēte in via bibet. Tūc
vero corui. i. pctōres ad eū per fidē venerūt: et eū pane et
carnib⁹. i. proprijs elemosynis et bonis operib⁹/nec non
eucharistie fide et sacrificio pauerūt et recreauerūt: et ip
sum per deuotionē ppriā nutriūt. Qualis coru⁹ etiā
fuit Paulus: qui pri⁹ carnes martyrū deuorauit/et po
stea ipas pdicādo alijs per fidē comedēdas tradidit:
et deo carnes immaculati agni obtulit. Vel carnes. i.
carnales: panes. i. iustos ad fidē eius cōuertit: et sic pa
ne et carnibus iste coruus heliā christū pauit. Quod
esa. 28. c etiā ad elemosynarios referri pōt per quos in persona
pauperū dn̄s se nutriri dicit. Vn̄ Esa. Reficite lassum:
Act. 8. f et hoc meū refrigeriū. Istū etiā ali⁹ coru⁹. s. ethiops/qđ
per Philippū credidit: sicut pꝫ in act. aplo. Proprijs
iob. 31. e carnibus ipm pauit: inquantū propriā vitā carnalem
eius fidei et seruitio subiugauit. Vn̄ iob. Quis det de
carnibus suis vt saturemur? Vel de alienis carnib⁹. s.
carnalib⁹ pctōribus: quos tandē idē ethiops ad fidē
dr̄ cōuertisse. Finalr tamē iste helias christus/siccato
torrēte mortalitatis per resurrectionē ad viduā gētilē
2. re. 14. b. . i. ad gentilitatē iā diu a gratia dei viduatā: sicut dr̄.
Heu/mulier vidua ego sum: mortu⁹ est eñ vir meus:
per fidē trāsiuit: q ipm et fidē ei⁹ recepit: et duo ligna. i.
ma. 15. c B crucē et passionē collegit et credit: et eū fide et operib⁹ in
domo. i. in pscia vel patria aluit et refecit. Vnde ista sy
donyssa videt fuisse illa que a finibus tyri et sydonis
egressa clamabat (et intellige mulierē de illa pgenie)
Miserere mei fili dauid. Dic qđ ista mulier gētilis est
aīa peccatrix: quā pcerto cū verus helias Christ⁹ col
ligentē ligna/id est habentē memoriā et deuotionē ad
crucē et ad passionē repperit: libēter ad eā per gratiā ve
nit: et farina sue deuotiōis et de oleo sue cōpassionis co
medit: et ipam in lechyto cordis multiplicat et custo
dit: quousq; deus pater pluuiā eterne cōsolationis ei
dē tribuit atq; mittit. Hydria inqt farine nō deficiet/
Tropo-logia. 4. re. 3. b nec lechytus olei minuet/quousq; desuper det pluuia
Vel ista exponant mystice: et dicat qđ Helias pphe-
ta/qui se stare in cōspectu dn̄i dicebat. Viuit inqt do
minus in cuius cōspectu sto: significat ecclesiasticum
bonum vel religiosum: qui scʒ Achab pessimū regem
diabolum/et Jezabel pessimam mulierē/scʒ carnem vel
mundi prosperitatem: que scʒ pphetas dn̄i/id est san
ctos viros nō cessat spiritualiter occidere: formidās et
metuens/ex domini mandato ad torrentē deuotiōis
et religionis in claustro vel cauerna humilitatis lati
bulo se abscondit: et a mundi gloria et turba negocio
rum secularium se subtrahit et sustollit: vbi proculdu
bio ex diuina prouidētia sibi nō deficit aliquid: quia
scʒ per ipsos coruos. i. per ipsos seculares et peccato
res/et per ipsos etiam crudeles principes seculares ali
quotiens eos deus nutrit: inquantum scʒ ipsos malos
homines ad prouidēdū et compatiendū suis sanctis
exo. 3. g. H seruitoribus occulte inspirat et inducit. Ad quod facit
exemplum de egyptijs: qui filij israel nutu dei vasa
sapi. 10. d. aurea accommodauerunt/et eos de thesauris proprijs
ditauerunt. Et in libro. Sapien. Justi tulerunt spolia
impiorum. Multa eñ monasteria fundauerunt mul
ti pessimi vsurarij: elemosynas et lautas pitantias re
ligiosis dederunt: et corui Heliam latitantem in dei
nutu spiritualiter nutriuerūt. Non timeat igitur ali
quis propter inopiam in religione se abscondere: qr
potens est deus et per coruos et per viduam sareptanā
id est per malos et bonos eidem necessaria ministra
re. Ideo de absconsione nostra a mundi gloria dici- rut. 3. a.
tur. Lauare igitur et vngere/et induere cultioribus ve
stimentis/et descende in aream booz. Nō te videat ho- eod. c. b
mo. Sicut dicitur hic: vidua sareptana cui precepe- Hysto-
rat dominus quod Heliam nutriret: non habebat ni- ria.
si modicum farine in hydria/et modicum olei in lechi
to: quinimmo sicut in textu dicitur: ipsa duo ligna
colligebat/vt panem subcinericiuʒ faceret/et inde vna
cum filio manducaret. En inquit colligo duo ligna/
vt faciam illud mihi et filio meo/vt comedamus et mo
riamur: quasi diceret. Necesse erit mori istis consum
ptis/cum non habeamus amplius quod comedam⁹.
Igitur Helias quando venit et inuenit ipsam primi
tus aquam petijt. Da mihi inquit paululum aque vt
bibam: Ad quam apportandam vidua properante/
clamans post eam subiunxit. Affer mihi inquit et buc
cellam panis in manu tua. A quo cum ipsa se excusa
ret/quod illud quod habebat/sibi et filio suo non suf
ficiebat. Respondit. Primum inquit mihi de ipsa fa
rina fac subcinericiū panem: tibi autem et filio tuo po E
stea. Hoc enim dicit dominus/quod hydria farine
non deficiet: et lecythus olei non minuetur: quousq; de
derit dominus pluuiam super terram. Quo audito
vidua subcinericium panem prophete fecit: et extunc
quamdiu durauit sterilitas/tam farina quam oleum Mora-
non defecit. Ista possunt allegari exemplariter et my- litas.
stice ad plura. Et primo exemplariter ad hoc potest
induci: quod si facis stulto aliquam gratiam: non cō
tentus ipse/statim importune petit aliam. Sic hic fe
cit helias: cui non suffecit impetrasse solam aquam
quam petierat: immo et buccellam panis protinus
postulauit. Ideo inter rusticos est prouerbiuʒ. Si da
tis stulto caseum/querit a vobis panem. Et in hoc eti
am quod sequitur/tales importuni helie equiparant
quia scilicet non curant quantum homini remaneat
dum tamen sibi ante omnia quod appetunt/conceda

tur. fac

tur. Fac mihi primum inquiunt: tibi autem et filio tuo
postea facies: cum tamen nullus ab alio debet petere illud
quod necessarium videt sibi esse: quinimmo in omni gratia semper
est ro/ne(g)egat attendenda. Contra quos importunos
Aliter dicit Sene. Nihil petas quod negaturus fuisti. ¶ Uel
etiam ista exemplariter possunt allegari: quod quando aliqua vi-
dua .i. aliqua persona beliam .i. bonos religiosos et sanctos
viros/seu christum in persona pauperum nutrit: et in usu pie-
tatis bona sua: farinam et oleum .i. cibos et victualia
libenter expendit: et quis parum habeat: manum tamen ad
miserandum aliquibus personis clementer extendit. Et ergo di-
Luc. 5. f vina providentia sibi non deficit: sed potius bona sua ex
Prou. hoc multiplicat. Ideo bene dicitur: Date et dabitur vobis.
28. d. Et prouer. Qui dat pauperi non indigebit. Sicut de
f Joanne elemosynario legitur: quod cum omnia pauperibus tri-
buisset: ita quod nihil in arcis remansisset sibi: nihilomi-
nus sperans in deum/in crastinum ad arcas rediit: et ip-
sas plenas frumentis invenit: et ideo nunquam debet virum
misericordem penuria bonorum terrere: sed potius debet
pauperibus largiter dare: quia potens est deus et ipsi bo-
na sua modica multipliciter facere abundare. Unde in
Prou. prouer. dicitur: Quod alij diuidunt propria et ditiores fiunt
11. d. alij non sua rapiunt non sua: et semper in egestate sunt. Unde
2. Co. 9. apostolus: Potens est enim deus omnem gratiam abundare facere
b. in vobis etc. Et iterum: Hilarem datorem diligit deus.
Allego ¶ Uel dic mystice: quod ista vidua est ecclesia vel anima: que
ria. scilicet duo ligna .i. crucem christi: que consistit ad minus ex
duobus lignis: per devotionem colligit farinam sacre scri-
pture/oleique divine gratie habet in hydria et in lechyto
cordis: custodit et filium suum .i. fidelem populum in de nu-
trit. Ab ista igitur helias .i. christus plura petit: scilicet primo
aquam que faciliter sorbetur .i. opera facilia: deinde si ad
hunc ipsam obedientem videat: petit ab ea panem qui cum
difficultate masticatur .i. opera magis perfecta et difficilia:
que scilicet subcinericia debet esse: et sub cinere .i. sub consi-
deratione nostre incarnationis et mortis/debent esse re-
3. Reg. posita et decocta. Infra eodem: Respexit helias: et ecce
19. a. ad caput suum subcinericius panis. Helias enim in plu-
ribus locis panem subcinericium comedisse legitur: ad de-
notandum quod helias noster christus in operibus subci-
nericijs .i. in illis que sunt causa mortis memorie plu-
Job rimum delectatur. Dicat igitur quilibet illud Job: Ago
42. a. penitentiam in favilla et cinere. Sic igitur talia christus
G imperat: cum farinam et oleum .i. scientiam et gratiam bonaque
spiritualia augmentat/et continuat quousque pluvia eterni
refrigerij super ipsam veniat et descendat. Illud enim est
verum/quod qui bene obedit deo in aqua .i. in minoribus: di-
gnus est exerceri in pane .i. in difficilioribus: et si bene
se habeat inquantum ad spiritualia: et temporalia multi-
plicantur: et finaliter ipse pluvia eterni refrigerij consolatur.
Ista enim que hic vel spiritualiter vel temporaliter a deo multi-
plicantur/solum usque ad descensum pluvie durare permit-
tuntur: quia scilicet adveniente gloria/bona temporalia nostra ex toto
peribunt: gratie vero et virtutes in melius commutantur. ¶ Uel
Allego dic quod mulier est ecclesia: que farinam et oleum .i. corpus
ria christi et sanguinem propter se et filio suo .i. subiecto populo
nutriendo: cum duobus lignis .i. cum crucis memo-
ria decoquit/et in hydria et lechyto cordis custodit:
ipsum quoque helie .i. bono sacerdoti communicat et dif-
fundit. Huius igitur farine et olei .i. corporis et sanguinis
christi tanta est virtus quod dato quod continue comedatur/sine
defectu/perpetue tamen continuum et integrum reperitur.
Ideo in prosa canimus: Sumit unus/sumunt mille
quantum isti tantum ille etc. Illud etiam nunc usque ad
tempus nobis datur: scilicet solum pro tempore huius vite

quousque pluvie eterne glorie distillentur: tunc enim ad-
veniente lumine/cessabit umbra: et habita veritate fi-
gura penitus sustolletur. Unde Josue: Defecit manna Josue.
postquam comederunt de frugibus terre. Mortuus est fi- 5. c
lius vidue mulieris/apud quam helias hospitabatur: H
cuius mortem in heliam retorquens: furibunda mater Eo. c. c.
incepit dicere viro dei: Quid mihi (inquit) et tibi vir Histo-
dei? Ingressus es ad me/ut rememorarentur iniquita- ria.
tes mee: et interficeres filium meum. Quod videns he-
lias: filium vidue mortuum in cenaculum ubi manebat/
detulit: ipsumque supra lectulum suum posuit: et se supra
puerum tribus vicibus expandit: et sic rogando dominum
ipsum a mortuis suscitavit: et vivum matri sue commen-
davit. ¶ Ista possunt exemplariter allegari pro qua- Mora-
dam opinione quorundam: qui scilicet secum nollent ha- litas
bere viros perfectos et iustos: timentes deum: ne ex com-
paratione sue male vite ad eorum sanctam vitam deus de
ipsorum iniquitatibus recordetur: et ad occidendum filius
eorum .i. ad puniendum eos amplius excitetur. Unde etiam
de quibusdam nautis audivi: quod duos religiosos quos
in navi sua habebant: imminente tempestate in mare
voluerunt proiicere/dicentes: quod propter eorum iustitiam deus
volebat ipsorum nautarum iniquitates punire. ¶ Dic alle- Allego
gorice/quod mater ista est synagoga: que scilicet heliam nu- ria
trivit: in adventu tamen eius illius filius .i. populus qui
ante vivus fuerat per gratiam: propter suam incredulitatem
mortem spiritualem et eternam incurrit. Finaliter tamen
christus in cenaculum ecclesie eos ducet: et super lectum
fidei sue constituet: et tribus vicibus .i. per fidem trinitatis
quam eis inspirabit/super eos incumbet: et sic eos vivi-
ficabit per gratiam: et matri eorum .i. ecclesie vivos reddet. Unde Osee. 6
dicitur: Vivificabit nos post duos dies: tertia die susci- a.
tabit nos. ¶ Uel dic quod mulier est humana natura: cu- E
ius filius .i. adam cum posteritate sua mortuus fuit: Aliter
sed helias deus filium istum scilicet hominem/per incar-
nationem assumpsit: et cum in cenaculo suo .i. in hierusalem
super lectum crucis expandit: et tribus vicibus .i. tribus
diebus super eum in sepulchro incubuit: et sic eum a cul-
pa/que eum peremerat/suscitavit. Allega ut supra. ¶ Uel Mora
dic moraliter: quod mater ista est conscientia: que filium suum litas
idest cor vel animam videns mortuum per peccatum:
debet ad heliam .i. ad deum concurrere: qui scilicet solet
mortuos tales in cenaculum portare .i. sursum ad bona
eterna porrigere: et eos super lecto suo .i. super requiem
felicitatis eterne per desyderium collocare: et sic semper
solet gratiarum largitionem super tales expandere: et tri-
bus vicibus/scilicet per spem/fidem et charitatem se eis ap-
plicare: et sic solet eos a morte peccati suscitare: et vi- 1. Reg.
vos et sanctos conscientie mandare: ita quod tunc potent 17. d.
dicere illud supra: Filius meus vivit.

¶ Capitulum decimumoctavum Textus Post dies multos factum est verbum domini ad heliam. Moralitatum. Cap. XV

Volens helias post siccitatem triennalem et Histo-
semestrem pluviam dare terre: prophetas luco- ria
rum et idolorum vocavit: et sic cum ipsis coram
populo pactum fecit: quod si turba prophetarum
bovem occideret: et super ligna in altari poneret: et quod
helias de alio bove similiter faceret: ita quod ille de duobus
et de baal diceretur deus: qui de celo ignem ad vocem F
suorum prophetarum mitteret/qui sacrificium devoraret
Igitur prophete baal ignem de celo impetrare nequi-
verunt: quinimmo se incidentes et sanguine perfunden-
tes/et deum suum invocantes/inanium laboraverunt.

Helias vero oratione sua ignem de celo protulit: qui
Tropo- oblatum deo sacrificium deuorauit. ¶ Helias ꝓphe
logia. ta dñi significat catholicos et viros perfectos ⁊ bo-
nos: ꝓphete vero baal significant hereticos ⁊ hypo-
critas homines ⁊ malignos qui scʒ baal qui interpre
tatur deuoratio. i. propter ventris qui gulose deuorat/ ꝓ-
phil.3.d phete sunt: ⁊ eum tanq̃ deũ reuerenter ⁊ colũt: Aplus
Quorũ deus venter est ⁊c. Igitur si volumus scire qui
istorũ sunt boni ⁊ iusti: videamus quid sunt illi qui
de celo faciunt ignem descendere. i. q̃ spiritũ ⁊ diuinã
gratiam possunt a deo ꝓ se ⁊ pro alijs suis orationibꝰ
impetrare: q: pro certo illi qui de celo nihil impetrãt.
dato ꝙ lauceolis [lanceolis]. i. penitentijs se exterius incidant: ⁊
dato ꝙ multis orationibus clamẽt: ⁊ ꝙ bouem. i. car-
nem ꝓpriã ꝑ austeritatẽ imolent atq̃ macerent: sicut
ad literam faciũt heretici ⁊ hypocrite: nõ sunt tñ boni
ꝓphete/ nec boni nec iusti: sed reuera helias. i. sancti
viri ⁊ nõ ficti: qui sunt fideles catholici: ignẽ spũssan-
cti ⁊ charitatis de celo trahũt: ⁊ sic veri dei cultores se
Joã.9.f ostendunt. Ideo dicit: Scimus ꝙ deus pctõres non
Aliter. exaudit: sed si quis dei cultor est/ hunc audit. ¶ Uel si
vis ꝑ ignem intellige serenitatem temporũ: ad quem
petendum ⁊ impetrandum ꝓcessiones fiũt: vt supra.
Eo.ca.f ¶ Uolens helias ignem de celo a domino obtinere:
Histo- altare de duodecim lapidibus fecit: ⁊ bouẽ vnũ ꝑ frus-
ria. sta concidens: strue lignorũ supposita/ sup altare mẽ
G bra composuit: ⁊ in circuitu altaris duas aruncilas.
i. aqueductũ per duo loca (sm comestorem) etiã ordi-
nauit: ⁊ tunc quatuor hydrias aque non solũ semel/
immo secũdo ⁊ tertio supra ligna ⁊ sacrificiũ fũdi ius
sit/ ita ꝙ aqueductũ impleuit. Tũc ipso orante ignis
de celo cecidit: qui holocaustum lignaq̃ et lapides
deuorauit/ puluerẽq̃ ⁊ aquam lãbuit. Mox vero ꝓphe
tas baal/ q̃ ignẽ de celo ĩpetrare nequiuerãt apprehẽ-
Tropo- dit: ⁊ eos ad torrentes cison viriliter interfecit. ¶ Sic
logia vero dico moraliter loquendo: qñ helias. i. animus
vult bouẽ suum/ id est suam carnalẽ vitã dño immola
re: ⁊ ignẽ diuini amoris ⁊ supne beniuolentie desursũ
a prẽ luminũ impetrare: plura sunt sibi necessaria: q:
ꝓ certo ipse debet de duodecim lapidibus. i. de duo-
decim articulis fidei altare sue ꝯscientie cõstruere: et
duplicem aqueductũ. i. duplicẽ lachrymosam cõpun
ctionem: vnã scʒ que fiat amore/ ⁊ aliam que fiat timo
ps.63.b. re/ debet fabricare. Psal. Ascẽsiones in corde suo dis-
posuit in valle lachrymarũ. Debet ligna. i. sanctorũ
patrum exempla apponere: ⁊ bouem sue carnalis vite
debet confitendo ꝑ membra diuidere: ⁊ per iugẽ me-
Leui.1.b moriam in altari cordis ⁊ ꝯscientie ordinare. Un̄ Le-
ui. Detracta pelle hostie artus in frusta cõcident: et
subijcient in altari ignem strue lignorum ante cõposi
ta: ⁊ membra que cesa sunt desuper ordinantes. Tunc
vero debet homo quatuor hydrias aqua id est q̃tuor
lachrymarũ genera: scʒ ꝓ malis cõmissis/ ⁊ ꝓ bonis
omissis/ ⁊ ꝓ incolatu miserie/ ⁊ ꝓ dilatione glie sup-
fundere: que scʒ tribus vicibus: hoc est dictu: ꝓ pctõ
H cordis/ ꝓ pctõ oris/ ꝓ peccato operis debet sacrificiũ
spũs cõtribulati abluere: ita ꝙ cõductũ ꝯscientie etiã
Joan.2.a debet humiliter implere. Un̄ dicit: Implete hydrias
aqua. Quis ꝓ certo si ista fecerit/ ignis diuine charis-
tatis ⁊ bñplaciti ⁊ gratie de celo/ id est desursũ a deo
descẽdet: qui sacrificiũ ⁊ bouẽ carnalis vite cõsumet:
⁊ ligna bonorũ exemplorũ/ aquam lachrymarũ/ ⁊ lapi
des fidei articulorũ/ necnõ puluerẽ/ id est cõsyderatio
nẽ mortis ⁊ futurorũ que in hoc sacrificio adhibita
sunt/ cũ beniuolẽtia recipiet ⁊ assumet. Placebit deo
sacrificium iuda. Etiã ignis interioris charitatis cũ
de celo inspiratur ⁊ mittitur/ a quo omnes partes cor mal.3.a
diales sacrificij cõflagrantur. Treñ. de celo misit ignẽ treñ.1.c
in ossibus meis. Et tunc etiã omnes prophete baal/
id est male cogitationes/ presumptiones ⁊ imagina-
tiones ⁊ opiniones/ de corde sicut de terra israel extir-
pantur. ¶ Cum Helias ascendisset ad verticem car- Eo.ca.g
meli: ⁊ pronus in terram faciẽ suam inter genua posuis Histo-
set: misit puerũ suũ/ vt septies respiceret contra mare: ria.
septima vice vidit nubeculam paruam quasi vestigiũ
hominis ascendentem de mari: ⁊ tunc celi obtenebra-
ti sunt: ⁊ nubes ⁊ venti surrexerunt: ⁊ facta est pluuia
grandis valde. ¶ Nubes ista cuius ascensus pluuiã Allego-
misit in mundum/ christum significat: qui scʒ fuit nu ria
becula ꝑ puritatẽ/ parua per humilitatem: quasi vesti
gium hominis per assumptam humanitatem: ascen-
dens de mari huius mundi per ingressum ad eternã
felicitatem: q: reuera septem respectus amare vite in
eo fuerunt/ qui ascensum huius compleuerunt. Pri- A
mus fuit natiuitas: Secundus circũcisio: Tertiꝰ bap Allego
tismus: Quartus passio: Quintus ad inferos descen ria.
sio: Sextus resurrectio: Septimus ascensio: quem scʒ
secutus est octauus. s. nubes ⁊ ventus. s. spũssancti fla
tus ⁊ inspiratio: et pluuiarum. i. donorum et charis-
matum in pentecoste larga donatio. Post ascensum
enim huius nubis/ pluuia gratiarũ multiplicũ fuit
secuta: per quam terra humani generis fuit irrigata/
⁊ bonis fecundata. Ps. Operit celum nubibus: ⁊ pa ps.146
rat terre pluuiã. ¶ Uel dic si vis d̃ assumptiõe vel ascẽ b.
sione gloriose virginis/ pure/ parue/ hũilis ⁊ dulcoro Aliter
se que scʒ post septenariũ donorũ ⁊ virtutũ/ celos ascen
dit: ⁊ nobis pluuiarũ. i. gratiarum spũalium copiam
ꝓcurauit. ¶ Uel dic ꝙ quando ꝑ mandatũ vel docu- Aliter.
mentũ helie. i. boni predicatoris ⁊ plati: puer. i. pctõr
qui est infirmus ⁊ ignarus: more pueri ad mare. i. ad
cor suum amarum ⁊ compunctum respiciat: ⁊ septies
i. ꝑ cõsyderationem septem peccatorũ mortaliũ faciẽ
ibi vertit: nubecula pure affectiõis ⁊ cogitatiõis inde
surgit ⁊ pluuiã lachrymarum generat: ⁊ fecunditatẽ
virtutum producit. Unde dicitur: Pluuijs germinat 2.re.23.a
herba. ¶ Helias ꝓphetas baal esse falsissimos ⁊ men Eodem
daces probauit: ⁊ postea ipsos interfecit. ¶ Sic prela ca.g.
tus vel iudex primo debet malos conuincere: ⁊ deinde Mora-
ad eorum interfectionẽ seu punitionẽ debet ꝓcedere. litas
Quod vtiq̃ de falsis ꝓphetis. i. falsis hereticis debet
fieri: quos iudex debet potiꝰ q̃ alios pctõres extirpa-
re Un̄: Maleficos nõ patieris viuere super terrã. Exo.22.
B

¶ Capitulum decimumnonũ Textus: Nũciauit autem achab iezabel oĩa que fecerat Helias. Moralitatum Capi. XVI.

Cum Helias vir constãs et fortis esset ita ꝙ Histo-
Achab impiũ regem redarguere nõ timuis- ria
set: ⁊ precibus suis mortuum suscitasset: et
de celo ignem ⁊ pluuias impetrasset: prophe
tas baal occidisset/ ⁊ ad puniendũ iudicem a deo fuis-
set preordinatus: sicut patet Mal. A facie tamẽ vniꝰ mala.4.
mulieris vine iezabel regine timuit: propter quod (re b.
licto puero suo) in desertum fugit: vbi tedio affectus/
anime sue petijt ꝙ moreretur: et mortem quam sibi a
iezabele inferri timuerat/ a domino postulauit: obse-
cro (inq̃t) dñe/ aufer animã meã: ⁊ ĩ vmbra iuniperi se
subijciẽs obdormiuit. Angelus vero dñi eum dormiẽ
tem inueniẽs/ a somno excitat: ⁊ ad comedẽdũ panẽ
subcinericiũ/ ⁊ ad bibẽdũ aquam inuitat. Qui postq̃
comedisset

comedisset ⁊ bibisset/rursum obdormiuit: ⁊ angelus
iterum ipsum tangit: ⁊ ad amplius comedendũ ipsuz
inuitat fortius ⁊ inducit. Surge inquit comede: grã-
dis enim tibi restat via. Hic igitur surgẽs iterato co-
medit ⁊ bibit: ⁊ quadraginta diebus ⁊ noctibus vsq;
in monte dei oreb in ipsi⁹ cibi fortitudine ambulauit.
Mora-litas. ¶ Exponendo moralr/helias significat virũ sanctũ:
achab rex impius diabolum significat: iezabel q̃ fuit
eius vxor/sanguinem/carnẽ seu luxurie significat flu
xum: desertum vero/penitentie vel religionis signifi-
cat statũ. Juniperus arbor pungitiuarũ difficultatũ
significat stimulum: vmbra vero que delectabilis est/
C bonores ⁊ excellentias denotat: angel⁹ autẽ ꝓdõiem/
vel diuinam inspirationẽ/vel sacram scripturam/vel
timorem/vel circũspectionẽ significat: panis xo sub-
cinericius mortis significat ꝯsyderationem: aqua la
chrymarum cõpunctionẽ: mons oreb paradisi ꝯsola-
tionẽ. Interpretat̃ eñ oreb mensa. Igitur ista est veri
tas/ꝙ dato ꝙ helias.i.homo iustus et virtutib⁹ ꝑfe-
ctus/multis polleat virtutib⁹: ita ꝙ habeat ꝯstantiã
ad achab.i.ad ipsos principes redarguẽdũ: prudẽtiã
Tropo-logia. ad falsos ꝓphetas ⁊ hereticos ꝯfutandũ/⁊ ad superã
dum: sctitatẽ ad ignes diuini amoris/⁊ luuiã bñficio-
rum celitus impetrandũ: eloquentiã ad ꝑctõres mor
tuos de morte culpe resuscitãdũ: nihilomin⁹ tñ restat
ꝙ debet summope formidare: hoc est/debet fugere et
vitare persecutionẽ iezabel.s.meretricẽ.i.carnem pro-
priaz vel luxurie mollicieẽ ⁊ charitatẽ/⁊ sanguinis cor
ruptelã. Ista est eñ que sctõs viros ꝑsequit̃: ⁊ cũ ola
vicerint/ab hac tanq̃ a regina potentissima superan-
apoc.2.f tur. Vñ Apoc. Permittis mulierẽ iezabel seducere ser
uos meos/⁊ docere fornicari et manducare. Et ideo
cum contra istam vnicũ sit remediũ.s.fugere/⁊ occa-
siones vitare: ergo iste helias.i.homo iustus: relicto
puero.i.quacũq; puerili imbecillitate ⁊ ignorãtie: de-
sertum penitentie vel statum religionis qñq; ingredi
tur: vt ibi sub iunipero.i.sub ꝑctiõibus diuini timo-
ris/⁊ disciplne regulis degens: a iezabel.i.a luxuria
iob.30.a vel carnis periculis eruatur: sicut ad lr̃am fecerunt ere
mite: de quibus dicitur: ꝙ egestate ⁊ fame steriles. re-
D dibant in solitudine: ⁊ mãducabant herbas ⁊ arbo-
rum cortices.i.radix iuniperorũ erat cibus illorũ. Sz
quid? Pro certo sepe fit ꝙ postq̃ homo ad desertũ re
ligionis ꝯfugit: ⁊ difficultates ⁊ disciplinas/obseruã
tias/obedientiam/⁊ alia grauia reperit: ⁊ etiam tenta
tiones ⁊ stimulos carnis sentit: qñq; tedio affectus/⁊
quasi de ingressu penitẽs/mortem sibi expostulat ⁊ re
quirit: dicẽs cum filijs isrl̃ carnalibus illud exo. Vti-
exo.16.a nam mortui essem⁹ in egypto: vbi sedebam⁹ sup ollas
carnium ⁊c. Et ideo talis sic affectus/vmbram iunipe
ri.i.statum eminentie ꝓsperitatisq; refrigeriũ/⁊ prela
tionis officiuz in religionis deserto aliquotiens sibi
querit. Quod cũ obtinere potest/in delicijs ⁊ solatijs
dormire incipit: ⁊ sic desertum penitentie quod elege
esa.51.a. rat/in delicias sibi vertit. Vñ Esa. Ponit desertũ q̃si
delicias/⁊ solitudinem quasi hortuz dñi. Sed reuera
tali sic dormienti/angelus domini.s.bona inspiratio
vel ꝯsyderatio/vel bona sacre scripture lectio: vel bo-
na ꝑdicatoris vel prelati/vel alicuius alteri⁹ viri iusti
monitio: statiz debet adesse qui ipsum debet excitare/
act.12.b. ⁊ a somno torporis discutere ⁊ vigere. Vñ dicit̃ ꝙ an
gelus ꝑcusso latere petri excitauit eum dicẽs: surge ve
lociter. Qui sibi debet dicere ꝙ surgat ⁊ ꝙ panẽ subci
nericiũ.i.sue mortis memoriã p̄ oculis habeat: ⁊ aquã
lachrymarũ bibat: ⁊ ꝙ causam quare intrauit desertũ
penitentie attendat ⁊ ꝙ obseruantiã discipline quam
pretermisit/redeat ⁊ accedat: dicens illud Apoc. Me apo.2.b
mor esto vñ excideris: ⁊ prima opera fac. Igitur sepe
fit ꝙ homo sic excitatus ⁊ monitus/a somno torpo-
ris surgit: dicens illud ad Rom. Hora est iam nos de E
somno surgere. Et ad subcinericiuz panem ⁊ aquam rom.13.c
i.ad mortẽ cogitandum/⁊ ad pc̃tã sua plangenda se
humiliter vertit. Psal. Cinerẽ tanq̃ panem mandu- ps.102.b
cabam: ⁊ poculum meum cũ fletu miscebam. Sed p
certo sepe fit/ꝙ ex fragilitate propria homo iterũ ob-
dormit: ⁊ iterũ ad vmbrã.i.ad mundane ꝓsperitatis
dulcedinẽ/q̃ sicut vmbra fluit/se conuertit: ⁊ ideo an-
gelus suus.i.ratio vel consyderatio mentis/ipsuz de-
bet excitare: ⁊ q̃ longa sit via/scz eundi de hoc mũdo
ad patriam/sibi debet ostendere/⁊ eum ad dietam pri-
stinam iuitare. Surge inquit comede. grandis eñ
tibi restat via: quia scz tunc ex toto suo conatu surge-
re tenet̃: ⁊ panem ⁊ aquã sibi oblatos/scz mortis me-
moriam ⁊ lachrymosam cõpunctionem comedere: vt
sic per quadraginta dies.i.p labores vite presentis/q̃
in numero quadragenario designat̃/possit ad mon-
tem dei oreb.i.ad mensam paradisi fortiter ambula-
re. Vñ Esa. Venite ascendamus ⁊c. ¶ Vel si vis p an- Esa.2.a.
gelum intellige prelatum vel presidẽ/vel etiaz quem- Aliter
libet viruz iustum: ⁊ dic p omnia sicut supra: quia iste
debet subditũ desidẽ excitare/⁊ ad penitentiã ⁊ dilige-
tiam inuitare. ¶ Vel dic ꝙ helias est bonus ꝑlatus Tropo-
religiosus: qui Jezabel.i.carnis pericula fugiens/ad logia
desertũ religionis venit: vbi pro certo quatuor inue-
nit: quibus mediantibus ad mõtẽ dei oreb/id est ad
paradisuz pertingit. Ista igitur quatuor sunt vmbra
iuniperi: cuius cineres seruant ignem inextinguibilẽ
per annũ ſm Josephũ hoc est crucis ꝑgitiua memo
ria et compassio: per quam in corde nostro seruatur F
ignis.i.diuini⁹ amor ⁊ dilectio. Vñ in Cant. Sub vm cant.2.a.
bra illius quem desyderabam sedi. Item panis sub-
cinericius est mortis ⁊ incarnationis nostre memoria
⁊ recordatio. Unde Job: Ago penitentiam in fauilla iob.42.
⁊ cinere. Item vas aque est lachrymarũ fletus ⁊ inun a.
datio. Psal. Potuz dabis nobis in lachrymis in mẽ ps.79.a
sura. Item angelus incitans.i.boni prelati correctio/
vel bonorum sociorũ monitio ⁊ exhortatio/vel sacre
scripture instructio/⁊ deuotionis ⁊ contemplationis
meditatio. Vñ Tob. Angelus eius comitet̃ vobiscũ. Tob.5.a
Ista enim sunt quatuor que cõcomitant̃ heliã in de-
serto.i.religiosum in claustro: per quẽ scz citius ꝑtin-
git ad montem paradisi in celi supercilio/vel etiã ad
montem contemplationis in perfectionis fastigio.
Psal. Quis ascendet in montẽ dñi ⁊c. ¶ Vel dic ꝙ he ps.23.a.
lias in deserto non legit̃ dormiuisse nisi sub iunipero Aliter
pungitiua/nec bibisse nisi de aqua/nec comedisse nisi
de subcinericio pane: nec locut⁹ fuisse nisi cũ angelo.
In quib⁹ scz instruit̃ religiosus/ꝙ nõ debet delicias
q̃rere: nõ societates secularium vel vaniloquia frequẽ-
tare: quinimo panẽ subcinericiũ/id est mortis memo-
riam ⁊ humilitatẽ/sup̄ꝑius cõsyderationẽ: aquam la
chrymarum ⁊ cõpunctionẽ debet comedere: ⁊ cum an
gelo.i.cũ deo ⁊ angelis p orationẽ/vel cũ mente sua p
meditationẽ debet colloquia sua facere: ⁊ alias silentiũ
obseruare. Et si ipsum per aliquas cõsolationes ⁊ de-
lectationes aliqualiter dormire contingat: hoc semp
debet esse sub iunipero.i.sub punctione diuini timo- G
ris p penarũ infernaliũ cogitationẽ: vel sub iunipero
i.sub memoria crucis ⁊ passionis p cõpassionẽ ⁊ deuo
tionẽ: q: p certo religios⁹ in claustro dz in abstinẽtia

viuere:silentium seruare:τ si quid ɔsolationis habue
rit/semper debet illud sub iunipero.i.in timore dñi/τ
in compunctione contritionis/τ consyderatione in=
Eze.12.d. fernalium tormentorum exercere. Uñ ezech. fili hoīs
Aliter. in conturbatione comede. ¶ Uel dic ꝙ helias signifi
cat peccatorem: qui in vmbra mundane ꝓsperitatis dor=
miens: qñ ab angelo.i.a predicatore angelico excitat:
faciliter redormire/τ in torporem τ negligentiam reci
dere comprobat: quapropter ille angelus.i.ꝑdicator
vel prelatus ipsum iterum tenetur tangere: τ ad surgē
dum de peccō/τ de torpore negligentie ipsum ɔcutere:
τ panem τ aquam.i.deliciarū abstinentiā sibi iniūge=
re: τ longam viam τ difficilem quam post mortem fa
cturus est/sibi intimare: vt in cibi illꝰ fortitudine vsq3
ad montem dei oreb.i.ad paradisum venire possit: q
proprie mons dei oreb.i.mensa interpretatur: ꝓ eo ꝙ
ibi eterne refectionis mensa bonis τ laboriosis homi
ps.22.a. nibus preparatur. Ps. Parasti in conspectu meo mē
Aliter sam/aduersus eos qui tribulant me. ¶ Uel dic ꝙ pa=
nis iste subcinericius significat sacramentū altaris:
vbi panis qui de celo descendit/sub cineribus accidē=
tium continet: qui scʒ peccatori a somno peccati ꝑ pe=
nitentiam surgenti ab angelo.i.a sacerdote porrigit:
vt in fortitudine eius in quadragenario huiꝰ vite la=
D boriose ambulet; vt ad montem domini scʒ paradisuʒ
ps.103.c attingere τ progredi mereat. Ps. Panis cor hoīs cō
Eodem firmet. ¶ Cum helias esset in monte ūñ oreb/τ sitiret
ca,b. in spelonca: dictum est sibi ꝙ exiret: τ corā dño foris
staret. Quid inquit agis helia? Egredere τ sta corām
dño in mōte. Ipso igit ad ostium speluncē egredient
τ stante: τ ecce spūs fortis τ grandis cōterēs petras/τ
subuertens montes: transiuit ante dominū corā eo: sʒ
nō in spiritu dominus. Post spiritū vero cōmotio: sʒ
nō in cōmotione dominus. Post cōmotionē ignis:
sed nō in igne dñs. Post ignē vero transit aura lenis:
τ tūc in aura fuit dominus: ꝑpter quod helias faciē
suaʒ pallio cooperuit: τ sic domini locutionē audiuit
Tropologia. ¶ Ista possunt exponi diuersimode. Helias enim in
speluca significat peccatorē latentē in spelunca carna
litatis/vel in cauerna mūdani amoris: q̄ vere est in spe
E. lunca latronʒ. Deus eñ inspiratiue loquit quādoq3
peccatori: τ ad exeundū de statu peccati ipm arguēs/
excitat τ hortatur. Quid inquit hic agis helia.i. quid
facis in statu peccati: nec non in cauerna.i. in affectio
ne bonorum seculi? Egredere τ sta fortis in mōte corā
domino.i. egredere penitendo: τ sta in mōte paradisi
celestia affectando. Iste igitur qui ad ostium spelun=
ce egreditur/quandoq3 ad cogitandum de ꝓpria sa=
lute aliqualiter inclinat: sed reuera statim ꝓpter hoc
sibi non adest dominus nec statim redit ad statū gra=
tie: quinimo tria sunt que precedūt in corde hoīs ad=
uentum eius.i. gratie dei. Primo enim oportet ꝙ ve=
A niat spūs cōterens petras: iste est timor dei qui petrā
i.obstinationē τ duriciā cordis frangit. Et tandem
venit cōmotio: τ hoc est qñ homo de penitēdo/τ se de
malo statu amouendo cogitat τ disponit. Post hoc
venit ignis: τ hoc est qñ incipit fieri in corde aliqua=
lis ad dei amorem calefactio/τ de peccatis contritio:
sed pro certo nec spū timoris/nec in cōmendatione co
gitationis nec in igne imperfecte dilectiōis adhuc est
deus. Sed reuera finaliter venit sibilus aure tenuis.i.
mentis dulcedo τ deuotio: τ ipsius dei ꝑ inspirationē
allocutio: τ ad cōfessionē ipsorum vitiorum sibilatio
τ reuelatio: τ tunc ibi est dominus: quia pro certo tūc
esse deus cum penitentie ꝑcipitur: quando peccō pro

pria sua peccata confitetur. Unde in libro Regum:
Transibit per eum τ sibilabit τ dicet. Quod aūt dñs 3.re.9.b
ꝓpe sit cum hoīe qñ erga eum sibilus cōfessionis au
ditur patet ꝑ Esa. vbi dicit: Clamabit τ dicet: ecce as= Esa.58.c
sum: Et tunc debet homo cū pallio humilitatis faciē
suam abscondere: τ quasi indignū gratia sibi facta τ
ꝑsentia dñi se putare dicēs cum petro illud Luce: Exi
a me dñe: qr peccōr homo sum. ¶ Uel dic ꝑm Grego= Lu.5.b.
rium/ꝙ spelunca est nostre mortalitatis corruptio: a Aliter.
qua pro certo homo obuiam domino ad ostiuʒ egre=
ditur/qñ corporeas vires transcēdens ad contempla=
tionem spiritualiū eleuat. Iste igit tunc ꝑcipit ꝙ tria
sunt in quibus non inuenit dñs.s. spūs conterēs pe=
tras/τ subuertens mōtes.i. superbia q̄ scʒ duros obsti
natos cōterit.i. altos τ eleuatos status subuertit: Itē
commotio/hoc est auaritia.q̄ scʒ hominem ꝑ sollicitu B
dinem cōmouet: τ ipsum quiescere nō permittit. Ps.
Turbati sunt τ commoti sunt sicut ebrius. Itē ignis ps.106.c.
iste est luxuria: que scʒ more ignis omnia corda ꝙꝙ
dura τ stabilia/succendit τ mollit. Unde Iob: Ignis
est vsq3 ad fundamenta deuorans. Sed ꝓ certo quartū Iob.31.b
est vbi dñs reperit.s. spūs aure tenuis.i. spūs agilita=
tis aura puritatis τ tenuitatis.i. humilitatis: in quo
dñs loquit: τ a nobis spūaliter inuenit. ¶ Uel si vis
ista allega/ꝙ deo non placent ista tria genera iudicū Aliter.
seu prelatorum correctorū malorū/vel hoīm iniquorū:
nec apud eos dominus inuenit.s. spūs conterens pe=
tras isti sunt superbi τ crudeles furiosi: qui sine dis=
cretione omnia volunt ɔterere τ subuertere/τ sine mo
deramine punire: quia ꝓ certo apud illos nō est dñs:
qm̄ sic nunq̄ placet domino deo crudelitatis excessꝰ:
nec eum de sequit aliquis vtilitatis fructus/nec emē=
dationis ɔuentus. Unde de talibus dicit/ꝙ ipsi con
terunt super puluereʒ terre capita pauperū: τ viā humi Amos.2.b.
lium declināt. Secundi sunt cōmotio. Ipsi sunt insta
biles τ ambitiosi: q̄ de statu ad statum se volunt con=
tinue mouere: τ nunq̄ in eodem statu τ gradu cōsiste=
re vel manere: sed nec apud istos est dñs. Uñ Hierem.
Dilexit mouere pedes suos: τ domino non placuit. Hie.14 b.
Tertij sunt ignis: τ isti sunt auari τ luxuriosi: qui scʒ
igne cupiditatis τ carnalitatis ardent: τ ideo ꝑ exa=
ctiones subditos incēdunt et cremāt. Uñ in Prouer.
Ignis nunq̄ dicit sufficit. Sʒ nec apud istos est dñs: pro.30.c
quinimmo de talibus dicit illud Amos: Auaritia in
capite omnium atq3 nouissimum eorū gladio interfi C
ciam. Sed reuera quarti sunt sibilus aure tenuis.i. Amos.9.a.
viri dulces ɔsolabiles τ benigni deo/τ hominibꝰ hu=
miles. Et pro certo apud istos est dominus: qr scʒ ta=
les dominus diligit: τ apud istos hospitatur τ venit:
Ps. Diligens mansuetos dominus: humilians autē
peccōres vsq3 ad terrā. ¶ Hic habemus/ꝙ dominꝰ lo= ps.146 a.
cutus est helie in ostio spelunce: τ statim sicut ante ap
paruerat abrae in ostio tabernaculi cōmorāti. ¶ In Eo.ca.b gen.17.8
quo notari pōt/quando quis de cauerna mere cōscie Mora=
τ peccati egreditur: ꝙ statim ad ostium.i. ad bonā co litas.
gitationē ꝑuenit: dñs manū adiutricem porrigit: τ si=
bi ꝑ inspirationē vt vlterius ꝓcedat/loquit: τ ei ꝑ gra
tiā se ostēdit: dicēs illud Apoca. Ecce ego ad ostiū sto
τ pulso: Si quis apperuerit mihi intrabo ad euʒ τc. apo.3.d
Hic dicit ꝙ cū helias credēs se solū ꝓphetā in israel/ Eo.ca.c
dixisset domino: zelo zelatus sum pro dño exercituuʒ: Histo=
altaria tua destruxerunt: prophetas tuas occiderūt: ria.
τ pactum tuum dereliquerunt filij israel: τ derelictus
sum ego solꝰ: audiuit a domino/ꝙ septē milia hoīm
erant in israel/qui genua coram baal nō curuauerūt:

Moralitas. nec eum adorauerunt. ¶ Quod vtiqꝫ ad hoc pōt applicari/ꝙ multi sunt boni homines: ꝛ inter homines tales nesciuntur esse: quos scꝫ dominꝰ preseruat/ne cū impijs ad facinora ruant. ¶ Potest etiam allegari/ꝙ
Aliter. sepe fit ꝙ aliquis de se presumit ꝙ ipse sit solus ꝓpheta domini.i.homo sufficiens literatus vel perfectus:
D nec aliquos alios similes sibi esse credit. Qn̄ ergo in talibus virtutibus similes ꝛ perfectiores reperit: ꝛ videt numerum aliorum bonorum promptorum ad virtutem/tunc talis fastum presumptionis deponit. Uñ de talibus potest dici/qui scꝫ se bonos credunt/illud
iob.12.a Job: Ergo vos estis soli homines: ꝛ vobiscū morietur sapia. Et mihi est coꝛ sicut ꝛ vobis: ꝛ hm̄ sciam vestrā
Eo.ca.o ego noui. ¶ Helias reperit heliseum inter duodecim
Historia. iuga boum arantem: qui misit pallium suum super ipsū: qui statim bobus relictis/post eū cucurrit. Ueruntamen licentiam osculandi patrem ꝛ matrem petijt/ꝛ impetrauit. Osculer inquit oro te patrem ꝛ matrem: ꝛ sic sequar te. Cui ille dixit: Uade ꝛ reuertere: qđ meum erat/feci tibi. Iste igitur statim vnum par boum in quibus arauerat/mactauit: et cum aratro suo coxit: ꝛ comedendū populo dedit: ꝛ secutus heliam/ sibi de cetero ministrauit. ¶ Illud potest allegari ad
Moralitas apostolos Petrum ꝛ Andream ꝛ Mathiam/ꝛ alios similes.s. qui antiquitus inter duodecim iuga boum
Allegoria. s. inter patres veteris legis/q̄ a duodecim patriarchis descenderant/arauerunt: inquantū terrena cum alijs dilexerunt. Sed reuera vbi ab helia.i.a christo fuerūt vocati/ꝛ pallio fidei induti: statim post eum solēt currere: ꝛ patri ꝛ matri.i.cūctis amicis carnalibus vale studuerunt facere. Boues suos ꝛ aratrum.i.totā tpalem substantiam populo.s.pauperum distribuerunt: ꝛ post istum heliam christuꝫ sequi: scꝫ imitando ꝛ credendo: ꝛ eidem obsequi ꝛ seruire studuerunt: vt patet in euangelio/vbi dicitur: Relictis retibus ꝛ patre/se-
mat.4.d cuti sunt dominum: Quod etiā ad quoscūqꝫ potest re-
E ferri homines religiosos: q̄ scꝫ vocati a deo/ꝛ pallio regularis habitus induti/summā gloriā debent reputare: parentes carnales dimittere/boues proprie carnalitatis ꝑ penitentiā mactare: aratrū.i.animū igne charitatis cōburere: ꝛ sic sequi dn̄m/ꝛ in religione ꝑpetuo ministrare. Unde dicit: Reliquimus omnia et
mat.19. secuti sumus te ꝛc.

¶ Capitulum vicesimum Textus: Porro benadach rex syrie congregauit omnez exercitū suū. Moralitatū Capitu. XVII.

Historia. Hic habetur ꝙ benedab rex syrie per pueros principum/non ꝑ principes fuit superatus quinimmo in illo prelio nullus principum est inuentus. In sequenti etiam anno consilium benadab fecit.s.ꝙ reges ab exercitu tolleret/ꝛ ꝙ loco eorum principes poneret/ꝛ bellatorū numerū in-
Moralitas. staurarer. ¶ Ista possunt allegari/ꝙ qn̄ magni viri/ reges ꝛ principes ꝛ domini ad ꝓlia nō sunt apti: ꝛ ꝙ magis qn̄qꝫ nocēt q̄ ꝓficiunt/qn̄ in exercitu sunt immixti. Forte igitur vtile esset ꝙ nullus taliū ad exercitum veniret: sed ꝑ pueros principum.i.ꝑ inferiorē militiam preliū fieret: qꝛ scꝫ vt cōiter inferiores ꝛ pauperes milites/sunt maioribus ꝛ ditioribus fortiores et ad ꝓliorū opera ꝓmptiores. Tales enim reges ꝛ ma-
gen.49 gnates qꝛ pre ceteris sunt delicijs dediti: prebebit deli-
c. cias regibus: ideo pre ceteris sunt inertes ꝛ facilius
ps.149. ꝓnt vinci. Ps. Ad alligandos reges eoꝝ in cōpedibꝰ
b. ꝛc. Que etiā de prelio spūali ꝓnt intelligi: vbi plus ꝓficiūt paupares q̄ diuites/ꝛ magis infimi q̄ summi/ f
ꝛ magis subditi q̄ ꝓlati. ¶ Syri victi in montibus a Eo.ca.c
filijs israel dixerunt: ꝙ dij montiū dij eoꝝ erāt: ꝛ qꝛ idō ꝓlia uerant: quapropter in anno sequenti pugnare cōtra filios israel in valle decreuerunt: ꝛ sic ipsos superare
dijs eoꝝ in valle nihil valentibus sperauerūt. ¶ Sic Tropo-
ergo syri q̄ interpretant̄ sublimes.i.demōes q̄ sublimia logia.
plus debito quesierunt: añ omnia nitunt̄ pugnare cōtra filios israel.i.contra fideles: in montibus.i.in negocijs ꝛ rebꝰ spūalibus scꝫ mouēdo eos ad superbiā/ ꝛ ad errorē in fidei articulis/ꝛ in alijs sacramētalibꝰ: vbi ꝓ certo si vinci eos cōtingat/statim nitunt̄ in valle pugnare.i.de peccatis inferioribꝰ/q̄ scꝫ tangūt corporalia ꝛ terrena: sicut est luxuria ꝛ auaricia tentare: ꝛ sic sperant contra bonos facilius ꝑualere. Ista est em̄ cautela demonū/ꝙ sic vno ꝓlio tentatiōe vincuntur: statim ad tentādū de alio se conuertant: ꝛ superare in
alio conatur. ¶ Uel dic ꝙ benadab in primo ꝓlio vi- Aliter.
ctus/nō ꝓpter hoc destitit/sed ad sequentis anni spa-
cium sperat vincere. ¶ Allega ꝙ dato ꝙ aliquis prin- Aliter.
ceps semel vel pluries victꝰ fuerit/non ꝓpter hoc debet cessare: sed totiens bellū instaurare/ꝙ finalr̄ valeat superare: sicut ad lr̄am romani antiquitꝰ faciebāt: qꝛ dato ꝙ ab eodē pluries victi essent/nō ꝓpter hoc frāgebātur: sed iterū atqꝫ iterū ꝓlia instaurantes finaliter triūphabant. Unde dauid ioab principi exercitꝰ sui/
audita morte Urie scripsisse legit̄. Nō te frangat ista 2.re.11.d
res: varius est enim euentus belli: ꝛ nunc hunc/nunc
illum cōsumit gladius. ¶ Hic habemus ꝙ rex israel G
de clementia reprehenditur. Nam cum benadab regē Eo.ca.f.
syrie cepisset in bello/ꝛ dato ꝙ esset nequissimꝰ/tn̄ nō tn̄ occidisset/sed sub certo federe dimisit: reprehēsꝰ est a ꝓpheta parabolice sub figura: Captiuꝰ inquit datꝰ est mihi in custodia sub pacto: ꝙ si lapsꝰ fugeret/anima mea ꝓ anima eius esset. Quo fugiēte anima mea perit: vt loco captiui ꝑditi seruituti ꝛ periculo exponatur. Quod cum rex iustum fore diceret: mox ꝓpheta dimissionem benedab/quem deus sibi puniendum tradiderat/in caput eius retorsit: animā eius loco anime alterius future pene obnoxiā sibi dixit: quia dimisisti virum dignū morte de manu tua/erit anima tua
ꝓ ala eius. ¶ Ista possunt applicari cōtra iudices et Moralitas.
superiores: qui sceleratis ꝛ impijs parcūt: ꝛ recepto federe.i.precio vel munere: illos de suis carceribus liberos ꝛ impunitos abire permittunt: qꝛ ꝓ certo isti animas suas loco illoꝝ periculo damnationis exponūt: inq̄tum ipsos qui morte vel punitione digni sunt/dimittūt: ꝛ qꝛ a dn̄o ꝑ occultā ꝓuidentiā ad ipsoꝝ manus puniendi venitūt: ꝛ tn̄ nō puniūt/sed dimittunt ꝛ impie parcunt. Unde dicit̄: Non accipietis preciū ab
eo qui reus est sanguinis. Et Esa. Ue qui iustificatis num.35.
impium pro muneribus. ¶ Uel dic ꝙ propheta repre- d.
hendens regem/parabolice loquit̄: ad denotandū ꝙ Esa.5.c.
reges vel principes non aperte/sed oblique ꝑ circūlo- Aliter.
cutiones indirectas sunt arguendi: ne forte ad deterius ꝓrocent̄/si aperte vel publice arguantur. Sicut 2.re.12.c
etiā nathan dauid legit̄ reprehendisse in parabola de
oue pauperis. Et si vis/vide supra. ¶ Uel dic ꝙ illud Aliter.
quod hic scribitur: custodi viruꝫ istum: qm̄ si lapsus fuerit/erit anima tua ꝓ ala eius: potest referri ad ꝓlatos: q̄bus.s. dati sunt subditi in custodiā: qꝛ pro certo si ꝓpter defectum custodie in damnationē labuntur/ anime prelatorum propter eos periculo exponuntur: inq̄tum scilicet de animabus subditorum reddere rationem tenentur. Et ergo bene dicatur prelato illud

pro.27.c Prouer. Diligenter agnosce vultum pecoris tui: tu-
Eze.3.c. osq; greges ꝯsydera. Unde Ezech. Ipse impius in ini
quitate eius quam operatus est morietur: animā aūt
Aliter. eius de manu tua requiram. ¶ Uel illud ꝙ achab cō-
tra seipsum ignorans sniam tulit: sicut etiā dauid re-
spondens nathā de oue pauperis subdita diuite ra-
pta/dixerat: Uiuit dominꝰ quia filius mortis est ⁊c.
2.re.12.b Potest allegari ꝙ illi qui male viuūt ⁊ bene iudicāt
⁊ predicant/cōtra seipsos snias ordināt atq; dictāt. Ut
etiam quicunq; mali eoipso ꝙ male agunt/sniam dā-
nationis sue pertractant. Unde dicit: Serue nequam
Lu.19.d ex ore tuo te iudico. ¶ Illud quod hic ponitur/ꝙ leo
occidit hominem/qui propheram ex parte domini se
percuti precipientē vulnerare noluit/vel timuit: pōt
allegari ꝙ va de debemus prophetis.i.predicatoribꝰ
vel platis in his que ex parte domini.i.in virtute obe-
diētie nobis precipiunt obedire: als ꝟo diabolꝰ nos
poterit deuorare. Quia dicit: Melior est obediētia ꝙ
1.re.15.c. victima.

¶ Capitulum vicesimumprimum Textus: Post verba aūt hec tempore illo vinea erat naboth. Moralitatū Capi. XVIII.

A Histo-ria. Naboth noluit vendere vineā suam achab re
gi iniquo: qui inde volebat facere ortū ole-
rum: quinimmo eidem pristino dixit: Absit
a me ve vendam hereditatem patrum meo-
rum. Quapropter iesabel vxor achab/naboth subdu-
cens falsis testibꝰ lapidari fecit: ⁊ sic vineā eius achab
continuo occupauit. ¶ Achab est diabolus: Iezabel
Mora-litas vxor sua est carnis cōcupiscentia: naboth vero signi-
virum iustum. Igitur sepe fit/ꝙ dum achab.i.diabo
lus: vineā.i.gratiam viri iusti: qui sc3 propinat vinū
eterne cōsolationis ⁊ glorie/nitit emere: ⁊ ab ipso per
pctm̄ tollere: ⁊ loco eius precium bonorū temporaliū
sibi dare: tñ naboth.i.vir iustus ad hoc nō consentit:
sed hereditatem patrum suorum.s.gratiā a deo iure
hereditario dimissā/vēdere cōtradicit. Quod vidēs
iezabel mulier impudica.i.caro falsos testes.i.mun-
di fallaces delicias adhibēs lapidibꝰ tentationū ipm
obruit ⁊ sic ipsam vineam sibi tollit: ⁊ sic per luxurias
ipsum caro interficit: quē diabolus in tentādo de ma
gis arduis superare nequiuit. Unde ista est que dicit
diabolꝰ illud qd ista Iezabel dixit achab: Ego dabo
Aliter. tibi vineam naboth. ¶ Uel si vis dic exemplariter de
malicia mulierum: q audaciores sunt ad negocia im
Ec.25.c. pia/ꝙ viri. Ideo dicit Eccl. Breuis ols malicia sup
Aliter. maliciam mulieris. ¶ Uel allega exemplariter quo-
modo iudices officiales ad mandatū regū/reginarū
vel principū/nō verent falsa iudicia facere/⁊ inocētes
occidere: vt sic ipsis valeant cōplacere. ¶ Uel etiā al-
Aliter. lega qūo domine ⁊ regine qnq; dñis suis ignorantibꝰ
B procurant fieri multa mala.

¶ Capitulū vicesimūsecundū Textus Trā fierūt igitur tres anni absq3 bello inter syriam ⁊ israel. Moralita. Capi. XIX.

Histo-ria. Cum achab puocasset pphetas ad sciēdū qd
deberet accidere: Oēs vna voce bona sibi p-
dicarunt: ⁊ sibi pspera succedēda mendacit
asserebāt: qnimmo vnus istoꝝ falsorū pphe-
tarū sedechias nole/cornua ferrea sibi fecit: ⁊ ꝙ rex cū
illis erat ventilaturꝰ syriā ex parte dñi sibi dixit. Igit
inter quadringētos pphetas q oēs vno ore regi pspe
ra dicebāt/vnicus erat verꝰ.s. Micheas ppheta dñi
quē tñ rex israel nō libēter audiebat: s3 eū potius odie
bat: qr nō sibi pspera/s3 aduersa pphetabat. Odi (in-
qt) eū: qr nō pphetat mihi bonū/s3 malū ol tpe. Iste
igit solus ꝟa regi dixit: ⁊ eū in plio moriturū pdixit: p
pter qd ipsum sedechias falsus ppheta pdictus in fa
ciē pcussit: Me ne (inqt) dimisit sps dñi/⁊ locutꝰ est
tibi: Rex quoq; ipsum qr ꝯtra voluntatē locutꝰ erat/
in carcerē mitti iussit: ⁊ eū pane tribulationis ⁊ aqua
solatio spiritalis: quia ista est que mentem decipit: inceptum scz facit sperare vel credere quod non videt mentem effeminat per timorem: assecurat per spem letificat per spirituale gaudium et timorem/ amicitiam et fraternitatem: et omnem personarum acceptionem facit obliuisci propter iusticiam: gladium ubi et orationis facit sumere/et spiritualem audaciam: et per talentia facit loqui per spiritualem feruorem et eloquentiam. Unde in Prouerb. Date vinum his qui amaro sunt
prouer. 31.a. animo/ut bibant et obliuiscantur egestatis sue.

D

¶ Capitulum quartum Textus: et inchoauit sequens dicere: qui dixit de fortitudine regis. Moralitatum. Ca. II.

Histo- ria. Hic agit de potentia regis et dicit quod rex omnibus precellit: bellatores mittit/qui missi ubicumque voluerint operantur: montes turres et muros lacerant: predas rapiunt et accumulant: quas tandem ad regem portant. Iugulant et iugulantur: et pro suis omnis morti se exponunt. Agricole tributa/fructus regibus afferunt: et cum omnes pro ipsis laborare non cessent/ipsi tamen in leticia bibunt/dormiunt et recumbunt. ¶ Istud ad literam potest applicari ad modernos reges tam ecclesiasticos quam seculares: qui pro certo isti bellatores/id est balliuorum multitudines nutriunt: qui montes
Tropo logia. turres/muros/id est generaliter omnes bonos subditos per contemplationem altos/et per constantiam fortes et solidos impugnant/et exactionibus diripiunt: predas et exactiones quas extorquent ab aliis/ad magistros suos ferunt. Et ad literam sepe fit/quod pro mandatis magistrorum suorum exequendis alios iugulant et affligunt: sed finaliter ipsi iugulantur. Quod etiam familiariter accipiendo videmus/quod isti subditos scz exactionibus suis iugulant: et tamen sepe fit quod ipsi similiter iugulantur: et per infortunia deficiunt et succumbunt. Unde dicitur:
Mat. 7 a. Eadem mensura qua mensi fueritis/remetietur vobis. Et breuiter ista est veritas/quod tam mulieres quam agricole/tam pauperes quam diuites/pro regibus/prelatis et superioribus dominis/et ipsorum negociis seu utilitatibus laborant: ipsi vero sine labore viuunt/dormiunt et triumphant. Ps. In laboribus hominum
E non sunt: et cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit
Psal. 72.a. eos superbia: operti sunt iniquitate et impietate sua.
Allegoria ¶ Vel dic quod rex est christus cuius milites fuerunt apostoli et martyres: qui predicando peccatores iugularunt inceptum exteriorem hominem et vitam carnalem in eis occiderunt: predasque id est animas quas a diabolo rapuerunt/ad eum per fidem et penitentiam detulerunt: qui tamen finaliter per tyrannos corporaliter iugulati fuerunt: qui gladio percutit/gladio peribit. Ipsi enim et primi ecclesie fundatores: qui gladio verbi dei peccatores percusserunt/gladio per tyrannos et impios corporaliter perierunt. Agricole etiam/id est fideles confessores/doctores: tributa virtutum et bonorum operum de agro sacre scripture/tributa bonarum doctrinarum ad regem christum suum deferunt: et ipso in paradiso quiescente/hic pro ipso laboribus se exponunt. Psal. Propter te mortificamur tota die.

Psal. 43.d. ¶ Ex capitulo quarto text⁹: Terti⁹ qui dixerat de mulieribus et veritate. Moralitatum Capitulum .III.

Histo- ria. Hic dicitur/quod mulieres ceteris rebus fortiores sunt. Et ad hoc probandum adducitur quod mulieres reges et subditos generant plantatores vinearum: educunt telas ac stolas pro vestiendis hominibus faciunt: glorie sunt hominum. et ab ipsis nequaquam homines se separant: sed auro et argento dimisso mulieribus formosis se precipue delectant. Istas et patribus et matribus preferunt: et pro ipsis latrocinia et rapinas facientes/et in magnis periculis se ponentes/ad vxores et amicas predas deferunt. Multique propter mulieres iugulati perierunt/et peccauerunt. Et concludit ibidem: quod proinde scire nos
Moralitas. oportet quod mulieres dominantur. ¶ Ista possunt etiam planiter allegari de potentia et fallacia mulierum: quia ista est veritas/quod iste hodiernis temporibus viris dominantur: et quod ipsos ad amorem taliter alliciunt suum/quod nec ab eis faciliter separantur: sed potius patrem et matrem pro eis dimittentes/mulieribus adherere noscuntur.
Gen. 2. d. Aliter. ¶ Ad literam etiam patet quod mulieres super omnia dilectores suos attrahunt: pro ipsisque enutriendis multa furta
Eccl. 9. b. ac latrocinia faciunt: multaque scelera pro ipsis committunt: insanique et dementes pro eis fiunt: et variis periculis se exponunt: itaque temporaliter et spiritualiter pro eis pereunt et succumbunt. Unde illud Ecclesiastici Propter speciem mulieris multi pereunt et perierunt. Iste igitur hominibus scz fatuis dominantur quod maxime patet inter coniuges/ubi plerumque mariti suis precipiantur. Ideo Theofrastus ad socium suum scribit: Det tibi omnipotens deus omnipotentis femine fallacia non falli.

¶ Ex capitulo quarto textus. Et inchoauit loqui de veritate. Moralitatum Capitulum .IIII.

Histo- ria. Hic superadditur de veritate: et dicitur quod veritas manet et viuit et inualescit/et obtinet magna. fortior est enim pre omnibus et non est in ea
G quicquam iniquum/nec acceptio personarum nec differentia: que iusta sunt facit iustis/et omnia benigniter in operibus eius: Omnis igitur terra prout ait/veritatem
Moralitas. inuocat: et celum etiam ipsum benedicit. ¶ Ista omnia possunt ad literam dici de illo qui est via/veritas et vita: scz de christo vel de quolibet iusto et vero iudice
Aliter et prelato: ¶ Vel dic quod hic proprie describuntur conditiones veritatis. Ista enim manet et inualescit/viuit obtinet atque manet/ut supra. Super omnia vincat veritas: et ista fortior omnibus dicitur: quia veritas et innocentia quadam occulta veritate/quamquam tardent/finaliter preualere noscuntur. Veritas igitur abhorret omnem iniquitatem/acceptionemque personarum/et omnem duplicitatem: et omnibus quamquam iniustis et peccatoribus/consueuit facere iusticiam et equitatem. Iusticia enim veritatem habet pro directione: veritas vero iusticiam habet pro executione. Veritas est
Psal. 84. b. lucerna et regula directiua/iusticia vero executrix est vis regule executiue Ps. Veritas de terra orta est: et iusticia de celo prospexit. Nunquam enim potest benefieri iusticia: nisi veritas sciatur/et nisi facta sequatur. Unum tamen attende quod dicitur: quod scz omnia. benignantur in operibus veritatis: quia scz tanta est veritatis virtus/quod inimici veritatis benignantur/et complacent sibi in veritatis operibus: et dato quod mediante veritate contra ipsos aliquid agatur: ipsam tamen veritatem deuote approbant/et eius preualentiam magnificant Bene igitur sequitur: quod omnis terra veritatem inuocat: et celum ipsam benedixit: benedictus deus
H veritatis sequitur ergo: Magna est veritas/et preualet
¶ Moralitatum Tertii libri. Esdre. finis.

Moralitatum

Moralitatum liber Decimussextus quarti libri Esdre.

Capitulum secundum Textus. Hec dicit dominus. Ego eduxi populū iustum de seruitute. Moralitatum Ca.I.



Historia

Incentius. in suo speculo historiali inserit: q propter duos libros Esdre/qui in sacre scripture canone continentur tres alij eiusdem libri inueniuntur: qui inter scripturas apocriphas numerantur. Quia tamen vt ait: aliqui sancti doctores in scripturis suis/ verbis ibidē contentis quandoque inueniūt vsi fuisse: sicut est illud quod Augustinus in homilijs recitat: Morietur filius meus Iesus &c. Ideo Vincentius de dicto libro aliquid voluit excerpere/ & predicto suo operi aggregare. Ego etiā aliquas figuras ibidē & visiones positas moralizo: & ipsa in hoc volumine superaddo. Qui in istis supra tertio & quarto libris Esdre/supponit ipsum de multis & varijs prophetasse: nō videtur mihi mirabile/si propheta fuisse creditur: qui legē dñi a chaldeis succēsam diuinitus reparauit: modū scribendi a dextera in leuā inuenit: & nouas litteras hebreis tradidit. Vñ etiā scriba

A

velocissimus in lege dñi dictus fuit. Iste igitur ca. ij. huius quarti introducit dñs ad hierusalem sic loquentem: Mater comple filios tuos: & confirma pedes eorum/qui elegi eos/et educaz eos: & suscitabo de monumētis suis: et mittā tibi adiutoriū pueros meos: Esaiam et Hieremiā: ad quorū cōsiliū sanctificaui tibi/& comparaui duodecim arbores oneratas diuersis fructibus/et duodecim fōtes lac et mel fluentes: & septē montes imēsos habētes rosas et lilia: in quibus replebo gaudio filios tuos.

Tropologia

Vere sic videtur q deus alloquitur ecclesiā matrē nostrā. Monet enī vt filios suos/id est fideles in virtutibus cōpleat & q pedes eorū id est affectus et desyderia in bono cōfirmet: pmittens q si hoc fecerit: ipsos de sepulcris/ id est de oppressiōe paupertatis et tribulationis: vel de sepulchris/id est de fecibus viciorū carnalis imperfectionis leuabit: & ad statū gratie ac glorie tā temporalis q ppetue suscitabit. Si enī mater ecclesia in virtutibus filios cōfirmaret: statī adesset dominus qui

ps.112.b

ipsos tēporaliter & spūaliter suscitaret. Psal. Suscitās a terra inopē. Talib9 igitur suscitatis & cōfirmatis/completis & perfectis pmittūtur duodeciz arbores/id est duodecim articuli fidei: qui duodecim fructib9 spiritus/quos scz Apls nominat/sunt empti.

gal.5.d. Apoc. Et vtraque parte fluminis lignū vite/afferēs fru

apoc.22 a. ctus duodecim p mēses singulos. Promittit etiam fontes duodecim/id est duodeciz opera pietatis: sex

B

corporalia et sex spiritualia: q lacte & melle: id est dul

exo.15.e cedine consolationis et cōpassionis sunt plena. Exo. Venerūt in helim vbi erāt duodeci fontes & septuaginta palme. Itē istis pmittūt septē montes immēsi id est septez sacramēta vel dona spūssancti: que scz rosas et lilia dicunt habere inquātū rosis & sanguine id est patientia martyrū et apostolorū: lilijs vero. i. mūdicia castitatis et nitore virginum & confessorū sunt multipliciter decorati. Psal. Montes in circuitu ei9

ps.124 a.

Sic igitur dico: q deus isti matri ecclesie et filijs seu deuotis fidelibus suis dat duodecim arbores quib9 cibantur: duodecim fontes quibus potant: montes vt in eis inter rosas & lilia spacientur. Unde Esa. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.

esa.12.a.

Vel

Aliter.

dic q duodecim arbores sunt prelati: qui duodecim apl'orum sunt imitatores: et fructibus bonorū operū: exemplorum et elemosynarum sunt subditorū et pauperum nutritores. Duodecim fontes sunt predicatores & doctores ecclesiastici. i. duodecim articulos credentes: lac et mel. i. dulcedinem scientiarum diffundentes. septem montes sunt viri religiosi contemplatiui sursum in celo mentaliter manentes: & rosa patientie lilijsque castitatis nitentes. Isti sunt igitur qui filios eccl'ie. scilicet fideles seculares simplices verbo et exēplo nutriunt: ipsos potant doctrinis et erudiunt: et eos recreant et reficiunt. Unde de ipsis dicitur: In riuis & cunctis sedibus terre: in pascuis vberrimis et in montibus excelsis israel erunt pascua eorū

ezec.34

Historia.

Hic docentur plura opera pietatis tam negatiue q affirmatiue. Viduam inquit iustifica: pupillo iudica: egenti da: orphanum tuere nudū vesti confra

Ec.c.b.

C.

ctum & debilem cura: claudū noli irridere: curare māncum: et cecum ad visionem claritatis mee admitte: senem etiam et iuuenē intra muros tuos cōserua. mortuos sepeli et dabo tibi sessionem primam. Breuiter quicumque opera predicta pietatis exequit/in prima sessione id est in eterna gloria premiari meretur. Unde dicitur in apocalypsi: Beatus qui habet partem

apo.20.

in resurrectione prima.

Capitulum quintum textus: De signis autem: Ecce dies venient: in quibus apprehendentur qui inhabitant terram in censu multo. Moralitatum. Capitulum. II.

Historia

Inter cetera que archangelus reuelauit Esdre prophete: hec quoque dixit: Relucescet sol subito noctu: et luna meridie: et de ligno sanguis stillabit: et lapis dabit vocem suam: et populi commouebuntur: et sperabunt in quem non sperant qui habitant super terram: et volatilia commutationem facient: & mare sodomiticū pisces reijciet: ignis frequēter remittet: bestie agrestes transmigrabunt regionem suam.

Moralitas.

Ista prophetia videtur proprie pertinere ad christum et ad tēpora eius quia tunc sol iustitie Christus dei filius noctu nascendo emicuit: luna perfecta in eternū: id est ipsius Christi humanitas

D

meridie. i. per longum vite sue signis et miraculis resplenduit: lignum crucis in passione sanguinem stillauit: lapis qui in morte eius fixus est: vocem: id est strepitum dedit: et tandem ille de quo nō sperauerūt habitantes super terram: id est iudei christus dei filius regnauit: incptum fidem multiplicans in regno

eccl.11.a

ecclesie imperauit. Unde Ecclesiastici: Insuspicabilis portauit diadema. Et Hiere. Regnabit rex & sapiens erit: et ignis charitatis per mundum eripit: volatilium: id est apostolorum cetus de iudea ad gentes transiuit: et sic de proprijs sedibus transmigrauit

hie.23.a.

Ipsum mare sodomiticum: id est iudea: mutata erit et amara: et pisces: id est viros deuotos et sanctos: id est apostolos repulit: et tunc grex ferarum syluestium et gentilium de regione sua: et de infidelitatis statu ad fidem catholicam transmigrauit Unde, Hieremias A volucre celi, vsque ad pe

hie.9.c.

Tropo cora transmigrauerunt. ¶ Uel dic moraliter/quan-
logia. do sol dem fidei ⁊ intelligentie/⁊ luna sue continue
gratie nocte ignorat. id est peccatorem illuminat: ⁊ me-
ridiem/id est ardorem sue concupiscentie refrigerat
⁊ humectat: tunc lapis id est cordis sui duricia vocē
confessionis emittit: lignum sue clementie sanguinē
benignitatis et elemosyne in pauperes effundit: ma-
re sodomiticū/id est sua caro immūda: pisces suos
id est delicias carnales reycit: volatile autem eius id
est omnis vanitas ⁊ superbia ab ipso recedit: ignis
E charitatis in eo succēditur: ⁊ bestie agrestes/id est be-
Dan. 4 stiales motus ab eo elōgantur. Unde illud Dan. Fu-
b. giant bestie que sub ea sunt/⁊ volucres de ramis eius
Eodem ¶ Hic dicitur q in aquis dulcibus salse inueniunt:
ca. c. et amici contra se inuicem pugnabunt: ⁊ abscondet
Mora- sensus/⁊ intellectus separabitur ⁊c. Ista hodie vidē-
litas tur impleta: q: semper in aquis dulcib9 salse inueniū
tur: id est cum personis bonis/ mali cum fidelib9 he
retici/cum domesticis pditores/cū simplicib9 detra-
ctores: iam igitur amici inuicem contendunt: sensus
⁊ ratio confunduntur: intellectus et sapientia hebetant
Esa. 29. Unde dicit Esa. Peribit enim sapientia a sapientib9 eius
e. et intellectus prudentium eius abscondetur.

¶ Ex eodem capitulo Textus: Dominator domine: ex omni sylua terre et omnibus arboribus ei9. Moralitatum Capitulū. III.

Esdras miro modo alloquitur dn̄m/dicens.
Histo- Dominator inquit dn̄e/ex omni sylua terre/
ria ex omnibus arboribus elegisti tibi arborē
vnam: ex omnibus vineis elegisti tibi vine-
am vnam: ex omni terra orbis elegisti tibi foueā vnā
ex omnibus floribus elegisti tibi liliū vnum: ex omni
bus abyssis maris repleuisti tibi riuū vnum: ex dib9
edificatis ciuitatibus elegisti tibi sion ex omnib9 crea
tis volatilibus nominasti tibi columbā vnā: ex cun-
ctis plasmatis pecoribus prouidisti tibi ouē vnam: et
ex cunctis multis populis elegisti tibi populū vnū
et ab omnibus probatam legem donasti huic quasi
Allego desyderanti populum vel populo. ¶ Iste vnitates vi
ria. dent posse applicari et exponi de vnitatib9 nostre le-
f gis: qr dn̄s ad litteram de cunctis mūdi syluis elegit
Job. 7. sibi arborem vnam scʒ crucem/vt in illa suspenderetur
e. Unde Job: Elegit suspendium ala mea/et mortē os-
sa mea. Unde de cruce canitur: Nulla sylua talē pfert ⁊c.
Item de omnibus vineis. i. de dibus mūdi sectis ele
git vineam/id est sectam vnam/christianorum scʒ: vt
in ea salutem operaretur. Psal. Uineam de egipto trā
Ps. 79 stulisti: eiecisti gentes et plantasti eā. Dux itineris fui
b. sti in conspectu eius/⁊ impleuisti terrā Item de om-
ni terra foueam vnā/id est sepulcrum vt in eo sepeli-
Ps. 131 retur. Unde Psal. hic habitabo/qm̄ elegi eam/ Itē
e. ex omnib9 floribus liliū vnum/id est virginē glorio
sam: vt sub ea obumbraretur/⁊ in ea delectaretur: qui ca-
Can. 2. nit in Cant. Ego flos campi ⁊ lilium conuallium. Itē
a. ex abyssis scripturarum elegit riuū vnum/scʒ sacrā scri
Ps. 55. pturā: vt in ea populus ipsius saciaretur. Psal. De tor
b. rente voluptatis tue potabis eos ⁊c. Uel riuuʒ/id est
4. Re. iordanem vt in eo baptizaretur. Unde dicitur: Uade
5. c. lauare septies in iordane Item ex omnibus volucri-
Can. 6. bus colūbam/id est ex omnib9 ecclesiis ecclesiā/scʒ ca
e. tholicā romanam vt in ea collocaret. Unde dicitur in
Can. vna est colūba mea. Itē ex dib9 pecorib9 ouē. i.
2. Regū ex omnib9 animab9 animaʒ christianā/vt ab ea ama
12. a. ret: Unde dicit: Pauper aūt nihil habebat nisi ouē
vnam. Item ex mundi populis elegit ppl'm vnuʒ scʒ
populum israel vt ab eo crederet. Unde amos: Filij isra
el nūmodo vos cognoui. Item elegit vnam legē/scʒ Amos.
fidem catholicam/vt mūdo notificaret. Unde Apo 3. a.
stolus vnus deus vna fides. ¶ Hic habemus q an- Ephe.
gelus loquēs Esdre reprehēdebat eū ex hoc q secre- 4. b.
ta dei nitebatur inuestigare de dn̄o ⁊ de prosperitate G
gentium cōqueri: ⁊ de filiorum israel captiuitate: la
bore et dolore: maxime cum ipse gētes nō essent filijs
israel meliores: sed potius nequiores. Hic igit circa
hoc alloquitur angelus Esdrā: dicens: Nunquid ma
gis diligis populum tuū q deus qui creauit illum?
Acsi diceret: Nō. ¶ Illud pōt induci contra illos qui
nō considerant occulta dei iudicia: ⁊ qui de miserijs Mora-
pauperū/⁊ de molestijs innocentium ⁊ de prosperita litas.
te malorum contra dn̄m cōqueruntur: qui illi deberēt co
gitare q ille qui creauit illos: dn̄s multo plus diligit
q aliqua creatura: ⁊ ideo nō debet hō ipsis magis cō
pati q̄tum ad pfundā meditationem: q ille eis com
patitur qui ipsorum habet curam ⁊ creationē. Unde
dicit Ecclesiastes: Si videris inquit calumnias ege-
norum: nō mireris: qr excelso excellentior est. Eccls. 5.
b.

¶ Ex capitulo quinto. d. Interroga eam que parit et dicet tibi. Moralitatum Capitulum. IIII.

Angelus loquens Esdre: volens ostendere
quanto mundus amplius senescit: tāto ho
mines sunt corpore minores: virtute debili Histo-
ores: ⁊ moribus nequiores: Introducit exē ria.
plū de muliere: que in iuuentute filios fortiores ge-
nerat q in senectute: qm̄ quidē mulier olutum par-
tus debilitatur in senectute: ⁊ per consequens debili-
ores pueri generant. Et sic dicit: q mūd9 iuuenis me- H
liores ⁊ maiores hoīes pduxit q nūc mundus senex
Ideo ad idē dicit: q ipsa priora meliora fuerunt Iō
Berū dicit: q quanto plus viuimus tāto plus pec-
cam9. Idē vō Esdras dicit: q q̄to inualidū seculū ad
senectutem tendet: tanto multiplicabuntur mala ⁊c. 4. Es-
dre 13. b

¶ Capitulum sextum Textus: Et dixit ad me: Initio terreni orbis: et antequā starent exitus seculi. Moralitatum. Capitulū. V.

Capitulo isto agitur de futura resurrectione Histo-
et dicitur sic: Anniculi infantes loquuntur ria.
vocibus suis: pregnantes immaturos pari
ent fetus: subito seminata loca apparebunt
non seminata et pulcra promptuaria subito appare-
bunt vacua: amici contra amicos preliabuntur: vene Mora-
fontium siccabuntur. ¶ Ista tempora videntur spi- litas.
ritualiter aduenisse: quia iam videmus quod pueri
anniculi: id est iuuenes homines ⁊ ignari iam sumūt
autoritatem loquēdi: multiloquio: stultiloquio pre
ceteris abundant: cum tamen dicatur Ecclesiastici
Adolescens in causa tua loquere vix. Pregnantes id Eccli. 32
est matres nostre prelati: laʒ immaturos fetus: id est b.
insufficientes et insipientes personas pariunt: semi-
nata loca ⁊ promptuaria plena: id est subditos diui
tes per rapinas vacuant. Iamq ad literam amici cō
tra amicos discordant: et vene fontium: id est fluen-
ta misericordie et gratie siccantur et hauriunt. Psal.
Diruoisti fontes et torrētes: tu siccasti fluuios ethā. Ps. 73.

¶ Ex eodem capitulo sexto Textus. b. Et videbunt qui recepti sunt homines Moralitatum. c.

a litatum Capitulum. VI.

Histo- Hic consequenter dicitur ꝙ finaliter delebi-
ria. tur malū: extinguetur dolus: florebit fides
vincetur corruptela: ostēdetur veritas / que
sine fructu fuit tēporibus tantis. ¶ Ista fue
Mora- runt verificata in tempore primitiue ecclesie: nūc vero
litas. recesserunt. Ad illa tamen allegare potes si vis: ꝙ ista
debent inueniri in nobis christianis / ⁊ maxime eccle-
mat.5.c siasticis: quibus dicitur: Nisi abundauerit iustitia ve-
stra plus ꝙ scribarū ⁊ pharisẽorum / non intrabitis in
regnum celorum.

¶ Ex capitulo sexto.c. Et die secundo creasti spiritum firmamenti. Moralitatū Capitulum. VII.

Histo- Hic ponit Esdras alloquendo dominum / ꝙ
ria. deus ante dixit: Congregentur aque in locū
vnū: posuit aquas congregatas in sexta par
te terre: supposuit terras esse septies maiorē:
quod est falsum. Item posuit ꝙ deus creauit duas ma
ximas animas a principio: nomen vni enoch / nomen
alteri leuiathan. Enoch autē dedit in habitationem
partem terre sicce / vbi sunt mille montes. Leuiathan
vero in habitationē dedit septimā partē aque. Nescio
quid vult dicere: ⁊ ideo trāseo. Credo tamē ꝙ ex istis
verbis potuerunt iudei accipere occasionē errandi: q
Anilis ponunt Leuiathan esse piscem totū mundū circumeū-
halluci- tem: quem eis Messias comedendū dabit: nec dimi-
natio nuetur tamē (vt aiunt) aut cessabit. Ista igitur sunt ali-
B ter exponenda: sed nihil ad presens de sensu litere: qr
nō quero nisi mores ⁊ moralizationes ꝑscrutari atq
Anago- moralia. ¶ Hic videtur ponere angelus loquēs Esdre:
gia. ꝙ futurū seculum / id est paradisus seu hereditas bea-
torum similis estimari spacioso / precruptis faz rupibus
circūsepto: vbi tamen est strictus introitus / ad modū
fluminis factus: ad qd per iter angustum plenū peri-
culis / necessario habet intrare / quicunq ad istud mare
voluerit nauigare. Cōparat etiam istam hereditatem
cuidam ciuitati in pulchra ⁊ spaciosa planicie cōstitu-
te: ab vna tamē parte aqua circūdate / ⁊ ab altera igni-
bus circumsecte: vbi solus patet ingressus solum ad
vestigium vnius hominis: vel districtus inter ignem
⁊ aquam per mediū constitutus: ⁊ quicunq voluerit
hereditatē / ciuitatē vel planiciem subintrare: necesse
est per istud angustū periculū pertransire. Quod de-
clarādo possumus addere: qr pro certo paradisus di-
citur mare / propter inexhaustibilem abundantiā: di-
citur ciuitas. i. ciuiū vnitas / ꝓpter indiuisibilē cha-
ritatis amicitiā / ⁊ concordie colligantiā: dicitur plani-
cies / ꝓpter delectabilē amenitatē: dicitur spaciosa / ꝓ-
baruch. pter interterminabilē quantitatē. Unde: O Israel ꝙ
3.f. magna est domus dei. Sz reuera ad illud mare seu ad
illam ciuitatem valde difficilis est accessus. Est enim
necesse transire ꝑ arctā semitā iustitie / inter scopulos
⁊ asperitatem tribulationū / inter gentes cupiditatū
C ⁊ malarum inflammationū / ⁊ inter aquas voluptatū
Ec.15.d. ⁊ malarū delectationū. Unde dicit: Ignem ⁊ aquam ap
posui tibi: ad qd volueris extende manū. Oportet igi
tur ꝙ hō sit cautus / vt ꝑ arctā semitā iustitie trāseat:
ne forte in aliqd ꝑdictorū periculū incidat: ⁊ ad he-
mat.7.b reditatē glorie nō attingat: sicut dicitur in euangel. Arcta
est via que ducit ad vitā: ⁊ pauci ingrediuntur ꝑ eam.
Tropo- ¶ Uel dic ꝙ pericula q facultatē vie celestis ⁊ salutis
logia. impediūt: significant eminentias / diuitias ⁊ delicias.
Scopuli enī eminentias significant: ad quas diffici-
lis est ascensus: facilis tamen ⁊ periculosus est casus.
Ignis significat diuitias: q scz suos possessores vrūt:
⁊ eos ꝑ auaritiam fatigant ⁊ incēdūt. Aqua vero signi-
ficat delicias / q suos amatores mergunt: ⁊ eos ꝑ vina
putrefaciūt ⁊ corrumpūt. Caue igitur q arctā semitā
religionis / iustitie ⁊ penitentie ꝑgrederis: vt ita recte
transeas: ⁊ vt ita iuste ⁊ sancte viuas: ꝙ ista pericula ꝑ
affectum ⁊ desyderiū nō impinguas: ne forte ꝑ super
biā / auariciā ⁊ luxuriā pereas / ⁊ ab ingressu glorie re
trocedas. Unde Esa. Hac via ambulate: non declinetis esa. 30.c
ex ea / nec ad dexterā nec ad sinistram. ¶ Nota etiam
ꝙ hic dicitur ꝙ introitus huius seculi sunt periculosi
dolētes / mali ⁊ periculorum pleni. Istud applicatur ad vi
tā presentē ꝑ quā ingrediuntur in hunc mundū.

¶ Capitulum septimum Textus: Et factū est cum finissem loqui verba hec. Moralitatum. Capitulum. VIII.

Hic ponitur illa prophetia de christo: que a
pluribus doctoribus allegatur: Ecce inquit
tempus veniet / ⁊ apparebit ciuitas: ⁊ osten- D
detur que nunc subducitur terra: reuelabitur fi- Histo-
lius meus Iesus cū his qui cū illo iocundabuntur: qui ria.
relicti sunt in annis quadringētis: ⁊ erit post annos
illos / mouetur filius meus iesus: ⁊ hores qui spira-
men habent omnes: ⁊ cōuertetur seculū in antiquū silē-
tiū diebus septem: vt fuit in diebus prioribus initijs:
⁊ post septē dies excitabitur quod nondū viuit seculū /
⁊ morietur corruptū: ⁊ promptuaria reddent que eis cō
mendata sunt animę ⁊ reuelabitur altissimus sup sedē
iudicij: ⁊ pertransibunt miserie / ⁊ fides cōualescet: et
post subsequetur / ⁊ merces ostendetur: iustitie vige-
bunt / ⁊ iniustitie nō dominabuntur. ¶ Ista ad literam
videntur dicta de aduentu christi: qr ꝙtū ad primū ad-
uentū scz in carne / numeratur tēpus qd fluxit a tempore Allego-
illius visionis vsq ad tēps incarnationis / scz quadrin ria.
gentorum annorū: ⁊ videtur idē esse tempus quod nu-
meratur a Daniele. Sub Nabuchodonosor ⁊ Balta-
sar ꝓphetauit. Iste autē Esdras sub Cyro ista vidit:
⁊ q post Nabuchodonosor cito regnauit. Ista ē igitur dan.9.f.
veritas ꝙ post quadringentos annos a tempore isti- dan.11.ꝑ
us visionis dei: filius Iesus christus fuit reuelatus ⁊ totum.
natus: ⁊ tandē fuit mortuus ⁊ occisus. Finaliter autē
omnis hō spirans ⁊ viuens morietur: ⁊ corruptibile se-
culum dissoluetur. Unde illud Eccli. Omne opus cor
ruptibile in fine deficiet: ita ꝙ ꝓpter carentiam homi
silentium antiquū quod fuit ante creationē animaliū Ec.14.c
ante seculū reuertetur. Unde legitur. Multi morien-
tur: in omni loco proijcietur silentium. Tandem post
septem dies / forte ad literam quod nō assero: vel saltē E
post septem dies. i. in fine septime etatis nouum secu- Amos.
lum suscitabitur: ⁊ promptuaria / id est repositoria ani- 8.a.
marum. i. paradisus / purgatoriū ⁊ infernus animas
cōmendatas ad resurrectionem euoment: ⁊ sic in iudi
cio sedebit altissimus: ⁊ merces suas singulis osten-
det: ⁊ opus ꝑmium subsequetur: tunc autem fides ⁊ iu-
stitia in conscientia preualebunt: ⁊ omnes iustitie do-
nabuntur. Ista tamen de numeratione temporis ⁊ an
norum / que fluxerunt inter Esdram ⁊ christum / preci-
se non assero: sed lectorem ad Bedam super Dan. et
glossas doctorum remitto.

¶ Capitulum octauum textus: Et respondit ad me et dixit: Hoc seculum fecit altissimus propter multos futurū autem propter

Aliter, uenerit vigilantes/scz ad predandũ. ¶ Uel dic etiã/ q isti officiales dñ domini sui hebetes in delicijs de- lectant: ⁊ de regimine terre sue nihil aut modicũ me- ditantur: isti ad vtilitatem propriã vigilantes/ad' q̃s- dam preparant panẽ liberis. ¶ Uidit Esdras, aquilã
Eod.ca. magnam que tria habebat capita/duodecim alas/et
historia octo subalaria: que scz e contrario alarũ penne, sunt orte: q̃ tandẽ in octo paruas alulas/quas vocat octo pennacula/sunt distincte: et expandebat aquila alas suas super omnẽ terram: ⁊ omnes venti terre insuffla- bant ad eam. Factum est q omnes iste penne tempo- ribus suis regnauerũt: ⁊ tandem successiue vna post aliam defecerunt. Ipsa etiam capita tria quiescebãt: ⁊ vnũ erat maius alijs: quod euigilans per totum mũ dum regnauit: ⁊ post hoc non comparuit: de alijs vo duobus vnũ quod ad dexteram erat/reliquum deuo- rauit: de corpore vero aquile/nõ de capitibus vox exi- bat. Post hoc autem exiuit leo de sylua rugiẽs: ⁊ vo- cem hominis ad aquilam mittẽs dicebat: Nonne tu es qui separasti de quatuor animalibus: ⁊ totum mũ dum tenens/potestatẽ cum labore ⁊ dolore possedisti ⁊ tribulasti mansuetos: lesisti quiescentes: dilexisti mẽ daces: destruxisti fructificantes: afflixisti tibi non no-
C centes: ⁊ ideo ascendit contumelia tua ad altissimuz/ ⁊ respexit superba tẽpora: ⁊ ecce finita sunt. Propter quod nõ appares aquila/⁊ ale tue horribiles/⁊ penna cula tua pessima/⁊ capita tua maligna/⁊ vngues tui pessimi/⁊ totũ corpus tuum/vanum perierunt: vt re- frigeret terra liberata de manu tua. Quibus dictis/ ecce totum corpus aquile incendebat: ⁊ ipsa nequaq̃
Allego- amplius videbat. ¶ Quãuis ista mirabilis aquila mul
ria. ta significare possit: sed tamen ex sequẽti expositione potest iuniri istam esse romanũ imperium: cuius ini- tium/progressum ⁊ terminũ designauit. Illud enim imperium proprie cõparatur aquile: tũ quia rapaci- ter vixit: ⁊ per suam rapacem violentiam altius cete- ris volauit: ⁊ cunctis mundi auibus/id est cũctis ho minibus imperauit: ita q omnes venti celi ad eaz in- sufflabãt: hoc est/q omnes iurisditiões seculi ab hoc imperio dependebãt. Psal. Dominabitur a mari vsq3
ps.71.b. ad mare: ⁊ a flumine vsq3 ad terminos orbis terraruz. Ista igitur habuit capita pessima/alas horribiles/ subalaria maligna/vngues etiam acutos. Et reuera imperium romanum habuit quosdam imperatores monarchas/qui fuerunt sicut capita: quosdã habuit minores ad currendum per mundum/⁊ acquirenduz terras/⁊ ad populos subiugandum agiles ⁊ feroces/ qui fuerunt sicut ale: habuit etiam inferiores princi- pes/sub alis.i.sub imperatoribus militantes: qui di- ci poterãt merito subalares. Et forte qui bñ vellet de- ducere/inueniret tria capita.i.tres solos monarchas
D fuisse: duodecim alas.i.duodecim magnos impera- tores successisse: sicut etiam Suetonius fecit librum de duodecim cesaribus: nũc vo subalaria/id est mo- dice virtutis imperantes restare. Sed quicquid fue- rit de numero: constat q omnes terribiles ⁊ horribi- les fuerunt: vngues rapacitatis ⁊ violentie acutissi- mos habuerũt: quapropter populus super quem re- gnauerunt/tempore suo defecerũt/⁊ vt communiter gla dio perierunt: ⁊ vnum caput reliquum deuorauit/in- quantum inter se quandoq3 prelium habuerũt: sicut patet de Iullo contra Caium/⁊ de Pompeio contra Antonium. Uox enim.i.lis ⁊ controuersia de corpo- re ipsius imperij sepe prodijt: sicut in bellis ciuilibus apparuit: propter quod ipsa aquila semp in deterius

procedendo successit: ⁊ sua potentia semper decrescẽ- do defecit/sicut patet: quia de capitibus ad alas/de alis vero ad subalares transiuit. Unde Dañ. Habe- bat alas aquile super se: ⁊ respiciebam donec auulse Dañ.7.a sunt ale eius. Sed pro certo leo de tribu iuda dei filī- us/de sylua inculta.i.de virgine maria proueniẽs: istã fortem aquilam/romanũ scz imperiũ redarguit ⁊ re- prehendit: ⁊ eius potentiam violentam/que totum orbem turbauerat ⁊ oppresserat/a tempore aduentus sui reprehendit/et terram de suis manibus liberauit ita q iam sicut videmus/totum corpus eius tribula- tionibus incenditur: ⁊ ipsa quasi penitus euanescẽs/ vix inter impia hodie cõputatur. Unde Dañ. Lapis Dañ.2.e. enim de monte cadens/statuaz babylonis destruxit: quia christus de celo veniens: huius imperij potentiã E eneruauit: ⁊ ideo de illo leone bene dicitur: Uicit leo apo.5.b de tribu Iuda radix Dauid. ¶ Uel dic q aquila signi Aliter, ficat rapaces ⁊ superbos principes ⁊ tyrãnos: qui ha bẽt capita: id est malos capitaneos ⁊ consiliarios: alas: id est superbos iudices ⁊ officiales: subalares: id est malos domesticos ⁊ familiares. Omnes enim dicũ- tur pessimi: terribiles: horribiles et maligni: omnes etiaz dicuntur vnguibus ⁊ rapinis: cõpunctionibus ⁊ crudelitatibus cõmuniti. Sed pro certo isti paruo tempore perseuerant: quia postq̃ aliquãdiu regnaue- runt: id est postq̃ officia sua aliquãdiu tenuerunt: vel multa commiserũt: omnes successiue pereunt: ⁊ spũa- liter immo etiam temporaliter cito deficiunt ⁊ succũ- bunt. Psal. Uiri sanguinum ⁊ dolosi nõ dimidiabũt ps.54.d dies suos. Ipsa etiam capita.i.ipsi maiores ⁊ capita nei inter se inuicez per ambitionẽ ⁊ inuidiã discordãt ⁊ se alternatim aliquotiens destruunt ⁊ impugnant. Ipsa etiam rapax aquila.i.ipse tyrãnus finaliter tri- bulationibus succẽditur: ⁊ mediante leone christo et eius occulta iustitia de medio tollitur: ita q de ipso capitibus alis subalaribus: id est de ipso ⁊ suis rapa cibus ⁊ iniquis fautoribus: ministris ⁊ familiaribus nihil penitus reperitur. Psal. Uidi impiuz superexal ps.36.e tatum ⁊ eleuatũ sicut cedros libani: transiui ⁊ ecce nõ erat quesiui eum: ⁊ nõ est inuentus locus eius.

¶ Capitulum decimumtertium Textus: Et factum est post dies septem et somniaui somniũ nocte. Morali. Capi. X

Esdras de nocte somnians/vidit quendam hominem ascendentem de mari/⁊ sursum cũ F celi nubibus aduolantem: et vidit q homo historia iste cõualescebat: et vbicunq3 vertebat vultũ/ tremebant omnia: ⁊ vbicunq3 exibat vox eius/exarde scebant omnes qui vocez eius audiebant. Et cũ innu- merabilis multitudo contra illum conuenisset: sculp- psit sine manibus montem vnum: ⁊ volauit continuo super istum. Et cum nõ haberet in manu vas aliquod bellicosum/emisit de ore suo flatũ ignis/de labijs suis spiritum flamme/de lingua sua scintillas ⁊ tempesta- tes: ⁊ succẽdit hos subito: ita q solum cinis/puluis ⁊ odor fumi de ipsis omnibus apparet: ⁊ vocat ad se mul titudinem aliam pacificam: ⁊ ducebãtur ad eam mul ti alij qui testes veniebant: alij qui ligati erant. ¶ Re- Allego- cte videt q iste homo sic nocte visus est christus dei ria. filius nocte natus. Ille enim de mari.i.de maria vir- gine natus: ⁊ nubibus celi.i.purissima humanitate velatus mire potẽtie per mundũ volitans apparuit: ita q quicquid seueriter respexit/tremore mirabili p- cussit. Sicut apparuit quando in templo vendentes mat.21 b

⁊ ementes eijciebat: vbi s͞m doctores splendor ⁊ maie
stas eius vult⁹ alios deterrebat. Sicut etiā apparuit
ioā.18.a in eius captione: vbi audita voce eius satellites terri
amos.3.b. ti ceciderunt. Unde Amos: Leo rugiet/quis nō time
bit? Uox etiam ⁊ predicatio eius auditores per cha
ritatem inflāmabat: ⁊ eos per desyderia bona ardesce
lu.24.e. re faciebat. Unde Luc. Nōne cor nostrum ardens erat
in nobis ⁊c. Post tamen multitudo iudeorum innu
merabilis contra eum conuenit: ita ꝙ morte interue
G niente ipsum ad montem sculptum ⁊ politum/scʒ ad
paradisū per ascensionem recedere ⁊ euolare fecerunt
Ubi cum videret multitudinem/id est vniuersos/taʒ
iudeos ꝙ gentiles contra se per infidelitatem insiste
re/legem eius repellere/⁊ eum in suis fidelib⁹ multi
pliciter impugnare: ignem spiritussancti in die pen
tecostes de ore eius misit: virtute cuius inimicos suos
infideles conuertens/ipsos in cinerem ⁊ puluerem p
Lu.12.f. humilitatem mutauit. Unde Luc. Ignem veni mitte
re in terraʒ: ⁊ quid volo nisi vt ardeat? Et sic finaliter
ad eum multi ducti fuerunt per sanctorū predicatio
nem: quidam videlicet gaudentes per spei cōsolatio
nem: quidam tristes per timorem ⁊ cōtritionem: qui
dam ligati per charitatē ⁊ dilectioneʒ: ⁊ istorū multi
tudo pacifica dicit per vnitatem ⁊ cōcordiam. Unde
2.co.6.b dicit Paulus apostolus: Quasi tristes/semper aute
esa.45.c ⁊ gaudentes. Et Esa. Uincti manibus post te current
Aliter. ¶ Uel dic ꝙ talis homo significat bonuʒ prelatum:
quia vere ad ipsum pertinet ꝙ habeat in vultu venustā
autoritatem: quam videntes p̄ reuerentia terreant in
verbis/ore ⁊ labijs ardentem/feruentē verbositatem:
quam audientes ad bonum inflammentur. Requirit
etiam ꝙ a facie impugnationū suarum/scʒ tribulatio
num ⁊ tentationū/ascēdat in montē paradisi/scʒ con
templando ⁊ orando/vt ab ipsis liberet. Iteʒ ꝙ ignes
seueritatis :asperε correctionis ⁊ reprehēsionis de ore
suo: etiam si necesse sit/tempestatem tribulationū mit
tat in talibus/vt corrigant ⁊ puniantur: ⁊ vsq ad cine
H rem ⁊ puluerem. i. vsq ad sui cōsyderationē/⁊ sue reso
lutionis meditationem humilient: ⁊ ꝙ cōgregationē
pacificam tam gaudentium ꝙ tristium ꝙ etiam liga
torum. i. congregationem bonorum tam desolatoruʒ
ꝙ letantium ad se conuocent/vt secum gaudeant ⁊ le
Esa.11.a tentur. Unde dicitur: ꝙ spiritu oris sui interficiet im
Dan.7.c pium: ⁊ arguet in iustitia pro mansuetis. Unde Dan.
fluuius igne⁹ rapidusq egrediebat a facie eius. Ad
quod videtur etiam facere illud quod infra scribitur
4.Esdr. vbi esdre in persona prelati vel cuiuscunq iusti dicitur
14.b. sic Corripe populum tuum: consolare humiles eoruʒ
renuncia iam corum procelle: dimitte mortales cogi
tationes: eijce a te pondera humana: festina transmi
historia grare a temporibus his. ¶ Hic ponitur vnum quod
de deceʒ tribubus israel/que p Salmanasar regem as
syriorum antea fuerant captiuate/dicitur. Hic enī po
pulus in Babylonem ⁊ in Mediā translatus/ppter
suam idolatriam ⁊ peccata: dolens ⁊ penitens dispo
suit inter gentes non habitare: sed in quandā regio
nem remotissimam/que scʒ per iter vnius anni ⁊ dimi
dij distabat: ⁊ in qua nullus hominum adhuc intra
uerat/se transferre: vt separati a gentibus possent sua
legitima que in terra sua non seruauerunt/custodire.
Isti igitur multis diebus peragrantes regionem ob
sitā montibus inuenerunt: in qua nullus patebat in
gressus/nisi per euphratē fluuium intra angusta mō
tium transeuntem introierunt: sed diuina potētia flu
uius stetit seu arescebat: ⁊ sic populus interius subin

trauit: statim vero fluuius ad suum alueum reuers⁹/
populum in locum illuʒ montibus obsitum interclu
sit: populus ibi mansit. In fine tamē temporū (vt ait) A
iterato vene illius fluuij scaturient: et iter eis diui
na virtute aperietur/⁊ ad filium dei pacifice colligen
tur: regio autem illa vbi nunc sunt arzaret nuncupat.
Quāuis ista videntur pati ecclipsim: ex hoc ꝙ vel ori⁹
fluminis Euphrates non distat a medio vbi popul⁹
ille translatus fuerat: non solum per annum cum di
midio/immo nec per mensem: cuʒ in montib⁹ caspijs
prope arcam noe dicatur oriri. Quinimmo etiam nec
totus mundus per iter anni cū dimidio duraret in lō
gum/dum tā homo posset continue ⁊ quotidie dietib⁹
competentibus pagrare: de hoc tā nihil ad presens:
Iosephus autem de deceʒ tribub⁹ aliter videt sentire
sicut recitat Comestor in scolastica historia. Dicit enī
ꝙ duʒ Alexander partes persidis ⁊ medie peragraret:
venerūt ad ipsuʒ ppli animo redeundi ad terrā israel
de qua translati erant/licentiam postulantes: qui au
dita causa translationis: ⁊ q̄ deum suum qui tot si
bi cōtulerat beneficia/reliquerant indignat⁹/nō solū
licentiā non dedit/sed eos inter mōtes caspios inter
clusit: ⁊ muris validissimis de montibus ad montes
ptensis/ipsos includere attentauit. Uerū vt dicit ibi
dem: labor humanus ad premissa nō sufficiebat: ergo
rogabat deum quē ipsi dereliquerant/vt implere vel
let quod desyderabat. Sic igitur dei potentia factum
est/ꝙ in conspectu principis terremotu facto montes
accesserunt: ⁊ ingrati populi sunt inter montes inclu
si: ⁊ inter gog et magog. i. inter castra sic nolata vsq
ad tempora iudicij sedes suas acceperūt. De istis aūt B
castris gog ⁊ magog/vbi sita sunt non legi: nisi quia
in descriptione sphere seu in tractatu de theorica pla
netarum recolo legisse me/ꝙ hec sunt in septimo cli
mate in septētrionali sita latere: quod etiam videtur
scriptum in descriptione mappe mundi. ¶ Sed cū de Moral
istis nihil ad sensuʒ moralē possit deseruire: ⁊ propter itas.
hoc si vis moralizare illud primum quod hic scribi
tur: Dic pro certo ꝙ sic debet facere penitēs sicut iste
Uidens enim petōr populus/qui de terra israel per
latus est in babylonem. i. in statu gratie in petm: de
bet dolere ⁊ penitere/⁊ per penitentiam de medio gen
tium. i. de potestate demonum se subtrahere: ⁊ regio
nem remotam. i. desertuʒ penitentie ⁊ religionis que
rere/⁊ per fluuiū lachrimarum intrare: ⁊ sine exitu ibi
stabiliter permanere: ⁊ sic quilibet talis potest cōpa
rari illi de quo dicitur: ꝙ homo quidā abijt in regio Lu.19.b
nem longinquam accipere sibi regnum. In fine autē
iste fluuius lachrimarum ⁊ tribulationum penitētiū
siccabitur: ⁊ iter ad altitudineʒ paradisi parabit: ⁊ de
angusto loco mundi vel corporis penitēs ad celestia
deferetur. Unde. Iustus de angustia liberabit. ¶ Il pro.11.b
lud autem quod dicit Iosephus /potest allegari ad Aliter.
hoc: ꝙ isti qui de beneficijs acceptis ingrati sunt: ⁊ be
nefactores suos siue sit deus siue sit homo/effugiunt
relaxationē seu gratiam habere non debent: sed pori⁹
arctius includi ⁊ puniri merētur. ¶ Uel hoc applica Aliter.
ad beneficium orationis: qi scʒ deus ad p̄ces vni⁹ pa
gani montes transtulit: ⁊ principis crudelis precib⁹
satisfecit: multo fortius fideliū preces exaudit/qñ cor
deuotorum preces huiusmodi sibi fundit. Ideo dicit
Mat. Amē dico vobis: quidquid credentes petitis/ mat.21.c
accipietis ⁊c. Ad illud quod Rabanus lib. suo de na C
turis rerum lib. v. capitulo. iiij. ⁊ multi alij doctores
dicunt de Esdra: ꝙ legem domini ⁊ prophete libros

qui per

qui per chaldeos succensi fuerant / reparauit: facit qđ hic legitur ca.xxiiij. ¶ Dicitur hic q̄ Esdras querbat qualiter post mortem suam nasciturus populus mādata dei faceret / cum lex dei incēsa fuisset: propter qđ quid faciendū / et q̄ fuissent opa dei / de cetero nullus sciret: rogauit dominum vt sibi spiritumsctm̄ immitteret: ita vt leges et libros perditos diuinitus recuperare valeret. Angelus igitur lucernā intellectus sibi dare promittit: et per quadraginta dies a populo se abscondit: vna cū scriptoribus sibi dixit. Quo facto calix plenus aqua coloris ignei / esdre p angelum porrigitur: quo bibito / statim intellectus: sapientia et memoria sibi datur. Sed igit Esdra dictante / et in spū loquente: lex et pphete a quinqꝫ scriptorib9 scribunt: et sic infra quadraginta dierū spaciū plenarie restituitur. Angelus aūt in lege populū iubet edoceri / et quedā iubet palā fieri. Quedam inquit palam facies: quedam sapientib9 abscōdite trades. Scriptores igitur p diez scribebant / nocte vo comedebāt. Esdras aūt p diez loquebat et dictabat: nocte etiā non tacebat. ¶ Ista phe

Moralitas.

applicari ad hoc: q̄ necesse est vt intellectū / sapientiā et memoriā spiritualē quis habeat: ad hoc q̄ legez diuinam / id est diuine legis intelligentiā cōsequatur: qꝛ scꝫ homo se debet a cōmuni taꝫ hominū q̄ negociorum / q̄ etiam cogitationū more secernere / et secretū solitudinis mētalis intrare. Debet etiā quadraginta dieb9: p

D

quos stat9 penitētie innuit ibidē: et in statu penitētie et abstinentie pseuerare: qꝛ reuera illi soli diuinas reuelationes pcipiūt / qui quadragenā penitētie obseruare nouerūt: sicut exēplū de moyse habem9: qui quadā vice quadraginta dieb9 i mōte cū dn̄o stetit: et legē dn̄icam accepit. Ascende ad me in montē / et esto ibi q̄draginta diebus. Alia aūt / scꝫ q̄ angelus inspiratus loquitur: et q̄ etiā quedā sunt in lege et in scriptura q̄ publice phe dicit omnibus: alia que secrete sunt dicenda soluꝫ sapientibus / p se patēt. In capl'is q̄ sequunt / multa de futuro iudicio continent. Sed qꝛ nil ponit per modū visionis: ideo non inueni quod ad aliquid applicabile iudicauerim.

¶ Moralitatum libri quarti Esdre finis.

Moralitatum liber decimusseptimus super Tobiam.

¶ Capitulum primum textus: Tobias ex tribu et ciuitate neptalim: que est in superioribus. Moralitatum Ca.I.

historia

TObias de tribu et ciuitate neptalim cum esset iunior / et oēs irēt ad vitulos laureos adorādos: h sol9 fugiebat cōsortia hoim: et pergebat dn̄m adorare ad templū suū in hierusalē. Cū vo factus fuisset vir / accepit vxorē de tribu sua / et genuit

E

ex ea filiū: quē ab infantia timere deum docuit / et abstinere ab om̄i pctō: finalr in captiuitate posit9 / de cibis gentiliū nō comedit: et cū ꝯtribules et amici ei9 passim comederēt: ipse / vxor et filius abstinebāt: desolatos cōfortans circuibat / monita salutis dando. Cūqꝫ monita salutis suis captiuis daret: esurientes alebat: mortuis sepulturam pbebat: quapropter in ꝯspectu Salmanazar regis gratiam inuenit: qui ipsum pluriműꝫ honorauit: a Sennacherib vero crudeli tyranno tribulationes plurimas sustinuit: et occidi etiam iussus fuit. ¶ Tobias qui interpretat conuersus: in omnib9

Tropologia.

istis typum gerit boni secularis / qui ad vniuersa pietatis opera se conuertit: quia licet iste sit inter idolatras. i. inter malos seculares / qui idola et boues aureos. i. peccata / et aurum et argentum per auaritiam colunt: ipse tamen deum colit et diligit templum eius per deuotionem frequentat: et idolatria contribulium. i. vitiorum cultum fugit: et spernit: et filios suos in timore dei instruit: ciboſqꝫ gentilium. i. delicias carnales abhorret: et se immaculatū custodit: et dato q̄ qñqꝫ contingat ipsum captiuitatē et tribulationem incurrere: non cessat tamen captiuos et turbatos consolari / indigentibus necessaria largiri / mortuis sepulturam dare: et pietatis opera preparare. Quapropter pro certo sepe ad literam prouenit / q̄ regum et principuꝫ deo faciente gratiā et beniuolentiā acquirit: et ecōtra qñqꝫ ad maioreꝫ sui probationem / sennacherib id est tyrannorum maliuolentiā et tribulationem incurrit. Multe enim tribulationes iustorū sunt: sicut et isti dictum fuit infra per angelum: qꝛ acceptus erat deo / necesse fuit vt tentatio probaret te.

f ps.33.d. tobie.12.c.

¶ Capitulum secundum textus: Post hec vero cum esset dies festus domini. Moralitatum Capitulum. II.

CUm quadaꝫ die Tobias fatigatus de sepulturis occisorum / quos per plateas niniue iugulatos inueniens abscondebat: et nocte contra mandatum regis sepeliebat: propter quod interfici iussus fuerat / iuxta parietem obdormiuisset: accidit q̄ ex nido hirundinū stercora calida super oculos eius caderent: et ipsum penitus excecarent. Qui plaga cecitatis percussus / nō est iracundia motus: sed magis per patientiā ad gratiarūactionem puectus. ¶ Ista allega exemplariter / q̄ iustus tribulationibus nec fortuitis seu infortunatis casib9 nō debet turbari: sed potius quicquid sibi accidat / debet in dei iustitiaꝫ reducere / et se iuste pati dicere: et patienter cum gratiarūactione omnia sustinere: exemplo Job. qui dicebat: Dominus dedit dn̄s abstulit. Non enim contristabit iustum quicquid ei acciderit. Sepe etiā accidit / q̄ iustus vltra voluntatē tyrānorūꝫ opera misericordie exequitur: dicens ipsi sennacherib. i. ipsi tyranno illud Act. Obedire deo oportet magis q̄ hoibus. Et tamen talis vt communiter citius et facilius in fortunijs flagellatur. Quē enim dominus diligit / corripit: et quasi pater in filio / sicut dicit sapiens in eo delectatur. ¶ Uel dic q̄ Tobias est homo: qui qñqꝫ aduertens ad parietes. i. ad mundi negocia se deflectit: qñqꝫ in delicijs et psperitatibus delectatur et dormit. Hirūdo vo diabolus / q̄ more hirūdinis in aere i. in superbia pascitur: hō hoc vidēs / stercora diuitiarū in oculis cordis eius per concupiscentiam pÿcit: et sic visum spūalis visionis seu discretionis et sapientie / necnon lumen diuine gratie sibi tollit: et cū p auariciam excecat et peruertit: ita q̄ in illis que ad deuꝫ et ad salutem pertinent ipsum totaliter cecū reddit. Uñ tales q̄ iuxta parietē terrenarum possessionū p auariciam excecantur / vident posse dicere illud Esa. Palpauimus quasi ceci ad parietem: et quasi sine oculis attrectauimus. Ille enī qui fatigatus ad sepulturas dormitionē acceperit. i. ille q̄ in bonis operibus difficultatē et lassitudinē delectabiliuꝫ querit: et ab hmōi

historia

Moralitas.

Job.1.d

Act.5.c.

pro.3.b.

Aliter.

E

esa.59.

bonis ⁊ pijs operibus cessat ⁊ quiescit: talis dico cecitatẽ vitiorũ incurrit/⁊ lumen gratie perdit: q̃d tamen nullatenus perdidisset/si infatigabiliter in bonis operibus vigilasset. Nõ oportet igit in bonis operib⁹ fatigari/nec p malam cõplacentiam dormire/aut in vi-
1. Thes. 5. a tijs ⁊ in psperis delectari. Apłs Non dormiam⁹ sicut ceteri/sed vigilemus ⁊ sobrij simus.

¶ Capitulum tertium Textus: Tunc Tobias ingemuit. Moralitatum Capitulum. III.

historia Tobias vt supra inter idolatras dominũ querebat: ⁊ bonis operibus deo insistebat: qui postq̃ filiũ habuit/excecatus est. Filius v̾o eius associato sibi raphaele angelo/in rages
b ciuitatẽ medorũ p recuperandis decẽ argenti talẽtis descẽdit: vbi Sarã filiã raguel/que scʒ septẽ viros habuerat: quos tamẽ demoniũ nõie asmodeus occiderat/in vxorẽ assumpsit: ⁊ eam a demonis potestate liberauit: ⁊ eam in domũ patris ceci cũ magna substantia secũ duxit: quẽ canis associans reuerentem pcessit. Ille etiam piscẽ qui eũ deuorare voluerat occidit: ⁊ cũ felle eius patrẽ cecũ ad cõsiliũ angeli finaliter illuminauit: sicut omnia illa apparent infra. vj. xi. ⁊ xij. cap.
¶ Et hic Beda per Tobiã allegorice populũ iudeo-
Allegoria. rum intelligit: qui in principio sol⁹ deũ coluit ⁊ amauit: ⁊ inter gentiles ⁊ idolatras sol⁹ fide ⁊ bonis operibus deo seruiuit. Amos: Tantũmodo vos cognoui
amos. 3. a ex omnibus gentibus domus Israel. Verũtamẽ iste postq̃ filium suum/id est christum de israel ſm carnẽ natũ produxit aut genuit/p infidelitatẽ excecatus est: inquantũ scʒ fidẽ Christi recipere recusauit. Sara v̾o que in rages medorũ habitabat/id est gentilitas que in mũdo vagabatur: cuius viros ⁊ doctores ⁊ magistros per infidelitatẽ ⁊ idolatriã diabolus occiderat: ab ipso iuniore Tobia ⁊ angelo secũ iuncto. i. ab ipso christo cum angelo/id est cum dei filio copulato fuit liberata: ⁊ in domo Tobie ceci/id est in ecclesiaʒ loco
Cañ. 8. a excecati iudaici populi substituta. Cañ. Apprehẽdam te/⁊ ducam in domũ matris mee/⁊ cubiculũ genitricis mee id est synagoge. Sic igitur factũ est/q̃ piscis/id est diabolus qui in flumine passionis ipsum Tobiam iuuenẽ. i. christuʒ deuorare voluit/ab ipso vict⁹
a extitit. Fuit etiã p ipsuʒ euisceratus ⁊ apertus: inquãtũ sui cordis malicias hominibus reuelauit ⁊ fel sue malicie in scripturis reposuit ad illuminationẽ legentium ⁊ locauit: ⁊ quicq̃d de corpe eius. i. de mẽbris ipsius/scʒ de peccatorib⁹ cõuertẽdo accepit: igne charitatis assauit: ⁊ sale sapientie cõdiuit: ⁊ ad vsus pprios reseruauit. Finaliter tamen pater eius cecus. i. ppłs iudaicus p ipsuʒ illuminabit: in fine scʒ tẽporũ/qñ tot⁹ israel salu⁹ erit. ¶ Vel dic q̃ septẽ viri sare sunt septẽ sacra-
Aliter. mẽta vel septẽ dona spiritussancti cõcessa aie christiane: que proculdubio diabolus sibi p pctm̃ subtrahit: ⁊ eam viduã ⁊ miserã derelinq̃t. Verũtamẽ postq̃ orationibus ⁊ fletib⁹ se vult dare: solet sibi tobias iunior i. christ⁹ ipse pseuerãter p gratiã iungere: quẽ diabol⁹ nõ poterit superare: matrimoniũ eñ virtutũ cũ aia nõ pseuerat/nisi fletus ⁊ oratio pcedãt. Tũc v̾o pseuerãter virũ accipit: cũ lachrymis suis stratũ suũ spargit: ⁊ eum per orationem depositum suum deo cõmittit.

¶ Capitulum quintum Textus: Tũc respõdit thobias patri suo: ⁊ dixit: Omnia quecunqʒ. Moralitatũ Capitu. IIII.

nec plus q placeat offerre: qr aliter posset facile displi-
cere. ¶ Cu rex assuerus suu solene conuiuiu iam septem Eo. c. b.
diebus continuis celebrasset: contigit q vino calefactus/ Histo-ria
regina vasthi que in palatio regis fecerat magnu co-
uiuium feminar madauit q ad se veniret: vt imposi-
to diademate sup caput eius/pulchritudinem ipsius
vniuersis pplis qui in conuiuio interfuerant/demostra
ret. Erat em sicut hic dicit/pulchra valde. Vasthi vo C
vocata ad regem/venire contempsit: pp ter qd qr regez
offenderat: et qr ceteris mulieribus de contenendis ma
ritis malu exemplu dederat: de consilio mamucha/qui
erat vnus de septem ducib9/qui facie regis videbat:
fuit regno deposita et priuata: Hester loco ipsius sub
stituta: facta est etiam lex/ne de cetero mulieres ma-
ritos contenere presumant: et vt viri vxores preeminecat/
et in suis domibus principales existant et maiores. Allego-ria
¶ Ista possunt exponi mystice et allegorice. Per as-
suerum intelligit christus rex regum/qui scz Vasthi
reginam .i. anima christiana sibi per fidem desponsa-
uit: et regni paradisi regina/beatitudinisq capacem
effecit. Igit cum ista sit pulchra valde in naturalib9:
constat q rex ille christus/vino charitatis calefact9/
ipsam cotinue ad se vocat et inuitat: vt .s. diadema re-
gni .s. gratiam et gloriam super caput eius ponat: et
eius naturalem et moralem pulchritudine conuiuis Cant. 7. d.
suis .i. angelis in paradiso ostedat: dices illud Cant.
Veni dilecta mea de libano: veni coronaberis. Et il-
lud: Veni electa mea: pona te in throno meum. Sed
proculdubio sepe fit/q ista in palatio eminentiarum

temporaliũ constituta/et in conuiuio corporalium
occupata/vocationẽ regis despicit: ꝛ ad eum venire
per penitentiã ꝯtemnit: sed in exterioribus residens/
viri imperiũ vilipendit: ꝛ ideo pro certo christus in⸗
dignatus/grauiter ipsam punit: ꝛ de regno paradisi
D qḋ obtinuisset si vellet/detrahit ꝛ deponit: dicẽs illud
Prou. Prouer. Uocaui ꝛ renuistis: expandi manus meas/
1.c. ꝛ non fuit qui respiceret. Ego autẽ in interitu vestro ri
debo. Aliam ꝟo sanctam ꝛ humilem sibi querit: quã
ad gloriam eligit ꝛ extollit. ¶ Uel dic moraliter ꝙ vir
Moralitas illi est intellectus vel superior portio rõnis: vxor sua
est voluntas: que pro certo temporalibus oblectata
conuiuijs .i. honoribus ꝛ delitijs/virum ꝯtemnere vi
detur: nec eius monitis salubribus obedit: sed circa
conuiuia feminarũ .i. circa malos actus ꝛ delicias va/
cat solertius. Quo viso vir eius debet eam de gradu
libertatis per penitentiã deponere: ꝛ ꝓterniam suam
atrocius castigare: ꝛ virũ debere dominari vxori/spi⸗
ritũ carni/rõnẽ volũtati/debet ostendere: dicẽs illud
Tim. Apsi: Mulieri docere nõ ꝑmitto: nec dominari in vi
2.d. rum: sed esse in silentio. ¶ Uel dic ꝙ rex iste significat
Tropologia de numero olim prelatũ superiorẽ: regina ista designat
curatũ vel prelatũ inferiorẽ: vel etiã quẽcũq; malũ iu⸗
dicem/ꝑncipẽ vel rectorẽ: qui sicut videmus quotidie
vasti .i. mali ꝑncipes ꝛ prelati/molles/feminei ꝛ im-ꝑ⸗
fecti: qui tñ sunt ꝑ rapinas ꝛ vastatiões subditorũ ꝓ⸗
prie vasti dicti: in conuiuijs ꝛ circa feminas ad literam
occupati: ad illum qui ipsos in tali statu posuit .s. ad
assuerũ regem christũ ꝑ bona opera venire ꝯtẽnunt: sed
in ꝓprio palatio .s. in ecclesia vel dignitatis statu lasci
uiunt vel excedũt: ꝛ sic etiam ꝯtẽnendi viros suos scꝫ
superiores ꝛ prelatos/alijs inferioribꝰ exemplũ sunt:
quapropter pro certo sepe fit/ꝙ iste rex assuerus chri⸗
stus/istos de regnis/officijs ꝛ dignitatibꝰ ꝑ mortem
E vel ꝑ infortuniũ deponit: ꝛ loco eorũ alios substituit
ꝛ reponit. Occulta enĩ ꝓuidentia dei iniquos superio⸗
res sibi ꝯtrarios ꝛ rebelles/ꝛ maxime qñ videt eos ef
feminatos ꝛ molles/solet deponere: ꝛ locũ suũ alijs
melioribꝰ subrogare. Unñ Job: Perdidit multos ꝛc.
Job ¶ Uel dic ꝙ iste est papa vel superior ꝓlatus vel prin
34.c. ceps: qui in palatio suo .i. in aliquo ecclesie vel curie sue
Aliter gradu/officio vel beneficio: videt dominari aliquam
malam ꝛ superbã reginam .i. aliquã mulierem ꝛ eneruatam ꝑsonã/circa conuiuia ꝛ feminas occupatam: et
D nihilominus sibi ꝛ mandatis canonicis ꝯtumacem
ꝛ rebellem: ipsũ ꝓ certo debet deponere/ꝛ aliã bonã
personã loco eius subrogare: ꝛ diademate iurisdictio⸗
Matt. nis caput ipsius insignire: dicẽs illud Mat. Auferet
21.d. a vobis regnũ ꝛc. Facto enĩ ꝛ verbo debent doceri nõ
ꝯtẽnere superiores: ꝛ seipsos etiam cognoscere debere
Ephe. esse subditos ꝛ minores. Unñ Apls: Mulieres viris
5.c. suis subdite sint. ¶ Uel dic allegorice/sicut cõiter ex
Allegoria ponunt doctores/ꝙ prima regis ꝑmi christi ꝛ dei vxor
fuit synagoga iudeorũ: que scꝫ vasti que interpretatur
finis signatus: ꝓpe dicit/ꝓ eo ꝙ ista certo et signato
fine terminari debeat. Igitur ista est veritas/ꝙ qñ rex
noster christus fidelibus suis magnũ cõuiuium fecit
ꝛ vtiq; fuit qñ ꝑsonaliter veniens seipsum sacramento
altaris ad comedendũ dedit: tunc proculdubio vxor
F sua synagoga/que scꝫ in palatio regio .s. in scripturis
vel in hierlm et iudea conuiuium feminis et sanctis
animabus hactenus fecerat: ipsasq; pabulo fidei ꝛ do
ctrine pauerat: a rege christo vocata/ꝛ ad fidem inui⸗
tata/venire renuit: ꝛ mariti sui christi amplexus fugi
ens/ꝛ vitam ipsius vilipendens/in ꝓtecua rebellione
ꝛ infidelitate ꝑmansit. Cũ enĩ ipsa ꝓpter diuinas re⸗
uelatiões patrum ꝛ ꝓphetarũ scripturas ꝛ satisfactiões
esset pulcherrima: voluit rex christus ipsam primitus
ad conuiuium fidei vocare: ꝛ diademate .i. religionis
cultu insignire: ꝛ pulchritudinẽ virtutũ suarũ in exem
plum fidelium conuersorũ voluit oĩbus demostrare:
volẽs scꝫ ꝙ impleret illud ps. Astitit regina a dextris Psal.
tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. Sed ꝓ 44.c.
certo vocationem christi ꝛ apostolorũ ꝯtẽnens/ad cõ⸗
uiuium noluit venire/nec regis iussionibus obedire.
Ideo de ꝯsilio septem ducum .i. de ꝯsensu oĩm aplorũ
predicatorũ: ista deponenda ꝛ relinquẽda ꝯdẽnatur: ꝛ
alia substituẽda .s. ecclia de gentibꝰ loco ipsius indi⸗
catur. Quod vtiq; tũc factũ est/qñ relicta iudea/apli ad
gentiles se transtulerunt: ꝛ ecclesiam ex gentibus/sicut
nouam puellam hester/regi christo quesierũt: ꝛ syna⸗
goga deposita/regio honore ꝓpter suam infidelitatẽ
priuata/diadema regis hester/que interpretatur abscõ⸗
dita .i. ipsi gentilitati cõuerse/que diu in peccatis ab⸗
scondita fuerat/ꝯtulerunt. Ista autẽ synagoge repu⸗
diatio/ꝛ gẽtilium electio/tũc est ꝑfecta ꝛ sententiata
super hoc ꝑ vltimũ sapientũ/scꝫ Paulũ minimum
aplorũ ꝓmulgata/qñ ipse iudeis intulit ista verba: qui i⸗
dignos vos iudicastis ecce ꝯuertimur ad gentes. Act. 13.

¶ Capitulum secundũ Textus: His itaq; g.
gestis postq̃ regis assueri indignatio defer
buerat. Moralitatum Cap. II G

Historia Hec dicit ꝙ repudiata vasthi/multe pulcher
rime ꝛ speciose puelle de cunctis partibꝰ re⸗
gni querunt: ꝛ omnibus ipsis de his que ad
mundũ .i. ad cultum muliebrẽ ꝛ ad ornatũ
earũ pertinebant/copiosissime ꝓuidet. Quesite ergo
ad Egeum eunuchum/qui custos erat regalium
feminarum/in custodiam adducuntur: et quecunq;
ipsarũ regi placeret amplius/loco Uasthi regina ef⸗
ficeretur. Inter cetera autem adducta est Hester ne⸗
ptis Mardochei/de genere iudeorum: quam idem
Mardocheus in filiam adoptauerat et nutrierat:
que formosa valde/in oculis omnium gratiosa glo⸗
riosa ꝛ amabilis apparebat. Eunuchus etiam custos
eius/ipsam summe dilexit: ꝛ septem puellas formo⸗
sissimas sibi tradidit ancillas: ꝛ ornatus eius pre ce⸗
teris festinauit. Igitur cum puelle successiue per ordinem ad regis cubiculum ducerentur: factum est ꝙ
Hester suo ordine duceretur: qui ipsam super omnes
alias diligens/in reginam sibi elegit: ꝛ ipsam diade⸗
mate coronauit: ꝛ sibi pro Uasthi in cõiugem copu⸗
lauit: nuptias et conuiuium magnum preparauit.
Mardocheus autem auunculus eius de tribu ge⸗
mini/curam illius habebat: ꝛ super salute et honore
ipsius attentius vigilabat: qui scilicet sibi precepe⸗
rat/ꝙ populum suum nemini diceret: ꝛ ꝙ genus suũ
nemini reuelaret. Una igitur inter multas vocata fu
it ꝛ electa: ꝛ repudiata vasthi: ad imperiũ sublimata
¶ Sic vere dico: ꝙ cum multe ꝛ infinite puelle scilicet Moralitas
multe christiane anime de vniuersis mundi partibꝰ
quotidie regi christo querantur: ꝛ sub manu ꝛ custo⸗ H
dia regalium feminarum/idest sub custodia prelato Tropologia
rum in domo ecclesie per fidem constituantur: ꝛ vni
cuiq; de his que ad ornatũ spũalem ꝑtinent .s. de do⸗
cumentis ꝛ scientijs prouideatur/sic tñ sepe fit/ꝙ inter
multas eligitur vna sola q̃ regi placet: ꝛ q̃ ad regnum
glorie debet sublimari/ꝛ diademate ꝑpetui honoris
coronari: ꝛ in conuiuio sempiterno ꝑpetue copulari.
Multi

Matt. 20.b. Multi eñ sunt vocati/pauci vo electi. Si aũt queritur
que sit ista: Dico φ ista hester est/que interpretatur abs-
scondita vel eleuata: que erat neptis mardochei/qui
interpretatur amara ꝯtritio impudẽtie: ⁊ erat pulchra/
ornata ⁊ gratiosa: ⁊ a dicto Mardocheo tanφ filia
ꝯnutrita: quia ista sola aĩa christi regis cõiunx efficitur: et
ad regnum paradisi pmouetur: que ꝑ humilitatem est
abscondita: ꝑ amorẽ celestiũ a terrestrib⁹ eleuata: per
ꝯsyderationẽ amare ꝯtritõis neptis ⁊ filia ⁊ nutrita
⁊ alũna: que scʒ ꝑ honestatẽ formosa/ꝑ pudicitiã est
gratiosa. Talis eñ a rege meretur eligi/⁊ in celi palatio
diademate coronari: ⁊ ꝓpter eius cõnubiũ gaudium
celebrare: ⁊ maxime si genus ⁊ pp̃lm taceat. i. nobili-
Psal. 44.c. tatem generis ꝯtemnat: vel si mundũ de quo nata est/
vilipendat. Ideo tali videtur dicere ꝓpte illud ps. Au
di filia ⁊ vide ⁊ inclina aurem tuam: ⁊ obliuiscere po
pulum tuũ/⁊ domũ patris tui. Et ꝯcupiscet rex decorẽ
tuum: ⁊ breuiter illam quã humilitas abscondit/cõ-
A tẽplatio erigit/⁊ ꝯtritio adoptat ⁊ nutrit/⁊ quã mun
Psal. di ⁊ amicorum carnaliũ affectio non impedit/ad grãm
44.c. regis ⁊ glĩam regni faciliter ꝑuenire. ps. Astitit regi-
Allegoria na a dextris tuis in vestitu deaurato/circũdata varie
tate. ¶ Uel dic φ ille puelle que regi in oĩbus ꝓuin-
cijs sunt quesite: significant diuersas christianitatis
sectas que oẽs regi christo aliqualiter famulantur: oẽs
fidem eius saltem pro pte recipiunt: ⁊ sic oẽs ad isti⁹
cubiculũ admitti quodãmodo videntur: oẽsqʒ sub cu-
stodibus. i. sub ꝑlatis ⁊ pastoribus ꝯstituuntur: ⁊ queli
bet earum regi christo placere/⁊ regnũ paradisi in futu-
rum obtinere sperantes/alijs se preferre noscuntur. Sʒ
reuera sic erit/φ vnica puella. i. vnica secta ecclia ca-
tholica/⁊ etiam romana ab illo est electa. Ista vo so
la alijs est ꝑlata/⁊ tanφ vnica sponsa sibi per veram ⁊
rectam fidem est matrimonialiter copulata: oẽs enĩ
alie cõcubine ꝑnt dici. Ista aũt sola ⁊ vnica coniunx
Cant. 6. c. meruit nuncupari. Unde in ꝑsona dei dicitur sic: Una
est colũba mea/ꝑfecta mea/electa genitricis mee. Ui-
derunt eam filie sion/⁊ beatissimã ꝑdicauerunt: ⁊ re-
Hester 2.b. gine ⁊ ꝯcubine laudauerunt eam. Et si vis dic/φ ista
est hester abscondita eleuata ⁊c. Ista aũt egenio eu-
nucho custodi regalium feminarum. i. summo pontifici
qui est custos ⁊ prelatus oĩm aĩarum/in custodia traditur
a quo sibi mundus muliebris. i. virtutũ ornatus cõ-
paratur: a quo septem puelle. i. septem ꝑncipales virtu-
tes sibi in obsequium assignantur: vel a quo septẽ puel
B le. i. vniuerse mundi ecclie eidem subiugantur/⁊ sibi in
obsequiũ deputantur: ⁊ sic honor eius ⁊ glĩa in melius
Exo. 2. c augmẽtatur. Ut in Exo. Sacerdoti madian erãt septẽ
Aliter filie. ¶ Uel dic φ septem puelle regi quesite/sunt par
ticulares ⁊ inferiores ecclie: Hester vo est romana ec
clesia: que licet oẽs custodie eunuchi nostri. i. summi
pontificis cõmittantur: ista tñ prefertur ceteris/⁊ regi
christo intimius ꝯiugatur. Ista ergo diademate coro-
Aliter nata imperat/⁊ alie famulantur ⁊c. sicut sup. ¶ Uel ex-
pone sicut exponunt doctores: φ repudiata vasti. i. sy
nagoga: hester que erat de genere captiuorum. i. ecclesia
de gentibus christo eligitur: cui septẽ puelle. i. vniuerse
anime fidelium in obsequium conceduntur. Istã vo
mardocheus. i. paulus apl̃s/qui impudicitiam con-
teruit: qui ad lr̃am de stirpe gemini. i. beniamin predi-
Eo. ca. c cando eam nutriuit: ⁊ de salute ipsius curam sollici-
Historia tam semper egit/⁊ eam tanφ filiam erudiuit. ¶ Hic
habes φ vnaqueqʒ cõcubinarum assueri/postφ mane a
rege exierat/statim in custodiam eunuchi qui ꝯcubi-
nis preerat/ꝑtransibat: ad regẽ tñ amplius redire nõ
poterat/nec audebat/nisi qñ rex ipsam ꝓprio nomine
repetebat. ¶ Sic vere nulla peccatrix aĩa/postφ a re- Aliter
ge christo ꝑ pctm̃ recesserit/⁊ ad custodiam eunuchi
idest diaboli sterilis ⁊ ꝯcupiscentiarum ⁊ malarum aĩarũ
principis transierit/ad christũ regem ꝑ se redire non
põt: nisi ꝑ spãlem grãm vocetur: ⁊ nisi per grãʒ adiuuetur.
Ista eñ per se põt cadere/sed non resurgere: quia sm
Senecam/virtutes magistro indigent: sine magistro
vitia discuntur. ¶ Hic habes φ hester nõ quesiuit a cu- Eo. ca. c
stode suo spãlem ornatum: sʒ quicqd sibi dare voluit
eunuchus/accepit: ⁊ tamen illa magis placet seu pla
cuit regi φ reliquę que ex industria se ornauerunt. In C
quo notatur φ mulieres que ornatu naturali ꝯtente
adulterina ornamenta nõ adhibent/plus φ cetere vt
cõiter placent. ¶ Uel dic φ ista ꝑsona que a custode Aliter
⁊ prelato suo ornamenta diuitiarum ⁊ beneficiorum ꝑ am-
bitionem non exigit: sed illis que a prelato sibi conce
duntur/ꝯtenta nil aliud petit: regi christo amplius pla
cere consueuit: habentes alimenta ⁊ quib⁹ tegamur/ Timo. 6.b.
contenti sumus.

¶ Capitulũ tertiũ Textus: Post hec rex assuerus exaltauit aman filiũ amadathi.

Moralitatum Capitulum III

ASsuerus exaltauit aman filium amadathi Historia
de stirpe Agag: ⁊ super oẽs principes regni
sui exaltauit solium eius: precepitqʒ φ oẽs
coram eo genu flecterent: ⁊ φ aman genib⁹
flexis adorarẽt. Mardocheus aũt qui ad portã regij
palatij morabatur/h⁹mõi superbiam abominans/eidẽ
genua non flectebat: ⁊ cunctis adorantibus ipm ado
rare non volebat. Qd tunc videns iratus aman/ꝯtra
ipm solum non fuit indignatus seuire: sed potius or-
dinauit totum genus iudeorum per totũ imperium vna
die occidere ⁊ delere. Misit igitur lr̃as regis per vniuer
sas ꝓuincias/φ iudei a maiori vsqʒ ad minimũ deci-
matertia die interficerentur: ⁊ φ bona eorum a volenti-
bus raperentur. Qd vtiqʒ factũ fuisset: nisi Mardochei
luctus/ieiuniũ/cinis ⁊ penitentia/⁊ hester regine oro D
⁊ diligentia edictũ imperij immutasset. Dñs aũt me-
diante hester negociũ taliter immutauit: φ iudeis li-
beratis/aman ꝓpo patibulo qd iniuste alijs paraue-
rat/punit⁹ perijt. ¶ Sic vere dico/φ in curia assueri. i. Tropologia
in curijs ꝑncipũ ⁊ magnatũ: sepe fit φ aliqs aman. i.
aliqs supbus de gñe agag/qui interpretatur festina: et
filius amadathi/qui interpretatur ppl̃s seruiẽs pctõ. i.
de plebe sua humili ⁊ paupere nat⁹: ⁊ seruituti. i. pctõ
nihilomin⁹ subiugat⁹: ad aliquẽ magnũ statũ ꝓue-
hitur ⁊ altius soliũ. i. ad excellẽs offm̃ plusφ alij sub-
limatur. Qui proculdubio statim sui prioris status obli
uiscitur/⁊ in supbiam erect⁹: si qs mardocheus. i. si qs
fctũs hõ ipsius indignans supbiã/sibi nõ obedierit/
vel ipm iuxta votũ nõ honorauerit: statim ꝯtra eũ ma
chinatur: ⁊ nõ solũ ipm/imo etiã totũ gen⁹ suũ/amicos
⁊ familiares subuertere ⁊ grauare ꝑ oñi sue potentiã
satagit ⁊ molitur. Crudeles eñ ⁊ impij quotidie illud
faciunt: qñ cũ ꝯtra aliquẽ iuste vel iniuste fuerint irati
amic os ⁊ ꝯsanguineos suos/φuis in nullo sibi nocue Ezech. 18.a.
runt/grauãt atqʒ ledũt: cũ dicat scriptura: Qd vir nõ
debet puniri ꝓ alio: sed vnusqsqʒ ꝓ pctõ suo morietur.
Sepe tñ fit φ hester regina/q̃ interpretatur abscõdita. i.
occulta ꝓuidentia deialiter ordinat: ⁊ suis malicijs
obuians/innocentes de manu eius in morte/⁊ grauis
simis infortunijs ipm damnat. Unde dicitur: Qd dñs
dissipat ꝯsilia malignorum/ne possint implere.

¶ Capitulum quartum Textus: Que cum audisset mardocheus scidit vestimenta sua.
E Historia Capitulum IIII

Cum totum genus iudeorum morti esset per aman maliciam ab assuero rege adiudicatum mardocheus cum alijs iudeis necnon et hester regina ieiunijs et lachrymis se dederunt: et saccis se induerunt: et super capita cinerem asperserunt et orationibus feruidis ad dominum clamauerunt. Igitur quamquam edictum esset: quod nullus sub pena mortis non vocatus intraret ad regem/ nisi forte rex in signum clementie sceptrum suum aureum sibi extenderet ad tangendum. Hester tamen fiduciam habens in domino sumptis regalibus ornamentis/ pro liberatione populi sui/ duabus concomitata puellis: vna scilicet cui innitebatur/ et altera que defluentia in terram vestimenta portabat: ad regem quamquam ferocem intrauit: cuius aspectus cor domini statim in mansuetudinem conuertit: et in signum clementie virgam auream sibi tangendam extendit. Que accedens et virgam tangens/ regem ad prandium inuitauit: et liberationem populi/ suspensionem aman/ reuocationem epistolarum ipsius aman que super nece iudeorum misse fuerant/ per nouas regis epistolas/ et sublimationem Mardochei sui auunculi impetrauit. Sicut enim dicitur hic et infra: Cum vidisset rex hester reginam stantem/ placuit oculis suis: et extendit virgam auream/ et accessit et osculata est summitatem virge. Cui statim rex intulit in hec verba: Quid vis hester regina: que est petitio tua? Etiam si dimidiam partem

F Allegoria regni mei petieris/ dabitur tibi. ¶ Ista omnia possunt ad mysterium nostre redemptionis applicari. Constat enim quod a principio totum genus iudeorum .i. hominum per maliciam et inuidiam aman .i. diaboli: ab assuero rege .i. a deo propter peccatum ade morti fuit adiudicatum: et per epistolas regis .i. ipsius dei sententiam condemnatum. Gen. Quacunque die comederitis/ morte moriemini. Ita quod Mardocheus et alij iudei .i. sancti patres qui edictum illud in susis/ que interpretatur gaudium viri .i. in sacra scriptura que spiritale gaudium est virorum: pendere cognouerant: antiquitus flebant saccis humilitatis/ ieiunio/ abstinentie/ et cinere mortis memorie se domabant: et pro liberatione et redemptione sua dominum exorabant: dicentes illud Psal. Ueni ad liberandum nos domine deus virtutum. Nullus enim ad regem tunc intrabat: nullus celum occupabat: nullus morituris et damnandis veniam impetrabat. Unde hic dicitur: Quod non erat licitum sacco indutum aulam intrare regis: necdum enim illuc aliquem vocauerat: nulli adhuc virtutis sue virgam .s. filium per incarnationem ostenderat: redemptionis humane negocium desolatum manebat. Quapropter Mardocheus et iudeorum populus idest sanctorum patrum cetus tristabatur/ et flebiliter lugebat. Unde de humana natura potest dici prolixo tempore illud Tren. Plorans plorauit in nocte. et sequitur: Non est qui consoletur eam. Sed quid? procul dubio hester regina .i. beata virgo/ assumptis ornamentis virtutum: et adiunctis sibi duabus puellis .i. duabus virtutibus sibi familiaribus colligatis: vna scilicet cui innitebatur/ hec est virginalis castitas et integritas: altera que portans caudam vestium que sequebatur/ hec est humilitas: isti regi se dignam et idoneam presentauit: quam vt statim constantem et ornatam et sanctificatam vidit: oculis eius placuit: et ideo virgam virtutis sue auream et preciosam .i. filium benedictum emittens ex sion/ ipsum sibi per beatam incarnationem extendit: et sic in signum clementie sibi et toti generi humano suum benedictum filium declinauit. Ad quem scilicet ista humiliter accedens/ per fidem credens et consentiens/ virgam istam tetigit/ et concepit: et sic aman superbum et iudeorum et fidelium inimicum superauit: et potentiam eius strauit/ suumque populum a morte liberauit: et veteres literas .i. vetus testamentum/ nouis literis noui testamenti temperauit. Unde iam congaudendo possumus dicere illud Apostoli: Nunc soluti sumus a lege mortis/ in qua detinebamur: vt seruiamus in nouitate spiritus/ non in vetustate litere. Ista igitur est veritas/ quod cum regnum assueri .i. dei in duobus constet/ scilicet in iustitia et misericordia: isti regine paradisi dimidiam regni sui partem .s. misericordie distributionem/ sibi contulit deus. Igitur ista regina dicitur misericordie. Alteram vero partem scilicet iustitie sibi retinuit: et ideo sol iustitie nuncupatur. Quotiens igitur pro aliquo supplicat/ rex ille nihil prorsus sibi denegat: sed petitionem illius exauditam indicat: et potestatem in media parte regni super facienda misericordia sibi donat. Quid vis (inquit) hester regina etc. Unde dicitur: Mater mi nefas est vt auertam faciem tuam. ¶ Uel si vis dic/ quod illud predictum/ scilicet quod nullus intret ad regem nisi vocatus: videtur adhuc durare. Constat enim quod nullus ad regem .i. ad christi palatium introducitur/ nisi prius per fidem et gratiam vocetur. Uocatio enim ingressum precedit: quia gratia gloriam antecedit. Apostolus: Nullus assumit sibi honorem: sed qui vocatur etc. ¶ Uel dic quod nullus ingressus ad regem christum scilicet fide et gratia dignus efficitur: nisi qui per specialem inspirationem et gratiam a deo eligitur et vocatur: quia .s. nullus ex propria virtute saluus efficitur: imo necesse est quod a deo specialiter vocetur. Non enim est volentis/ neque currentis: sed dei miserentis. Quia scilicet sicut idem saluator dicit: Nemo potest venire ad me/ nisi pater meus traxerit eum. Et alibi dicitur: Qui proprias oues nominatim vocat: et ipsum sequuntur: et vocem eius audiunt. ¶ Uel dic quod altero de duobus modis impune intrabatur ad regem .s. quando preuocabatur/ vel quando virga aurea in signum clementie tangenda extendebatur. ¶ Sic vere dico quod ad regem christum nullus intrat/ nec in paradiso sue presentie se presentat: nisi ipsum vel misericordie vocatio/ vel iustitie virga seu correctio introducat. Istus enim duobus modis deus vtitur/ vt aliquid ad ipsum per fidem et penitentiam introducat: quia scilicet alios inspirando vocat/ et ipsos sine violentia trahit et appellat. Alios vero virga aurea correctionis et tribulationis tangit: et mediante virga huiusmodi sibi compresentiales efficit: et cum virga signum magne clementie eisdem ostendit. Nunquam enim maius clementie signum peccatori ostenditur/ quam quando virga correctionis ad eum extenditur/ vt sine periculo dei presentia perfruatur. Unde dicitur: Quod non sinere diu peccatoribus ex sententia agere/ magni beneficij est indicium. ¶ Uel istud allega de parentibus et prelatis et predicantibus: qui quandoque vocatione idest dulci monitione: quandoque virga aurea/ idest aspera correctione debent vti: vt auditores et subditi possint ad statum gratie introduci. Unde dicitur. Tu virga percutis eum: et animam eius de inferno liberas. Signum enim clementie in virga ostenditur: quia qui parcit virge odire filium predicatur. ¶ Hic legitur quod Hester inuitauit Aman ad prandium/ vt veniret cum rege: erat enim secundus post regem: de qua quidem inuitatione summe gauisus se iactabat: et summe beatum se reputabat. Regina tamen hoc pro bono suo non

Margin notes (left): Gen. 2. c. — ps. 79. a — Hester 4. a. — Tren. 1. a. — G
Margin notes (right): Roma. 7. b. — 3. Reg. 2. d. — H Aliter — Hebre. 7. a. — Aliter — Roma. 9. c. — Jo. 6. e — Jo. 10. a. — Aliter — Aliter — A — 2. Machа. 6. c — Aliter — Prou. 23. b. — Eo. c. b.

suo non fecerat: qui mediante tali cõuiuio ipm occide
re pponebat. Qd factũ est: qr in ipso conuiuio tracta
tus est eius interitus: ita q de conuiuio ad suspendiũ
est ductus / et cõuiuio et gloria spoliatus: et inimicus
eius Mardocheus sibi in gloria et officio est substi
Tropologia. tutus. ¶ Regina hester que interpretatur absconsa / po
test significare fortunã absconse et occulte mundi ne/
gocia diuersimode pcurantẽ. Ista est enim mũdi re
gina et dña: a qua vniuersaliter proueniunt tam bona
q mala: quapropter ab antiquis fuit credita quedã
dea fortunam autẽ pprie loqnẽdo occultã dei pro
uidẽtiam / vel saltẽ effectus istius puidentie occulte:
sed alii plures dicũt. Ecce credo qr scz ab ista ex causis
nobis ignotis diuersa proueniunt: q prima facie irra
B tionabiliter facta esse vident. Igitur ista est veritas /
q ista regina nostra Hester absconsa fortuna scz quã
doq Aman. id est aliquam malam personam ad cõ
uiuium suum. i. gaudia mundane prosperitatis vo
cat: vbi q̃ q̃ indignum eum regem. id est iuxta reges et
Psal. principes in sublimibus officiis ipm locat. Psalm.
36. g. Vidi impium superexaltatum: ita q ex hoc letatur q̃
plurimũ et exultat: et se beatum vocat et reputat: igno
rans que sibi occulte ista regina pcurat et seruat: sed
reuera illud p bono suo fortuna nõ facit: sed potius
quia est sic electum grauius damnare / et contemnere
ipsum cupit. vnde Seneca de sententiis oratorum di
cit quod omnis blandientis fortune sponsus cum pe
riculo nititur: et inde est q subito dũ non aduertit / ta
lis de conuiuio mundane prosperitatis eicitur: glo
ria et honore / statu / gradu et officio exuitur: et quan
doq corporaliter suspẽditur: morti tpali et perpetue
mancipat: et alius suus forsitan inimicus / eidem in
officio subrogatur. Ideo pulchre loquit Seneca in
libro de tranquillitate animi. i. de fortuna. Lenores
inquit requires quos fortuna nũq̃ respexit / q̃ quos
deseruit: noli huic tranquillitati confidere: in momẽ
to mare euertit: et eadem die qua nauigia luserant
sorbentur. ¶ Vel dic quod regina ista est occulta dei
Aliter iustitia: que apud deum regem procurat talibus / dũ
aduertunt aliquotiens malum suum.

¶ Capitulum quintum textus: Die autem tertia induta est Hester regalibus vestimẽtis. Moralitatum Capitulum. V

C
Hester. 5. c. Hic habemus q impio aman nõ sufficiebat
quod generaliter omnes iudeos morti tra
dendos procurauerat: nisi et contra mardo
cheum specialiter et in speciali seuiret: p eo
q coram ipso genua non flectebat: et id de cõsilio vxo
Historia. ris trabem excelsam in domo sua parari fecerat: et vt
ad regem p mardocheo suspendendo licentiam req̃
reret / preparauit. Qd tñ mirabili commercio deus in
contrarium immutauit. Noctẽ enim illã rex insomnem
duxerat: et historias antiq̃s perlegi fecerat: et de mar
docheo inuenerunt scriptũ / q insidias duorũ eunu
chorum qui regẽ occidere voluerant / reuelauerat: et
tñ exinde nullũ bñficiũ reportauerat atq premium: qua
propter rex volens mardocheũ pro fidelitate exhibi
ta honorare: aman qui p suspensione ipsius impetran
da venerat / vocauit: et qualiter ab eo honorandus es
set quem rex honorare decreuerat / in genere requisiuit.
Aman vero ppter seipsum petitionem huiusmodi fa
ctã credens: adhuc amplius sperãs honorari / sic ait:
Homo inquit quẽ rex honorare cupit / debet indui ve
stibus regiis: et imponi super equum qui est in sella re
gis: et habere super caput suũ regium diadema: et pri
mus de regis principibus et tyrannis teneat equum
eius: et per plateas ciuitatis incedens clamet et dicat
Hic est homo quẽ rex voluit sic honorari. Quo audi
to precepit rex / q ille aman qui primus pricipũ erat
oĩa q̃ dixerat / mardocheo iudeo faceret: et q ipsum p̃
dicto modo prorinus p ciuitatem perãbulans hono
raret. Qd scz licet inuitus aman statim executus est. D
Et sic factũ est: q tpe quo venerat sicut credebat p eo
suspendẽdo / venit pro eo honorando. In crastino vero
in eodem patibulo quod mardocheo parauerat: fu
it suspẽsus: et ipse mardocheus in dignitate eius sub
rogatus: sicut infra ponitur capitulo. vii. et. viii.
¶ Ista possunt exemplariter allegari ad multa: et pri Tropologia.
mo quidem contra vindices et crudeles quib9 nõ suf
ficit vna crudelitas: nisi adhibeant duas vel multas
sicut patet in isto cui nõ sufficiebat q iudeos vniuer
saliter occideret: nisi etiam mardocheum in domo
sua speciali suspẽdio iugularet qr scz sepe fit qd deus
aliud disponit: et q crudelitatẽ illam quam in alium
exercere voluerat: in caput eius introducit: et pprio
tormento quod aliis parauerat: ipsum fecit: sicut ap
paret de illo qui bouẽ eneũ reperit: qui tñ primus in
eo mortẽ seu mortis supplicium tolerauit. Sicut enim
parrhysi9 ille regis thesaurarius patibulũ regiũ qd
cum magna diligentia p sceleratis suspendẽdis pa
rauerat: ipse in propria persona encenianit. Qui amat Eccli. 3.
periculum: in illo peribit. Quia sicut dicitur Eccle. d.
Qui fodit foueam: in illam decidet: et qui statuit la Eccli.
pidem proximo: offendet in eo: et qui laqueum alteri 27. d.
ponit: peribit in illo. ¶ Vel allega istud: q sepe fit q
eodem actu quo quis alicui nocere credit: illi potius
proficit: et nocumentum quod sibi parare crediderat
ad vtilitatẽ ipsi9 deus vertit: sicut patet de illo aman:
qui pro suspensione mardochei venerat: et tñ contra
spem et voluntatem suã ipsum honorauit: et honora E
tionem quam p se dictasse crediderat: deus ad alterũ
ordinauit: et econuerso: mortem quam alteri cogita
uerat: ipse dei iudicio reportauit. Mirabilis enim est
permutatio occulte dei puidẽtie qñ vult opari: qd
scz bonum quod mali pro se habere credũt ad bonos
qñq deriuat. Prouer. Reseruatur iusto substãtia pec Prouer.
catorum: et malum qd illi mali bonis parauerant: in 13. d.
caput ipsorum gyrat. Vnde iustus de angustia libe Allegoria.
rabitur: et tradetur impius pro eo. ¶ Vel illud allega
q premium iustorum quãdoq differtur: ita q quasi in
obliuionẽ tradi videtur sicut de illo Mardocheo pa Prouer.
tet: qui insidias regi reuelauerat: et tamen sibi nullum 11. b.
premium datum erat. Verũtamen rex noster christus
qui continue vigilans: noctem insomnem duxit: fi
naliter quando historias preteritas et sanctorum meri
ta in libro indelebili sue mentis relegit: ipsosq nõdũ
premiatos reperiẽs: honore tam tpali q̃ eterno ho
norandos decreuit. Illos igit finaliter vestib9 regis
idest corporũ dotib9 induit: illos super equos in sel
la regis. i. super celi celsitudinẽ constituit: Illos regio
diademate. i. dignitate eterne glorie honorauit: illos
per pricipes suos. i. per angelos suos cõduci et dedu
ci pcepit atq mandat: et sic q̃cquid tardat: ipsos pro
meritis suis remunerat et honorat: hoc enim honore
dignus est quemcunq rex honorare decreuerit. Vnde
Ps. Gloria et honore coronasti eum domine. ¶ Vel
dic moraliter: quod vestes regis fuerunt ille virtutes Ps. 8. b.
quas christ9 habuit circa corpus: scilicet carnis mũ Moralitas.
dicia seu puritas: que fuit tanquam camisia interior

penitentie asperitas/que fuit sicut tunica superior: et F erum mundialium paupertas/que fuit sicut clamis exterior. Equus illius regis fuit crux in qua fuit portatus. Diadema eius fuit corona spinea/qua extitit coronatus. Dico igitur quod mardocheus qui interpretatur amara contritio impudicitie: potest petrum et andream significare/et quoslibet viros sanctos: qui revera in hoc fuerunt a rege summe honorati: quia vestibus/equo et diademate.i. ad sue passionis similitudinem fuerunt cruciati: et per aman.i. per neronem et egeam honore
Aliter huiusmodi insigniti. ¶ Etiam moraliter ista possunt dici de quolibet sancto: qui vestibus regis.i. humilitate/charitate et paupertate regitur: diademate regis.i. spina divini timoris coronatus pungitur: equorum sella regis.i. a beata virgine vel a cruce per devotionem et fiduciam debilis portatur: atque ab aman.i. inimico suo.i. mundi principibus et tyrannis circunducitur et vexatur. Illo enim modo rex noster christus suos in hoc mundo honoravit: inquantum illa que ipse habuit insignia eis donavit: et istis mediantibus celeste premium eis parat. Eccli. Corona aurea super caput eius expressa si-
Eccli. gno sanctitatis glorie/honoris et opus fortitudinis.

45.b. ¶ Capitulum decimum textus. Rex vero Assuerus omnem terram et cunctas maris insulas. Moralitatum. Ca. VI

Nec capitulo .x. et .xi. ponitur somnium Mardochei.s. quod fiebant voces/tumultus et tonitrua/terremotus et conturbatio super terram. Videbat etiam quod dracones maxime in-
Histo- vicem confligebant: ad quorum clamorem cuncte con-
ria.
G citate sunt nationes/ut pugnarent contra gentem iustorum: que timore/tribulatione et angustia territa/se ipsa preparabant ad mortem: quibus scilicet iustis ad dominum clamantibus: ecce fons parvus crevit in fluvium magnum: et in aquas plurimas redundavit: et in lucem solemque conversus est. ¶ Vel secundum aliam literam lux et sol ortus est: et humiles tunc exaltati sunt: et devoraverunt inclytos. ¶ Sic vere cum a mundi principio post terremotum et tonitruum tentationis lucis-
Mora- feri continue fuerit bellum inter duos dracones.i. in-
litas. ter rationales creaturas/diabolum scilicet et hominem sic factum est quod commote sunt nationes demonum et iniquorum contra populum iustorum et fidelium/et prevalebant. Ita quod tunc omnes iusti mortem et infernum necessario expectabant tribulationes et angustias sustinebant: quapropter ad dominum clamantes liberationem devotionis implorabant: dicentes illud Psal. Veni ad liberandum nos. et ideo dei nu-
Psal. tu fons parvus.i. beata virgo et parva et humilis: in flu-
79.a. vium magnum crevit/inquantum deum qui est infinitus/continere potuit: et in aquas redundavit/etiam plurimas: inquantum scilicet humano generi multa beneficia propinavit: et super sol idest christus dei filius sol iustitie in mundo ortus et natus extitit: et sic pax tranquillitatis et bone voluntatis hominibus nata fuit. Tunc enim humiles.i. captivi qui erant in limbo iusti qui sunt in mundo exaltati fuerunt: contra inclytos.i. contra demones et tyrannos prevaluerunt et virtute illius solis fontisque mortis eterne periculum
H evaserunt. Unde: Orietur vobis sol iustitie timentibus
Mala. nomen meum. Vel dic quod quando in aliqua ecclesia vel con-
4.a. ventu veniunt terremotus et turbatio: ut potest quando
Tropo do moritur prelatus/statim est in electione lis et con-
logia. tentio. Fit enim tunc quandoque quod duo magni dracones.i. duo magni canonici vel priores malitiosi et ambitiosi inter se pro habenda dignitate confligunt. Quo facto/statim nationes et partes se dividunt et una contra aliam iustos prevalere contendunt. Sed pro certo sepe fit quod neuter duorum draconum obtinet quin immo sepe fit quod aliquis fons parvus.i. aliquis homo humilis/pauper et nullius reputationis eligitur: et in fluvium magnum idest in prelatum convertitur: et sic tandem in lucem et solem per sanctam et exemplarem vitam mutatur: et sic per ipsum boni et humiles promoventur et extolluntur: mali vero et superbi mediante iustitia devorantur: quia pro certo sepe fit quando dominus suscitat de terra inopem/ut sedeat cum principibus/et solium glorie teneat: tunc deponuntur potentes de sede/et exaltantur humiles. Lu. 1.e.

¶ Capitulum decimumsextum Textus: Rex magnus Artaxerxes ab India usque ethiopiam. Moralitatum Capi. VII

Nec capitulo .xvi. dicitur/quod populus iudaicus in captivitate positus/iustis legibus
Histo- utebatur. Circa quod nota/quod iudei in terra
ria. sua ubi erant liberi/leges dei non servabant sed potius idolis serviebant. In captivitate tamen et tribu- A latione et servitute deum coluerunt: sicut ponitur quarto libro Esdre ca. xiii. ¶ Illud potest allegari/quod vexatio dat
4. esdre intellectum/sicut dicitur. Et quod plus proficit homini ad-
13. c. versitas quam prosperitas quia scilicet in prosperitate positi et
Mora- deum et eius legem obliviscuntur/idolis et vitiis famulantur
litas. in tribulatione vero ad seipsos revertuntur: et se propter
Esa. 28. sua peccata puniri intelligentes/servire domino et mandata
c. eius facere compelluntur. Psal. Cum occideret eos querebant eum. ¶ Vel expone si vis/quod ut communiter homo
Psal. 77.c. est melior in terra aliena quam in propria.

¶ Moralitatum super Hester finis.

Moralitatum liber vicesimus super Job.

¶ Capitulum primum Textus: Vir erat in terra hus nomine Job Moralitatum. C. I.

E Jobcum

totus sit moralis et moralizabilis nihil intendo ponere/nisi aliqua que narrative ponuntur. Dico er-
Histo- go quod vir erat in terra hus
ria. nomine Job: et erat vir ille simplex et rectus: timens deum et recedens a malo: et nati sunt ei septem filii et tres filie: possessioque erat ei septem milia ovium tria milia camelorum/quingenta iuga boum/et quingente asine/et fa-
B milia multa nimis. ¶ Revera talis vir debet esse quilibet vir perfectus: quia pro certo iste debet esse vir.i. vigoro-
Tropo sus et virtuosus in terra hus: que interpretatur festinans/et con-
logia. siliator diligens et studiosus/et aliorum consiliatorum pacificus et dulcorosus. Simplex debet esse humilis et modestus/rectus et iustus. Debet esse timens deum/et malorum omnium fugitivus: qui etiam debet dici Job/que interpretatur dolens: quia scilicet ipse debet esse pro culpis et miseriis huius vite dolens/tristis et gemebundus: et sic iste erit inter orientales.i. inter iustos magnus in virtutibus et fecundus. Unde dicitur: Magnus effectus sum: et precessi omnes qui ante me erant in sapientia. Ideo possessio virtutum

fuerit

suarum debet esse multiplex: q: reuera ipse debet ha-
bere septē filios.i.septē ipūſſancti dona: tres filias
idest tres theologicas virtutes: septem milia ouium
idest septē misericordie opera: tria milia chamelorū
idest triuum grauū penitentie.s. contritionis / cōfeſſiōis
et satisfactiōis onera. Fuit etiā possessio eius quingē-
ta iuga boū idest quinqꝫ sensuum carnaliuꝫ cohibi-
tio: et quingēte asine.i. quinqꝫ librorum legis / et diui-
norum mandatorum humilis recordatio: et familia
multa nimis.i. ceterarū virtutū abūdās cumulatio.
Unde infra capto isto dr: Operibus manuū eius bñdixi-
Job .i. b. sti: et possessio eius creuit in terra. ℭ Uel dic q̄ iste vir
est bonus prelatus: qui scꝫ dꝫ esse vir / sine imbecillita
te: rect9 sine acceptione psonarū vel iustitie tortuita-
Aliter te: simplex sine plica.i. sine malicia et duplicitate: ti-
mens deum / sine seruilitate: recedens a malo nō timo
re sed charitate: iob dictus.i. dolens ex cōpassione et
pietate in terra hus.i. consiliās et pcordās alios cum
C festina sedulitate: magnus inter orientales / virtutis
et fame multiplicitate: ita q̄ tam de ipso potest dici il
lud qd̄ sequitur: Non cōsyderasti seruum meum iob
q̄ nō sit ei similis in terra: vir simplex et rect9 et timēs
deū. Igit iste habet in possessione sua filios.i. subdi-
tos charitatiuos. filias.i. simplices et imperfectos.
Chamelos.i. viros patientia et humilitate oneribꝰ
tribulationū subiectos. Boues.i. viros bonorū ope
rum laboribꝰ deditos: Asinas: et oues.i. viros miseri-
cordes lacte elemosynarū irriguos et fecundos. Pre-
latus enim nō solū filios habebit / imo et filias: nō so
lū boues immo et oues: non solū chamelos / imo et asi
nas qi scꝫ sub prelato in domo ecclesie non solū sunt
perfecti immo etiam impfecti: non solū sapientes / sꝫ
etiam simplices: non solum laboriosi immo debiles.
Apls: In magna enī domo nō soluꝫ sunt vasa aurea:
i. timo. 2. a. immo et argentea / lignea et fictilia. Unde etiaꝫ inter
istos subditos aliqui numerant septenario numero
ppter septem opa misericordie. Aliqui ternario pro-
Aliter pter trinitatis simplicem fidem. Aliq quinario pro
pter quinqꝫ sensuum custodiā. ℭ Uel dic quod in spi
rituali possessione viri iusti debēt esse, filij.i. opera cha
ritatiua: filie.i. opa pia. Chameli q̄ oneri se inclināt
idest humilitas et obedientia. Oues.i. simplicitas et
innocentia: Boues.i. fortitudo et temperātia. Asine.
D idest tranquillitatis et patientia. Familia multa ni-
Phil. 4. d. mis.i. aliarum virtutum bonorūqꝫ actuum et effectu-
um fertilitas et opulentia. Apls: Habeo autem oīa et
Eodem ca. a. abundo. ℭ Septem filij iob vicissim conuiuia facie-
bāt: nunc penes vnū / nunc penes aliū comedebant et
tres sorores suas vocantes ipsas vt secū comederent
et vinuꝫ biberēt / inuitabant. Job vero de salute libe-
Mora- rorum sollicitus erat: et ideo completis cōuiuijs pro
litas. singulis sacrificium offerebat ℭ Job significat bo-
num prelatum: filij eius significant viros sciētificos
et perfectos: filie vero sue designant inferiores simpli
ces et ignaros. Ista ergo est veritas / q̄ filij iob.i. cle-
rici scientificiqꝫ viri q̄ sunt in ecclesia: debent vicissi
conuiuium spirituale facere: vbi scꝫ docendo et predi
cando possint auditores / et etiam alter alterum recre
are. Debēt etiā filias sorores.i. simplices et laicos ad
istud conuiuiū vocare: et vino sue doctrine ipsos refi-
cere et potare: sicut ad lram videmus de religiosis et
mendicantibus: qui alternatim sibi et alijs predicāt
Cañ. 3. d. et ad predicationes suas simplices seculares / et maxi-
me sorores suas benignas et filias inuitant et inuo-
cant dicentes illud Cañ. Egredimini filie sion. Job

etiam pater istorum .i. prelatus summā curā et solli ci
tudinem debet de salute istorum liberorū.i. subditoꝝ
habere: et ideo ipse debēt sacrificiū laudis et oratio- Aliter
nis singulis dño facere et offerre. ℭ Uel dic q̄ per fi-
lios intelligunt diuites: per filias vero intelliguntur
pauperes et infirmi. Isti ergo filij / id est diuites quā-
doqꝫ solent alternati cōuiuia facere: veruntamē debēt Lu. 14. c.
semp sorores suas / id est pauperes aduocare. Unde dr
Cum facis conuiuium / voca pauperes. Uel tpe cari- E
stie debent alternatim conuiuiū elemosynarū impē-
dere pagibus et egenis: sicut ad literā faciunt boni
et misericordes diuites in istis ciuitatibus: qui inter
se solent conuenire: et vnus post alium cōuiuium ele-
mosynarū et subuentionum pauperibus preparare. Eodem
ℭ Hic dicitur q̄ cum filij dei assisterēt coram dño / af ca. b.
fuit inter eos etiam sathan: cui cū diceret dñs: vnde
venis? respōdit: circumiui terram et pambulaui eam.
Igitur iste sathan nō legit a domino aliquid petijs
se / nisi q̄ solum Job posset affligere: et primo eū tem-
porali substantia spoliare: tandem eū in corpore peru- Tropo
tere / et grauare. ℭ Sic p certo dico / q̄ hodie vbicūqꝫ logia.
conueniunt filij dei coram dño i. in quacūqꝫ bona so-
cietate siue religiosoꝝ siue laicorum: semper est dare
aliquem sathan / qui interpretatur contrarius vel ad
uersarius / transgressor vel preuaricator.i. aliquos re-
belles malos et contrarios / et diuum bonoꝝ aduersa-
rios / diuine legis transgressores / et sue pfectionis pua
ricatores: qui pro certo non faciunt nisi terram et pa-
triam explorando pambulare et circuire: et hoc nō vt
possint proficere: sed vt possint inuenire quem affli-
gant / et cui noceant / et occasionem alios ledendi repe 1. Pe. 5. c.
rire: sicut ad litteraꝫ videmus de detractoribus inter
religiosos / de inuidis inter clericos / et de balliuis in-
ter laicos. Unde dicitur aduersarius vester tanq̄ leo f
rugiens circuit: querēs quē deuoret. Et breuiter isti
nihil aliud querunt / nisi q̄ possint Job: qui interp-
tatur dolens.i. pauper et dolētes affligere: et eos in re
bus et corpibus / rapinis et molestijs impugnare: com
missiones enī talia faciendi libenter accipiūt: et ipsas
citissime executiōi tradunt: nihilqꝫ in hoc mundo q̄ Apoc. 9
nocendi potestatem appetunt. Apoc. Aculei erant in b.
caudis eorum rc. ℭ Uel dic q̄ diabolus semper est in Aliter
ter bonos: vel q̄ diabolus nō potest nocere homini-
nisi a deo acceperit potestatem. ℭ Hic habemus qd̄
laxata manu diuine potestatis et protectionis: est da-
ta licentia diabolo: q̄ possit affligere Job Statimqꝫ
ipso cooperante: tribulationes quattuor ei per ordi-
nem euenerunt: quarum scꝫ prima fuit: Qd̄ cum bo-
ues eius ararent: et asine iuxta eos pascerentur: irrue
runt sabei: tuleruntqꝫ omnia: necnon pueros occi-
derunt gladio: vnusqꝫ solus euasit / qui cladē ad Job
fugiens nunciauit. Ignis etiam de celo tunc cecidit
qui oues eius et earuꝫ custodes pueros: vno solo eua-
dēte consumpsit Chaldei etiam tres turmas fecerūt
et irruentes chamelos rapuerunt: pueros vero custo
des preter vnum gladio occiderunt. Filijs autem et fi
liabus suis in domo fratris sui primogeniti vescen-
tibus et vinum bibentibus: ventus a regione deser- Job. i. d.
ti vehementer irruens: quattuor angulos domus cō-
cussit: et liberos omnes oppressit: ita qd̄ vnus solus
de famulis qui hoc nunciaret: remansit flebilis atqꝫ
nud9: Et ait Job: Nudus egressus suꝫ ex vtero matris
mee: nud9 reuertar illuc. Reuerāt q̄ i domo Job.i.
in ecclesia sancta dei: hoc est dictu: in cetu fideliū sa-
than aduersarius noster diabolus huiusmodi tribu

lationes diuersimode suscitat et inducit. Cõstat enim
G ꝙ ibi hodie inueniunt boues arãtes.i.auari: qui cir
ca terrã laborant: ⁊ asine iuxta eos pascentes.i. carna
les: qui comessationibus vacant: ibi sunt oues.i.sim
plices: qui illa que ad salutẽ sunt necessaria: ignorãt
Ibi etiã sunt chameli.i.alij principes ⁊ sup̃bi: q̃ gib
bum ⁊ tumorem sup̃bie ⁊ presumptiõis habent. Ibi
sunt filij ⁊ filie.i.religiosi ⁊ religiose: q̃ comestionib⁹
⁊ vini potationib⁹: ⁊ concertatibus inhiant ⁊ anhelãt
Ibi sunt pueri istorum custodes.i.mali p̃lati: q̃ pue
riliter alios gubernant. Istos ergo diuersimode per
dit: ⁊ alios alijs culpis: nam quosdã sp̃aliter interfi
cit p̃ sabeos: qui eloquentes interp̃tant̃.i.p̃ eloquen
tiam ꝓpriã ⁊ suggestionẽ: quosdã per chaldeos: qui
interp̃tant̃ quasi fere vel quasi mamille.i.per mundi
ꝓsperitatẽ ⁊ lactationẽ: quosdam per ignẽ auaricie ⁊
cupiditatis: quosdã p̃ ventũ sup̃bie ⁊ vanitatis. Istis
eñ quatuor plagis diabolus iob.i.christũ depaupe
rauit: ⁊ possessione bonarũ personarũ tam ecclesiasti
carũ q̃ secularĩũ denudauit multipliciter. Vñ d̃ chri
sto videt̃ posse dici illud relicta sindone nud⁹ ꝓfugit
Et amos: Robustus inter fortes nud⁹ effugiet. ¶ Uel
Mar. 14.c. si vis dic ꝙ oĩa ista que habemus hic.s. ꝙ oĩa bruta
animalia Job periert̃ ⁊ ab hostib⁹ rapta fuerũt: et
Amos. 2.d. seruitores perempti: veruntamẽ paucissimi sunt qui
euaserunt: quinimmo liberi eius mortui fuerũt. De ser
Aliter uis vero Job seu pueris aliqui pauci superfuerunt.
¶ Potest adhuc allegari ꝙ cum Job.i.christus sub
Allego se habeat homines ⁊ bestias.i.fideles ⁊ ĩfideles christi
ria. stianos ⁊ gentiles: ista tñ est veritas ꝙ oẽs bestie.i.
H gentiles ⁊ alij infideles moriunt̃ ⁊ dãnant̃: de hoĩb⁹
vero.i.fidelibus sunt paucissimi qui saluãt̃. Unde di
Mat. 20. c. citur: Multi sunt vocati pauci vero electi. Quinimo
etiã de hoĩbus istis.i.de personis rationabilib⁹ et de
christifidelib⁹ illi q̃ sunt filij ⁊ filie.i.illi qui sunt spe
ciales filij dei.i.clerici ⁊ religiosi magis pereunt: ⁊ vẽ
to sup̃bie ⁊ epulatione castrimargie dãnationi succũ
bunt q̃ illi q̃ pueri ⁊ serui.i.subditi ⁊ simplices ⁊ igna
ri: q̃ scʒ de illis aliqui remanent ⁊ saluantur: isti vero
quasi oẽs ad vitia prolabunt̃. Secundũ eñ Aug. sim
plices ⁊ idiote rapiũt celos: ⁊ nos cũ lr̃is nostris mer
Aliter. gimur in ꝓfundũ inferni. ¶ Uel dic ꝙ sabei qui inter
pretant̃ eloquẽtes sunt adulatores vel etiam aduoca
ti: qui reuera pueros custodes.i. p̃latos ⁊ sup̃iores
gladio lingue sue p̃cutiunt: ita ꝙ boues ⁊ asinas.i.lu
Aliter cra ⁊ vtilitates ab ipsis pre alijs reportant ⁊ rapiunt.
¶ Uel dic ꝙ in domo dei boues.i.viri scientifici ⁊ p̃
fecti debent in agro sacre scripture arare.i.studere le
gere ⁊ predicare. Asine vero.i.simplices iuxta eos de
bent pasci.i.eorum doctrinis ⁊ predicationibus ĩfor
mari: a pueris vero.i.a puris ⁊ innocẽtib⁹ p̃lati de
bent cõmuniter custodiri. Sabei tamẽ qui interp̃tan
tur clamantes ⁊ detractores litigiosi istos molestant
1. Re. 26 c. et tam maiores q̃ inferiores infestant. Unde dicitur:
Quid clamas ⁊ inquietas regem? ¶ Uel dic ꝙ chal
Aliter dei generaliter significant humani gñis inimicos
scilicet mundum diabolum ⁊ carnẽ: chaldei enĩ inter
pretantur quasi fere: iste est mundus cũ auaris qui
more ferarum deuorant aliena. Interp̃tant̃ etiaʒ qua
si demones: iste est diabolus cũ tyrannis. Interp̃tan
tur ĩsuper quasi mamille: ista est caro cum illecebris:
que scʒ delectationibus suis lactat ⁊ decipit. Isti igi
tur chaldei.i.isti hostes humani generis: inter tur
mas p̃dictas se diuidunt: et sic chamelos seu pueros
idest malos ⁊ bonos rapiunt spiritualiter et occidũt
et molestant temporaliter et affligunt. ¶ Uel dic q̃d
chameli ⁊ alti ⁊ gibbosi significant altos principes Tropo
et p̃latos: quos ꝓ certo tres turme chaldeorũ que logia.
interpretantur mamille.i.tria genera p̃sonarũ lactan
do ĩ amorẽ suũ rapiũt: ⁊ iob dño suo id est deo ipsos
subtrahunt atq̃ tollunt. Primi sunt nepotuli ⁊ ami
ci carnales. Secundi sunt verbosi adulatores. Tertij
sunt donorũ ⁊ munerũ oblatores. Ab istis eñ tribus
generib⁹ chaldeorum que quasi mamille dicunt̃: no
stri superiores et maxime p̃lati lactant̃ ⁊ recreãtur
Ideo ab ipsis taliter rapiunt̃ ꝙ nulli alij emolimen
tum de eis consequũtur: ita ꝙ ipsi p̃lati videntur di
cere illud Eccli: In tribus beneplacitum est spiritui Eccli.
meo ⁊c. ¶ Uel si vis dic ꝙ dom⁹ primogeniti in qua 25. a.
filij ⁊ filie comedentes vento irruente sternuntur: do Aliter.
mos et curias principũ vel p̃latorũ designat: qui ꝓ
eo primogeniti fratris dicunt̃: q̃ alijs ditiores ⁊ po
tentiores esse noscuntur. Deute. Dabit pater primo Deute.
genito suo de his que habet cũcta duplicia. Ista igi 21. c.
tur est veritas ꝙ illi qui in domo primogenitoꝝ suo
rum.i.in curijs ⁊ hospitijs diuitũ ⁊ magnatũ morãt̃ B
et qui panẽ et vinum eorũ comedunt: ⁊ apud eos of
ficijs et obsequijs deputant̃: diuersis periclitantur vi
tijs ⁊ casibus et periculis supponunt̃. Uẽtus enim ⁊
flatus diabolice tẽtationis ibi precipue solet flare: q̃
totam domum istã solet ad malũ cõcutere ⁊ mouere:
et sic illos qui sunt ibi per vitia opprimere ⁊ damna
re. Constat aũt ꝙ illi q̃ curias sectant̃ diuitũ sunt vt
cõmuniter adulatores raptores inuidi et superbi: et
sic euidens est vitiorum turbine opprimi ⁊ inuolui.
Unde Seneca dicit de istis: Si quis cũ magnatibus
habitat aut veritas aut eorum amicitia perdẽda est Mat. 11. a
Unde illud Math. Ecce qui in domibus regũ sunt
mollibus vestiunt̃. Uel dic ꝙ in talibus domib⁹ of Aliter
ficijs ⁊ statibus homo statim periculum patit̃: ⁊ hoc
q̃ ventus inuidie qui vt cõmuniter a regione deser
ti.i.a malis desertis et insufficientibus personis so
let procedere ibi flat: qui totam domũ q̃q̃ concutit
et conturbat: et illos qui ibi habitãt aliquotiẽs op
primit atq̃ damnat. Unde Ezech. Ecce ventus turbi Ezech.
nis veniebat ab aquilone. ¶ Uel dic q̃d frater noster 2. a.
primogenitus fuit lucifer: q̃ dicit̃ frater noster q̃ fu Anago
it ab eodẽ p̃re deo genitus ⁊ creatus. Psal. Añ lucife gia.
rum genui te. Et Job: Ecce behemoth quẽ feci tecum Psal.
Primogenitus vero q̃ prima creatura dei est. Et alibi 109. a.
Ipse est principiũ viarum dei. Conuiuiũ vero eius est Iob. 40 b.
prosperitas: cuius scʒ dominiũ vẽdicat ipse sibi. Uñ
Luc. Ostendens christo oĩa regna et gloriam dixit: Ibidem
Hec omnia dabo tibi si cadens adoraueris me: quia Luce. 4 a.
mihi tradita sunt: ⁊ cui voluero do ea. Ista igitur est
veritas ꝙ q̃q̃ filij iob ⁊ filie dei.i.christiani ⁊ chri
stiane: seu etiam generaliter tam viri quam mulieres ⁊
de quolibet viro iusto: ⁊ maxime ecclesiastico vel pre-
lato: qui talis debz esse signaculū similitudinis per dei
⁊ sanctorū imitationē. Plenus sapientia per spiritua- f
lē discretionē. Perfectus decore per honestā conuersa-
tionē. In delicijs paradisi esse per affectionē ⁊ per con-
tēplationē. Omniū lapidum preciosorū operimentū
habere per omniū virtutū adeptionē: qui in operimen-
to perfectionis sue debet relucere sardius: qui timorē
pellit/⁊ facit audacem. i. spei virtus ⁊ soliditas. To-
pasius qui lunā sequit. i. obedientie ⁊ imitationis bo-
norū cōformitas: Iaspis qui oculos clarificat. i. fidei
splēdor ⁊ luciditas. Crysolitus qui demones terret. i.
humilitas: Onyx qui oculos facit tremulos. i. dei ti-
mor/⁊ sua considerata seueritas. Beryllus qui licub9
pest. i. patiētia ⁊ benignitas. Sapphir9 qui discordes
recōciliat. i. perfect9 amor ⁊ charitas. Carbūculus qui
summe enicat. i. discretio/sapiētia ⁊ sagacitas. Sma-
ragdus qui visum recreat. i. bona conuersatio ⁊ hone-
stas. Aurū etiā quod summe pōderat/debet esse opus
decoris sui. i. morum grauitas ⁊ maturitas. Ista eñ
oia debēt esse operimentū boni prelati/vestis ⁊ tegimē
cuiuslibet ecclesiastici/vel etiā viri iusti: vt sic dicatur
illud Eccli. Quasi vas auri solidū ornatur omni la- ecc.50.b
pide precioso. Iste insuper debet esse cherub. i. vir an-
gelicus: qui interpretat plenus scientia/propter scri-
pture fidei ⁊ scientie eruditionē. Debet esse extent9 ad
alios per liberalitatē ⁊ compassionem. Debet esse pro-
tegens per pauperū adiutorium ⁊ defensionē. In mō-
te ēt scō dei vbi impositus est. i. in alto officio/digni-
tate ⁊ beneficio. Debet esse in medio lapidū ignitorū.
i. in medio bonorū consiliatorū/charitate ardentiū per
bone societatis frequētationē: ⁊ sic a die cōditiōis sue
. i. a die iuuētutis vel promotionis debet esse perfectus G
in vijs suis per sanctitatis professionē: quia pro certo q̄ premissa
oia habuerit/perfect9 nō immerito dici poterit. itē q̄ō illo eccl.31.b
dici poterit illud Eccli: Probatus in illo ⁊ perfect9 in- eod.c.c.
uentus: ⁊ erit illi gloria eterna. ¶ Consequēter loquit historia
ibidē propheta: q̄ cherub qui fuerat in mōte sancto
dei ⁊ delicijs paradisi/perfectus sciētia ⁊ decore: q̄ pro-
pter negociationes etiā quibus se immiscuerat/perdi-
dit omnia sua. Dicitur igitur sibi sic. In multitudine
negociationis tue repleta sunt interiora tua iniquita-
te/⁊ peccasti: eieci te de monte sancto meo: ⁊ perdidi
te o cherub: ⁊ prodiēs de medio lapidū ignitorū/eleua-
tum est cor tuū in decore tuo: perdidisti sapientiā tuā
in multitudine iniquitatū tuarū: perdidisti sanctifica-
tionē tuam. Producā igitur ignē de medio tui: ⁊ da-
bo te in cinerē super terrā/in cōspectu omniū videntiū Tropologia
te: nihil factus es/⁊ non eris in perpetuū: ¶ Ista pos-
sunt applicari cōtra religiosos ⁊ ecclesiasticos nego-
ciatores/vel negociatorū seculi tractatores/vel curiarū
principū sectatores: qui proculdubio multi sunt hodie
in monte sancto dei id est in ecclesia: ⁊ delicijs paradi-
si. i. in religione: qui licet sint pleni sapientia ⁊ perfecti
decore. i. honeste cōuersationis decentia. in mundi ta-
men negocijs se immergunt. ⁊ in rebus secularibus se H
delectant: quapropter sepe fit q̄ interiora mētis sue ini-
quitate replent. Isti igit sunt qui in decore suo. i. in gra-
tijs sibi a deo collatis cor suum eleuāt ⁊ superbiūt: sz
sic relarante domino manum suā/sanctificationē gra-
tie sue vbicūq3 discretionē ⁊ sapientiā perdūt. Tales
igit de monte sancto. i. de statu sanctitatis eijciunt: per
diuersa peccata perdunt: ⁊ igne diuersarū concupiscē- ps.57.b
tiarū vrunt: ⁊ finaliter nihil reputant. Ps. Ad nihilū
deuenient tanq̄ aqua decurrens. Quod potissime de

clericis mercatoribus/vsurarijs ⁊ simoniacis potest
dici: qui scȝ malis ⁊ inhonestis contractibus ⁊ vsura-
rijs ⁊ simoniacis pactionibus in religione ⁊ ecclesia
indecenter vtuntur: non aduertentes quod vendentes
ioã.2.c. ⁊ ementes dominus de templo eiecit. Unde in euange
lio. Auferte ista hinc: ⁊ nolite facere domuȝ patris mei
domum negociationis. Utinam ergo tales negociato
res de monte sancto dei fuissent eiecti: ⁊ a statu eccle-
siastico destituti.

Caplm vicesimũnonũ Textus. In anno decio ⁊ duodecio mẽse vna die mẽsis. Moralitatum Capl.XIIII.

historia Loquitur dominus pharaoni regi egypti
sub figura vnius draconis in fluminibus
quiescentis/dicens sic. Ecce ego ad te o pha
rao rex egypti draco magne: qui cubas in
medio fluuiorum ⁊ dicis. Meus est fluuius: ⁊ ego fe
ci memetipsum: ⁊ ponam frenum in maxillis tuis: ad
herere faciam pisces fluuiorum squãmis tuis: ⁊ ex
A trabam te de fluminibus tuis: ⁊ proyciam te in deser-
Tropo- tum: ⁊ omnes pisces fluminis tui super faciem terre
logia cadent: bestijs terre ⁊ volatilib⁹ celi dedi te ad deuorã-
dum. Tales dracones videntur esse multi ecclesia-
stici mali: vel mundi diuites ⁊ auari: vel mali pricipes
et prelati: qui dracones dicuntur: eo quod p auariciã/
rapinam/vel seuitiam inflammantur. Ibi sunt igitur
qui cubant in fluminibus deliciarum. Ibi sunt quib⁹
adherent multi pisces id est multitudo malarum fa-
miliarum/nepotum/consanguineorum ⁊ compatrio-
tarum. Ibi sunt qui bonuȝ quod habent/non attribu
unt deo: immo seipsos se fecisse/⁊ sua industria statuȝ
suum acquisiuisse dicunt/ad laudem virtutum pro-
priaruȝ: quia pro certo tales solet dominus freno mor
tis infrenare: ⁊ eos in desertum id est in infernum pro
ijcere: ⁊ pisces suos sibi adherentes id est malam suaȝ
sequelam ⁊ parentelam cum ipso perdere: ⁊ a statu pro
speritatis eycere: ⁊ bestijs id est tyrannis: qui bona ip
sius mortui diripiunt: ⁊ volatilibus id est demonibus
qui animam rapiunt/finaliter ipsos dare. Constat enĩ
quod tales maligni iusto dei iudicio de fluminibus
deliciarum ⁊ a statu prosperitatis cadunt: pisces sibi
adherentes id est ipsorum consanguinei ⁊ familiares
zac.13.c qui scilicet propter eos in honore fuerant: pariter cor
ruunt ⁊ pereunt: Percusso enim pastore dispergentur
oues gregis. Dracones etiam id est sitibundi diuites
postq̃ diu fuerunt in fluminibus deliciarum: iustum
est quod extrahantur ad desertum miseriarum: ⁊ ma-
xime illi qui dicunt/quod ipsi fecerunt semetipsos id
B est illi qui bona sua non deo/sed proprie industrie at-
tribuunt: ipsum deum quamplurimũ offendunt: qua
propter de fluminibus deuotionis quantum ad ani-
mam: vel de fluminibus deliciarum/quantum ad cor
pus merentur extrahi: ⁊ in desertum peccati vel mise-
rie relegari. Uere enim illi qui bona sua spiritualia
sibi attribuunt/merito labi in diuersa vitia permittũ
tur. Illi vero qui bona sua temporalia ad dei gratiaȝ
gre.29. non referunt/ad desertum paupertatis merito deuol
moral. uuntur. Unde Gregorius dicit. Quod cõditoris dis
pensatione agitur/quod de se confidens anima tenta
tionis iaculo feriatur: vt infirma quid sit/inueniatur
⁊ fastum superbie pretermittat. Hic etiam fit men-
4.re.18c tio de baculo arundineo egypti de quo etiam habe-
esa.36.b tur in libro. Regum: ⁊ Esaie. Egyptus enim baculo
arundineo comparatur qui nullam soliditatẽ habẽs
cum se ei inniti homo voluerit: protinus frangitur et
cassatur. Apparet enim esse fortis ⁊ solidus. Ueruntã
men si desuper innixus fueris: onus impositum non
sustinet: cum sit intus vacuus ⁊ inanis. Tales sunt fal
si amici qui exterius videntur splendidi: ⁊ per promis
sam fidelitatem solidi: quos tamen si quis probaue-
rit: vel in aliquo necessitatis articulo eis inniti/⁊ in
eis confidere voluerit: vel onus alicuius laboris susti
nendi ipsis imposuerit: statim ipsum per impatientiã
⁊ infidelitatem fractuȝ videbit. Ita quod illud quod
promittere videbatur scilicet fidelitatem: non faciet
nec tenebit. Soliditatem enim ⁊ stabilitatem habȝ so
lummodo exterius in apparentia: vacuus autem est ⁊ esa.36.b
insolidus interius in conscientia: quia scilicet iste fi- C
delitateȝ habȝ in ore/nunq̃ in opere vel in corde. Esaie
Ecce confidis super baculum istum arundineum con Aliter
fractum egyptuȝ: cui si innixus fuerit homo/confrin
getur: ⁊ perforabit manum eius. Sic ⁊ pharao omni
bus confidentibus in eum: Uel dic quod iste bacu
lus significat prosperitatem mundanam/mundum/
corpus/vel vitam temporalem vel diabolum. Ista enĩ
omnia licet videantur solida: sunt tamen fragilia at-
q̧ fluida: quia vbi quis diutius sperat viuere/vel in
prosperitate gaudere ibi baculus iste sibi per mortem
vel infortunium citius frangitur: ⁊ eum magis per-
cipit variari.

Caplm tricesimũprimũ Text⁹. Et factuȝ est in anno vndecio tertio mẽse: vna mensis. historia Moralitatũ Caplm.XV.

Assur regem superbissimum Ezechiel compa
rat cedro/dicens sic. Ecce assur inquit/qua-
si cedrus in libano: pulcher ramis/frondi-
bus nemorosus/excelsusq̧ altitudine ⁊ inter
condensas frondes eleuatum est cacumen eius: aque
nutrierunt illum: abyssus exaltauit euȝ: flumina eius
manabant in circũitu radicum eius: riuos suos emi-
sit ad vniuersa ligna nemoris: propterea eleuata est al
titudo eius: multiplicata sunt arbusta eius: ⁊ eleuati
sunt rami eius pre aquis multis. In ramis eius fece-
runt nidos volatilia celi: sub frondibus eius habita-
bant omnes bestie saltuum: ⁊ sub vmbra habitabant
cetus gentium plurimarum: cedri non fuerunt altio
res illo in paradiso dei: abietes vero nõ fuerunt equa
te frondibus eius. Omne lignum paradisi non erat
assimilatum ei ⁊ pulchritudini eius: quapropter emu 4
lata sunt eum omnia ligna voluptatis que sunt in pa-
radiso. Sed quid? Pro certo dominus dicit. Pro eo
quod eleuatuȝ est cor eius in altitudine sua: traditus
est in manibus fortissimi gentium: ⁊ succident eum
crudelissimi nationum. Confringentur arbusta eius
⁊ fugient de sub vmbra eius populi terre. Et sic dici-
tur/quod deductus est cum lignis voluptatis ad ter-
ram vltimam/cum descendentibus ad infernum ⁊ ad Tropo-
interfectos gladio: ⁊ consolata sunt super eum om- logia
nia ligna. Per talem cedrum intelligo mundi di-
uites ⁊ superbos/in dignitatibus ⁊ officijs constitu- ps.36.g
tos: vt sunt ad literam aliqui mali seculares vel cleri-
ci/in prelatorum vel pricipum officijs eleuati. Psal
mista. Uidi impium superexaltatum ⁊ exaltatum si-
cut cedros libani ⁊c. Quia isti hodie in libano huius
mundi per prosperitatem sunt pulchri frondibus: id
est diuersis possessionibus sunt nemorosi: dignitati-
bus ⁊ officijs sunt eleuati ⁊ excelsi: ⁊ etiam inter fron
des ⁊ inter altos ⁊ magnates ⁊ diuites pre alijs sunt
exaltati

exaltari : ita quod in paradiso ⁊ in ecclesia vel patria
pauca sunt ligna que eis in gloria assimilentur: ita φ
ipsi abietes ⁊ platani: id est ipsi diuites/antiqui/nobi
les/excelsi: milites/principes vel prelati: ipsorum mun
dane prosperitati ⁊ glorie nullatenus adequantur. Si
cut ad litteram videmus de multis aduocatis ⁊ offi=
cialibus regiis/⁊ similibus qui in mundana gloria ma
gnos nobiles antecedunt: quia hodie quasi totus honor
esa. 60. c ⁊ prosperitas seculi ad istos est deuoluta. Esa. Gloria
E libani ad te veniet: decor carmeli ⁊ saron/⁊ breuiter al
titudo sui status super alios eleuatur: arbusta etiam eorum/
id est familiares ⁊ compatriote: propter eos ad offi=
cia vel beneficia eleuantur: volucres celi/id est nobiles non
dedignantur nidificare: id est moram contrahere apud
da. 4. b ipsos. Dan. Erant subtus eam habitantes bestie ter=
re ⁊ in ramis eius commorantes aues celi: ⁊ ex ea ve=
scebatur omnis caro. Ratio autem istorum est: quia seque diui
narum numerosit istos: ⁊ abyssus/id est diabolus exal
tauit eos: ⁊ flumina diuersarum pensionum ⁊ lucrorum
irrigauerunt istos: quapropter non mirum si contin=
git ipsos esse magnificatos ⁊ excelsos. Sed quia isti de
tanta sua altitudine ⁊ sublimitate se erigunt in superbi
am: ⁊ cor eorum per inanem gloriam exaltatur: ideo fi
naliter in manus crudelium/id est demonum traduntur:
ita φ quandoque fit φ temporaliter per infortunia succiduntur
ita φ arbusta eorum. i. improbi familiares ⁊ filii qui per eos
exaltati ⁊ promoti fuerant temporaliter confringuntur: ⁊
bestie/id est simplices subditi de vmbra sui dominii li=
berantur: ipsisque obedire amplius non dignantur. Isti etiam
ad locum inferni vel terram infimam paupertatis dedu=
cuntur. Ita φ ligna terre infima/id est pauperes quos de=
esa. 14. c pressenrant: de casu ipsorum non modicum consolantur: di
f centes illud Esai. Quomodo cecidisti lucifer/qui mane
Aliter oriebaris: corruisti in terram qui vulnerabas gentes
Allegoria ⁊ tu vulneratus es sicut ⁊ nos: nostri similis factus es
¶ Vel dic φ ista arbor est ecclesia: que propter flumi=
na donorum spiritussancti/que eam vegetauerunt: ⁊ pro
pter abyssum eterne ordinationis: ⁊ aquas diuine gra
tie ⁊ deuotionis: que eam nutrierunt: ita est hodie ex=
altata diuitiis ⁊ potentiis dilatata: φ cedri/abietes ⁊
platani/id est mundi alti principes/diuites ⁊ domini:
sibi nullatenus adequantur: alia etiam ligna paradi
si: id est alie secte que fuerunt scilicet lex nature/⁊ secta eti=
am legis scripte sibi nullatenus comparantur: vnde iam
factum est φ in ramis suorum officiorum: volucres celi/
id est mundi nobiles gaudent nidificare: bestie vero ⁊
populi/id est inferiores simplices subditi sub vmbra fi
dei sue letantur habitare: quia ista arbor de tanta sui subli
mitate ⁊ prosperitate est in superbiam erecta/⁊ cor eius
quamplurimum eleuatum: iam paulatim in manus crudelis=
simorum/id est principum ⁊ tyrannorum traditur: arbusta
eius/id est persone ecclesiastice franguntur ⁊ suppedi
tantur. Aues id est nobiles subesse ecclesie maxime in
temporalibus dedignantur. Ideo de sub ipsis id est de iu
risdictione eius effugere probantur populi etiam/id est fi
deles ad alienas sectas quotidie fugiunt: ⁊ per schis=
mata vmbram ecclesie derelinquunt: ita quod iam gla=
tren. 1. e dys/id est tribulationibus tyrannorum taliter est trun
cata: quod iam ad terram vltimam/id est ad miseriam
Aliter est deducta. Unde dicitur. Facta est quasi vidua domi=
Tropologia na gentium: princeps prouinciarum facta est sub tribu=
G to. ¶ Vel dic φ talis cedrus est vir contemplatiuus ⁊
altus: qui aquis deuotionis nutritur: fluminibus spi
ritussancti rigatur: ⁊ sic ad perfectionis altitudinem ex=
altatur: ita φ abietum et platanorum/idest munda=
norum sapientum nulla sibi sublimitas adequatur:
ligna etiam paradisi/idest alii fideles sibi nullatenus
comparantur. In ramis enim suarum affectionum ni
dificant aues/idest angeli per delectationem: sub vm
bra suorum exemplorum habitant bestie ⁊ populi/id est
homines simplices ⁊ ignari per imitationem. Verun=
tamen quando ex tali sanctitate cor eorum per presum
ptionem ⁊ inanem gloriam eleuatur: sepe fit φ relaxan=
te domino manum suam: in manibus crudelium/id est
demonum per peccata cadere permittuntur: ⁊ finaliter ad esa. 14. e
infernum ⁊ ad terram vltimam deducuntur. Esai. Detracta
est vsque ad inferos superbia tua. Bene igitur consulit 1. co. 10. c
ab apostolo. Qui stat/videat ne cadat. Pretermitto fi
guram de morte ⁊ de destructione illarum nationum que ezec. 32. f
ponuntur Ezechielis vbi dicitur. Ibi mosoch/ibi tu=
bal/ibi elam: ⁊ sic de aliis: quia ipsam alibi recolo me ezec. 34. a
dixisse. De conditionibus etiam boni pastoris et
mali pastoris que ponuntur hic/nihil hic pono: quia
omnia ista non videntur posita narratiue/ sed potius
literaliter ⁊ ordinatiue.

¶ Capitulum tricesimumseptimum textus. Facta est super me manus domini: ⁊ eduxit me in spiritu. Moralitatum Capitulum XVI

Vidit Ezechiel vnum campum plenum ossi H
bus/que erant multa valde: super faciem cam= historia
pi sicca vehementer. Accidit ex voluntate dei/
φ ezechiele prophetante facta est commotio
⁊ accesserunt ossa ad ossa/ vnumquodque ad iuncturam
suam: ⁊ ecce super eos nerui ⁊ carnes: ⁊ extensa est super
eos cutis: ⁊ spiritum non habebant: ⁊ prophetauit ad
spiritum dicens de quatuor ventis: Veni spiritus ⁊ suf
fla super interfectos istos ⁊ reuiuiscant. Et ingressus
est in ea spiritus: ⁊ vixerunt: ⁊ steterunt supra pedes su
os exercitus grandis valde nimis. ¶ Ista ossa possunt Tropo=
significare congeriem seu congregationem omnium pec logia.
catorum: qui sunt in campo huius mundi/vel in cam
po ecclesie militantis: qui sunt nudi/id est sine conuer=
sationis decore: ⁊ sicci id est sine compassionis humo
re: ab inuicem distincti/id est sine dilectionis amore:
spiritu carentes/id est sine gratia ⁊ deuotionis vigore
sine neruis/ id est sine concordie ligamento vel fortis=
tudinis fulcimento: ⁊ sine carnibus/id est sine pieta
tis mollicie vel lenimento. Unde dicitur in persona pecca= eze. 37. e
torum: Aruerunt ossa nostra: abscissi sumus. Sed pro=
pheta prophetante: id est predicatore predicante/vel pre=
lato redarguente: in istis ossibus fit quandoque commo
tio contritionis: ⁊ accedunt ossa ad ossa per affectum spi
ritualis deuotionis: ⁊ applicatur vnumquodque ad iunctu
ram suam per ligamentum concordis vnionis: ⁊ pro eo
etiam φ quilibet efficitur contentus proprii gradus ⁊ pro=
motionis. In istis igitur statim crescere incipiunt ner=
ui id est fortitudo: carnes id est pietatis fluida pleni=
tudo: cutis. i. honestatis exterior gratitudo: ⁊ a qua=
tuor ventis. i. a quatuor bonis affectibus venit in eis A
spiritus. i. diuine gratie sanctitudo. Unde dominus dicit ta=
libus penitentibus illud quod ibidem dicitur: Dabo super
vos neruos: ⁊ supercrescere faciam in vobis carnes: ⁊
superextendam in vobis cutem: ⁊ dabo vobis spiritum
⁊ viuetis. Sic igitur fit/φ insufflante spiritusancto su
per ossa arida. i. super indeuotos peccatores/⁊ eos sub
intrante: statim incipiunt per gratiam viuere: a terra
id est ab effectu terrenorum surgere/⁊ ea contemnere:
⁊ erecti per spem ⁊ contemplationem ⁊ rectitudinem

ezec.2.a mētis stare. Ezech. Ingressus est in me spūs: ꝛ statuit
Aliter me super pedes meos. ¶ Uel dic ꝙ quatuor partes a
quibꝰ venit spūs in mentē aridā ꝛ mācuosā / sunt qua-
tuor consyderationes quibꝰ penitens ozet: scꝫ natiui
tatis vilitas / mortis necessitas / inferni asperitas / ꝛ pa
radisi felicitas: qꝛ peccō q̄ ad istas partes bñ ꝯsyderat
ꝛ attēdit: spm̄ scm̄ in se faciliter rapit ꝛc. sicut supra.
Aliter ¶ Uel dic ꝙ talia ossa arida sūt hypocrite: q̄ ꝙuis ha
beāt neruos cōfederatiue collisionis / carnes non ficte
compassionis / cutē honeste cōuersationis: spiritū ta
sapi.1.b men vt dicitur / non habebant: inquantum carent spi
ritu gratie ꝛ deuotionis. Unde dicitur. Spiritus dis-
cipline effugiet fictum ꝛc.

¶ Caplm̄ tricesimūoctauū Textꝰ. Et factꝰ est sermo dñi ad me dicēs. Fili hois. Moralitatum Capitulum.XVII.

B
historia Minat dñs cuidā principi futuro qui dicit
Gog: q̄ cū magnis exercitibus ascēsurus
est: in nouissimo annoꝝ ad terrā israel ad
spolia populi dei extrahenda / ꝛ dicit sic: In
igne zeli mei locutus sum dicit dñs: qꝛ in die illa erit
magna cōmotio sup terrā: ꝛ cōmouebunt a facie mea
pisces maris / volucres celi / bestie terre / ꝛ oē reptile qđ
mouet super humū / cunctiqꝫ holes q̄ sunt super faciem
terre: ꝛ subuertent mōtes / ꝛ cadēt sepes: ꝛ ois murꝰ cor
Tropo- ruet in terrā / ꝛ gladiꝰ vniuscuiusqꝫ ad ꝓximū suū: ignē
logia ꝛ sulphur pluā super eū / ꝛ super exercitū eius. ¶ Illud
pōt exponi ꝯtra diabolū: q̄ cū exercitibꝰ suis. i. cū cōge
rie maloꝝ nō cessat cōtra ppłm dei. i. ꝯtra beatos quo
tidie militare / ꝛ eos bonis suis spūalibꝰ spoliare: qꝛ ꝓ
certo in nouissimo annoꝝ / scꝫ in die iudicij / iste cū to
to exercitu reproboꝝ peribit. Tūc ei fiet cōmotio / ꝛ mi-
rabilis coꝝ mutatio: qꝛ scꝫ in igne furoris. i. iustitie ꝛ
rigoris ipsiꝰ dei / cōmouebunt a statu sue mūdane ꝓspe
ritatis pisces maris. i. voluptuosi: volucres celi. i. sup-
bi ꝛ ambitiosi: q̄ nō q̄rūt nisi alta: bestie terre / id ē aua
ri atqꝫ diuites: reptilia. i. infirmi / mali paupes holes
qui sunt super faciē terre / scꝫ ecclie: hoc est dictu / mali
clerici ꝛ seculares. Tales igit sunt de exercitu istiꝰ regis
Gog / id est diaboli: ꝛ iō dñs finaliter ignē ꝛ sulphur.
i. ardorē ꝛ fetorē eterne dānatiōis super eos pluet: gla-
diū sue dire sentētie in eos mittet: mōtes. i. ꝓoꝝ altos
status destruet: sepes ꝛ muros eoꝝ / id est ipsoꝝ maios
C fautores ꝛ protectores subuertet: ꝛ eos oēs ad infernū
dānabit / interficiet ꝛ occidet: qꝛ ꝓ certo Gog cū suis
exercitibus / id est diabolus cum suis peruersis homi
nibus in iudicio destruetur: ꝛ malorum status ꝛ pro-
ps.10.b speritas subuertetur. Psalmista. Ignis / sulphur ꝛ spi
ritus procellarum / pars calicis eorum.

¶ Capitulum quadragesimumprimuz Textus. Et introduxit me in templum: ꝛ mēsus est frontes: Moralitatum Cap.XVIII.

historia Empiū quod vidit Ezechiel cū sua mirabili
dispositione ꝛ fabrica / nō faciliter ponit: sed
q̄ significationē suā desyderat / videat Grego
riū in homilia super Ezechielē. Nō eni est me
um tam difficillima exponere: qui non quero nisi ali
quid de segete scripturarum excerpere: vt post messo-
res possim aliquem manipulum colligere. Dicit igi-
tur quod Ezechiel in descriptione templi vidit quan-
dam picturam in pariete / quā cherub innominabat.
Erat enim pictura animalis quod duas facies habe-
bat: scilicet ab vna parte faciem hominis / et ab alia
parte faciem leonis: ꝛ iuxta quamlibet faciem palme
species pingebatur: ad quam ipsa facies cherub inver
tebatur. ¶ Ista pictura potest significare viros eccle- Tropo-
siasticos / ꝛ maxime prelatos qui in templo ecclie sūt logia
locati: quia pro certo isti debent dici cherub: qui in-
terpretatur plenitudo scientie: quia isti debent esse vi-
ri scientifici ꝛ discreti. Ezechiel. Tu cherub extentus eze.28 d
ꝛ proteges / plenus sapientia ꝛ perfectus decore. De-
bent etiam habere duas facies: inquantū in facie ap
parentie exterioris conuersationis ꝛ moris / ipi esse de D
bent diuersimode duplicati: quia secundum diuersi-
tatem locorum / temporum ꝛ personarum: ipsi debent
esse in conditionibus variati: quia in ipsis debet esse
facies hominis ꝛ facies leonis: inquantum debent es
se aliquotiens humani ꝛ benigni: quandoqꝫ vero se-
ueri ꝛ leonini: vt sint sicut holes q̄tū ad mīsericordiā ꝛ
benignitatē: leones vero q̄tū ad iustitiā ꝛ seueritatē: vt
sic facies hūana respiciat bonos ad ꝓmouēdū: leōina
vero respiciat malos ad puniēdū. Ezech. Facies hoīs ezec.1.c.
ꝛ facies leonis. Ueruntamen quelibet facies debꝫ pal
mam respicere: quia misericordia ꝛ iustitia se debent
ad palmam eterne glorie: ꝛ ad vitiorum victoriam or
dinare: siue sit homo misericors siue iustus: semper de
bet intentionem rectam habere: ꝛ ad hoc quod pal-
mam glorie postmodum capiat anhelare: dicens il-
lud. Canticorum. Ascendam in palmam: ꝛ ap- cañ.7.c.
prehendam fructum eius. ¶ Hic fit mentio: quod sa- Ca.xlij.
cerdos quando ministrabat in templo: induebat ve-
stimenta sua sancta: quando vero redibat ad popu-
lum: vestimenta sua exuebat: ꝛ sua communia indue-
bat. ¶ Sic vero quilibet sacerdos: id est quilibet sacer Mora-
ac sanctus dux / id est quilibet iustus / quando in san- litas
ctuario paradisi vel in templo ecclesie per seruitij diui
ni executionem ministrat: vestimenta sancta / id est
sanctam ꝛ fidelem conuersationem debet induere / et
continentia morum spiritualium se ornare. Unde di- leui.19a
citur. Sancti estote / quia ego sanctus sum. Ueruntā-
men quando redit ad populum: id est quando ad vi-
tam actiuam reuertitur / ꝛ ad mundi negocia conuer-
sationemqꝫ secularium applicatur: tunc debꝫ illas san- E
ctas vestes exuere / vestesqꝫ communes induere id est
conuersationem magis affabilem accipere ꝛ commu-
nem vt sic illis cū quibus habitat / se studeat (sine pec-
cato tamen) pro viribus conformare. Leuiticus. Ue- leu.6.a.
stietur vestimentis alijs ꝛc. ¶ Uel dic quod secundū Aliter
locum ꝛ personas / gradum / statum ꝛ officium quod
habemus: necesse est assumere sanctas vestes / moresqꝫ
induere magis graues. Quando tamen predicta ces-
sant: tunc homo proprias vestes debet resumere / ꝛ si- 1.cor.9b
cut ante consueuerat se habere. Apostolus. Omnibꝰ Aliter
omnia factus sum. ¶ Uel dic quod loca quandoqꝫ no
cent seu proficiunt ad virtutes: quia scilicet si in loco
sancto manseris / vestem sancte conuersationis habe-
bis: si vero ad populum vel ad secularia negocia exie-
ris / mores seculares ꝛ laicos reportabis. Unde Sene-
ca epistola nona: Nihil tam damnosum bonis mori-
bus / quam in spectaculo residere.

¶ Caplꝫ quadragesimūquartū textꝰ. Et cōuertit me ad viā porte sctūarij exterioris: q̄ respicit ad oriētē. Moral. Cap.XIX.

historia Idit Ezechiel portam in sanctuario / ꝛ erat
clausa: ꝛ dictū est sibi / qđ porta hec clausa
erit: ꝛ vir nō trāsibit per eam: qm̄ dominus
deꝰ israel ingressus est per illam: erit clausa
principi

Moralitas principi: princeps iste sedebit in ea. ¶ Dic q̄ ista por-
ta est beata virgo: q̄ in sanctuario castitatis et sanctita
tis posita/ semper per virginitatis sigillū mente et cor-
pore fuit clausa. Vir enī per istā portā nō trāsibit/ inq̄-
tū ipsam per copulā carnis nō cognouit. Esa. Nō trā-
esa.52.a sibit per te incircūcisus et immūdus. Dn̄s enī solus in-
gressus est per eā/ per carnis assumptionē. Nā ipsi prī
cipi christo fuit clausa per virginitatis dedicationē: et
ps 117.c ipse solus in ea sedit per corporalē habitationē. Psal.
can.4.d Hec porta dn̄i: iustus intrabit per eā. Unde dicit. Hor
tus conclusus soror mea: hortus cōclusus/ fons signatus
eod.c.d ¶ Ibidem ordinat dn̄s q̄ leuite qui recesserāt ab eo/
et errauerūt in idolis suis: q̄ nō debebāt ad eū accede-
re/ nec sanctuariū intrare/ nec in sacerdotio ministra-
re. Soli enī filii Sadoch/ qui custodierunt cerimoni-
as sanctuarii mei/ cū peccarēt filii israel: ipsi stabunt in
conspectu meo/ vt offerāt mihi adipē et sanguinē: ipsi
ingredientur ad sanctuariū: et accedēt ad mēsam meā vt
ministrēt mihi. Aduerte tamē q̄ isti sacerdotes debe-
bant indui vestibus lineis: nec debebat super ipsos ac
cedere quicq̄ laneū: vitte linee erant in capitibus eorum
feminalia linea in lumbis eorum/ et nō accingent. In su-
dore caput suum nō radent: comā suā nō nutriēt: sed
capita sua tondēt: vinū cū ingressuri sunt atriū/ nō bi-
bent. Viduā aut repudiatā nō accipiēt: ad mortuū ge
neraliter non intrabunt: ppl̄m quid sit inter sanctū et
pollutū docebūt: legē tenent et iusta iudicia iudicabunt
Tropologia ¶ Sic vero charissimi/ illi sacerdotes et leuite/ id est ec
clesiastici/ qui a dn̄o per vitia recesserūt: et idolis suis
id est diuitiis per auariciam/ malis mulieribus per lu
xuriam / vel malis superioribus per simoniam seruie-
runt: nō sunt digni domino ministrare/ nec ad sanctua
G rium sacrificii altaris accedere/ nec sacerdotio gaude-
re. Soli enim filii sadoch/ qui interpretatur iustus: sci
licet soli filii iustitie/ qui legis diuine cerimonias cu-
stodire consueuerunt/ digni sunt: ad mensamq̄ alta-
ris accedunt: et quod sacerdotio fungantur: et quod
adipem id est christi carnem: et sanguinem offerant et
leu.22.b ministrent. Leuiticus. Omnis alienigena non acce-
dat. Item omnia vestimenta id est omnes mores et cō
ditiones istorum/ linea et pura et sancta debent esse: et
nihil laneum id est nihil carnale vel indecens debet ī
eo apparere. Linum enim quod est candidum/ purita
tem significat: lana vero que de carne nascitur/ carnis
voluptatē designat: et iō in capite cordis et mētis ceruic
ta lilea.i. puritas inocētie interioris: et i lūbis dn̄t carnis
leu.16.a feminalia linea restrigi.i. continentia castitatis exterio
ris teneri. Leuiticus. Tunica linea vestietur: et femina
libus lineis verecunda celabit. Isti igitur quandoq̄
sudant in confessione vitia emittēdo: nullo modo de
bent accingere seipsos per vitia restringēdo/ sz potius
eph.5.d laxare oīa integre cōfitendo. Illi et qui in tēplo eccle-
sie ministrāt/ non debēt vinū/ supple in quo est luxuria
bibere: voluptati superflue intēdendo. Aps. Nolite
inebriari vino/ in quo est luxuria. Isti etiā nō debēt co
mā.i. diuitiarum superfluitatē nutrire: et tn̄ ex toto ip
si non debent caput mētis a capillis diuitiarū radere
H vel nudare: tōdere tn̄ debet istos capillos ipos paupe
ribus erogādo: et plus debito crescere nō sinēdo/ super
fluitatē dīmodā tonsura temperantie resecādo. Rasu
ra enī omnimodā abdicationē diuitiarū designat. Tō
sio vero que partē aufert/ et partē dimittit / temperatā
resecationē insinuat: ad denotandū q̄ ecclesiasticus
pu.30b debet superflua expendere/ et retinere necessaria vn̄ vi-
uat. Vn̄ in Prouer. Diuitias nec paupertates dederis
mihi dn̄e: sed tribue tn̄ victui meo necessaria. Itē isti
nō debēt viduam aut repudiatā.i. retroactā malā vitā
ab eis dimissam per recidiuū assumere. Quia dr̄. Ne- luc.9.g
mo mittēs manū suā ad aratrū &c. Ad mortuos etiā.i.
ad infames et malas personas nō debēt accedere: nec
societatē cū ipis cōtrahere: sz populū ad literā debent
docere: et ad discernendū inter sanctum et pollutū/ bonū
et malū/ debēt instruere: et inter virū et proximū suū iu-
ste iudicare. Ps. Iuste iudicate filii hoīz. ¶ Dicit ibi ps.57.a
dn̄s dominus/ q̄ illi qui dereliquerant eū: et idola adora eod.c.d
uerāt: ianitores in domo domini futuri erant. ¶ Sic ve- Moralitas
ro hodie sunt illi in domo ecclesie ianitores/ id est pla
ti et introductores: qui dominū et deuz derelinquunt: et
idola/ id est mūdi bona diligūt atq̄ colūt. Bona enī
mundi idola sunt: q2 ad similitudinem/ non veritatez
pretendunt. Vel etiam idola sunt maiores et superio-
res: quis qui istos adulationibus coluerit atq̄ mune
ribus: ianitor in ecclesia: id est officialis: prelatus vel
introductor faciliter erit.

¶ Capl'z quadragesimūsextū Text'. Hec di
cit dn̄s. Porta atrii interioris q̄ respicit ad
orientē. Moralitatū Caplm. XX.

In vestibulo domus domini quam vidit Eze- A
chiel/ erant due porte: scilicet aquilonaris et me historia
ridionalis/ per quas populus intrabat in vesti
bulum. Veruntamen sic fiebat: quod ille qui il
lud intrabat: nunquam per eandem portam redibat:
immo semper per portam oppositaz exibat: et econtra
excepto principe/ q̄ eadē porta qua intrabat: egredi po Tropologia
terat si volebat. ¶ Pars aquilonis sterilis et frigida:
in scriptura significat in mundo statum aduersitatis
et paupertatis. Pars vero meridionalis luminosa et
calida: designat statum prosperitatis. Vestibulum
designat statum huius vite vel cuiuscunq̄ mundane
vel ecclesiastice dignitatis. Istud igitur est veruz mo
raliter loquendo: quod nullus est qui eadem porta
egrediatur per quam intrat: quinimmo vt communi
ter per contrariam portam: id est per contrarium sta-
tum et motum de mundo vel ecclesia egrediuntur. Il-
li enim qui intrant per viam aquilonarem: id est per
mundi tribulationem et paupertatem: solent per viaz
oppositam: scilicet per viam meridionalem: id est per
statum prosperitatis exire. Econtra vero qui per meri
dionalem intrauerit: per aquilonarem aduersitatis
exibit: quia reuera illi qui in isto mundo sunt in ad-
uersitate: erunt cum exierint in celi prosperitate. Eco
tra vero illi qui hic intrant per seculi consolationes:
finaliter exibunt per inferni tribulationes. Non est
enim decens: immo vt communiter et impossibi-
le/ q̄ de aquilone ad aquilonez id est de paupertate ad B
paupertatem venias. Nec quod de meridie ad meri-
diem/ id est de mundi gloria ad celi gloriam post acce
das: quinimmo vt communiter de aquilonari ad me
ridiem et econuerso graditur: et de mūdi tribulationi-
bus ad prospera/ necnon de mūdi prosperis ad aduer
sa peruenit. Illud tamē potest falli in principe/ id est
in aliquibus viris principibus sz spiritualibus: qui a
deo priuilegiati per portam quam intrant / exeunt: q̄
de prosperitate mundi ad celi prosperitatem transeunt
et econtra quandoq̄ de tribulatione mundi ad infer- 3.re.13.e
ni desolationem transcurrunt. Unde dicit: Nō reuer-
teris per viam qua venisti.

¶ Capitulum quadragesimũseptimũ Textus: Et cõuertit me ad portam dom⁹: et ecce aque egrediebantur. Mora. Capi. XXI

historia Dicit Ezechiel/ꝙ ipse vidit aquas redundã-
tes a latere dextro templi: ⁊ ecce vir habens
funiculũ in manu sua: ⁊ mẽsus est mille cubi
tos: ⁊ trãsduxit me per aquã vsq₃ ad talos: ⁊
reuersus mẽsus est mille cubitos: ⁊ trãsduxit me vsq₃
ad genua: taudẽ mensus est mille cubitos: ⁊ trãsduxit
me per aquas vsq₃ ad renes. Et finaliter mẽsus est ali-
os mille cubitos/torrentẽ magnũ quẽ nõ potui pertrã
sire: quoniã intrauerũt aque torrẽtis ꝓfundi/ que nõ
Allegoria potest trãsnatari. ¶ Aque que exeũt a latere dextro tem
pli/id est ab ipo pectore/ ⁊ ab ipa influentia ⁊ inspira-
tione christi: significãt aquas diuinaꝝ scripturaꝝ: in
quib⁹ ꝓculdubio sunt diuerse partes/in ꝓfunditate ⁊
Ro.12.a C difficultate ab inuicẽ differẽtes. Nã ſm ꝙ vir q̃ portat
calamũ mẽsure/id est christus: qui ſꝫ Apl̃m vnicuiq₃
distribuit sicut vult mensurã fidei: holem diuersimo-
de per istũ fluuiũ scripturaꝝ deducit: ⁊ nũc vsq₃ ad ta-
los.i.paꝝ difficiliter q̃tũ ad historiã: nũc ad genua.i.
magis difficiliter quantũ ad allegoriam: nũc vsq₃ ad
renes/id est magis difficilr quãtũ ad tropologiã: nũc
aũt summe inexplicabiliter/quantũ ad moralitatẽ/vl'
quantũ ad anagogiã intellectũ nostrũ in isto flumi-
ne circundurit. Quia reuera q̃uis per multos passus
ſm magis vel minus exponendo vel intelligẽdo facilr
trãsceamus aliq̃n tñ istũ torrentẽ ita impernauigabi-
lẽ inuenim⁹/ꝙ ꝓ libito nõ trãsimus: itaq₃ ꝓ defectu i-
ioã.4.b genij nostri nobis potest dici illud Jo. Dñe/neq₃ cum
quo haurias habes: ⁊ puteus altus est. Et sicut ibidẽ
dr: iste fluuius habebat super ripas/ ⁊ ex vtraq₃ parte
torrẽtis omne lignũ fructiferꝝ: nõ defluet foliũ ex eo: ⁊
nõ deficiet fructus: per singulos mẽses afferet primiti
ua sua: ⁊ erit fructus eius in cibũ: ⁊ folia eius in medi
cinã: ⁊ oĩs anima viuet ad quã peruenerit torrẽs iste:
qr aque eius de sanctuario egrediunt: ⁊ stabũt sup flu
Allegoria uium piscatores. ¶ Sic vere diuina scriptura ex vtra
q₃ parte sui ſcꝫ quantũ ad sensum lrãlẽ ⁊ spũalẽ hꝫ li-
gnũ fructiferꝝ.i.vitalẽ ⁊ fructuosam scientiã ⁊ doctrinã
q̃ ſcꝫ fructus sententiaꝝ nõ cessat producere/ ⁊ folia ver
boꝝ ꝓferre: q̃ tñ folia seu verba nunq̃ cõtingit cadere
mat.5.c D vel perire: iuxta illud. Jota vnũ nõ preteribit a lege. Fru
ctus iste sententiaꝝ valꝫ ad cibũ meritoꝝ habendũ: fo
lia vero illius/ſcꝫ sacre scripture verba valẽt ad medici
nã maloꝝ: ale aũt.i.persona/quas torrẽs scripture irri
gat: per gratiã viuificanti: piscatores vero.i. ꝑdicato-
res ⁊ doctores stare ⁊ sedere i isto fluuio cõprobãt. Iste
ei sunt aq̃ que de scĩuario dñi.i.de paradiso per reuela
tionẽ fluxerũt: ⁊ ideo nõ mirũ si de ipsis tãti fructus.i.
tante cõmoditates descẽderũt: ⁊ sic per singulos mẽ-
ses.i. continue fructus ⁊ vtilitates nobis impendũt.
psal.1.a Ps. Erit tanq̃ lignũ quod plantatũ est secus decur-
Aliter sus aquaꝝ. ¶ Vel dic ꝙ ligna fructifera significãt vi-
ros iustos: qui ex vtraq₃ parte fluminis/id est ecclesie
sunt plãtati. Etenĩ fluui⁹a fluẽdo dr/ ꝓ eo ꝙ fluctua-
re dino scit. Duas etiã partes: ſcꝫ statũ clericoꝝ ⁊ lai-
coꝝ: inter quos ꝯstat esse multitudinẽ bonoꝝ lignoꝝ:
fructiferoꝝ.i.holm vtiliũ ⁊ iustoꝝ/qui fructũ bonoꝝ
operũ ꝓferũt: ⁊ folia sanoꝝ verboꝝ ꝓducunt: per mẽ-
ses singulos/ſcꝫ cõtinue primitias deuotionis ⁊ reue-
rẽtie deo reddũt. qr ꝓ certo folia verborũ suoꝝ nõ de-
fluũt per mẽdaciũ vanitatẽ: immo stabiliter permanẽt
per veritatis ⁊ certitudinis firmitatẽ: ⁊ ideo fructus
suorum operum/ ⁊ cibum bonorum exemplorũ alijs
proferunt: folia vero suorum verborum ⁊ medicinam
bone doctrine alijs circunfundunt. Psalm. Et folium psal.1.b
eius non defluet ⁊c. Folium enim/id est verbum viri
iusti non debet fluere: immo semper debet per verita-
tem firmum esse: ⁊ sine varietate ⁊ mendacio stabili-
ter permanere.

¶ Moralitatum super Ezechielem finis.

Moralitatuꝫ liber vicesimusquartus super Danielem. E

¶ Capitulum primum Textus. Anno tertio regni Joachim regis iuda. Moralitatum Capitulum I



Nabuchodo- historia
nosor rex Babylonis cum
subiugasset hierusalẽ/ ⁊ in
babylonẽ populũ duxisset:
voluit ꝙ pueri q̃ fuerãt de
semine regio/in quib⁹ nul-
la esset macula: decori for-
ma/ doctι scĩetia: vescerent
cibis mense sue/ ⁊ erudiren
tur scientijs ⁊ linguis prouincie: vt sic fierent digni
stare in conspectu regis. ¶ Rex iste est diabolus: qui Tropologia
in babyloniã que interpretatur confusio/id est in mũ-
do/vbi perpetua confusio dominatur. Mensa istius
regis est mundi prosperitas: qua diabolus cibat ⁊ re-
ficit peccatores. Pueri isti sunt sancti viri religiosi et
perfecti: qui de semine regio/id est de semine Christi
per electiõem ⁊ adoptionem sunt nati. Unde dicitur:
Dedit eis potestatem filios dei fieri/his qui credunt ioã.1.b
in nomine eius. Quid igitur? Pro certo quando Na
buchodonosor/id est diabolus potest preualere con-
tra ecclesiam vel religionem/ ⁊ ipsam per peccatum
suo dominio subiugare: ⁊ populum eius in babylonẽ
id est in amorem huius mundi deducere: ipse summe F
nititur quod pueri de semine regio/id est viri ecclesia-
stici ⁊ religiosi/qui sunt sequaces: ⁊ semen regium/id
est personarum sanctarum: id est quicunq₃ sunt im-
maculati ⁊ sancti/ ⁊ in scientia spirituali ⁊ theologica
eruditi/ ⁊ morali pulchritudie insigniti vtant cibis mẽ
se sue/mũdi delicijs ⁊ ꝓspis: ⁊ instruant in lr̃is, scdc ba
bilõis.i.mũdi scientijs/malicijs ⁊ cautelis: ⁊ hoc totũ
vt ipsos possit habere stantes ante se inferius in infer-
no: quia extrema gaudij luctus occupat. Et hinc est pu.14.d
quod multi ecclesiastici non curant hodie nisi de
delicijs ⁊ scientijs mundi/scilicet legibus ⁊ medici-
nis: ⁊ ideo boni debent facere sicut fecerunt tres de il
lis: scilicet Ananias/azarias ⁊ misael ⁊ daniel: qui mẽ
sam regis spreuerunt/abstinentesq₃ fuerunt: ⁊ non fue
runt concremati vel contaminati: sed domino placue-
runt ⁊ pluribus scientijs effulserunt. ¶ Sic vere de-
bent cauere de mensa ista/id est de mundi prosperis:
et in abstinentijs et paupertate voluntaria viuere: et
ita domino complacere: et sicut isti pueri in igne
non fuerunt combusti: sic nec viri abstinentes igne
luxurie comburuntur. Et ideo benedicitur. Pro- eccl.37.d
pter crapulam multi perierunt: qui autem absti-
nens est: adijciet vitam. Et sicut isti pueri abstinen-
tes fuerunt

tes fuerunt inuenti pulchriores ⁊ sapientiores et re gi pre ceteris amplius placuerūt: sic vere qui sunt ab stinentes/coram rege christo plus placent ⁊ plus pol lent pulchritudine morali ⁊ scientia spūali: ⁊ minus possunt igne vij.i.concupiscentia carnali.

¶ Capitulum secundū textus. In anno se cundo regni nabuchodonosor: vidit nabu chodo. somnium. Mora. Capi. II

Vidit Nabuchodonosor somniū .s. statuā grādē ⁊ sublimē: ac terribilē ad vidēdū: ca put ⁊ collū ex auro optimo: pectus ⁊ bra
Histo- chia ex argēto: venter ⁊ femora ex ere: tibie
ria. aūt eree: pedis vero pars quedam ferrea/quedam fi ctilis ⁊ testea. Nā quanto statua ad pedes appropin quabat/tanto metallum eius deterius erat. Tandem vero de quodā mōte abscisus est vnus lapis paruus
Allego sine manib⁹: q̄ percussit pedes: ⁊ factus est mons ma
ria. gnus in terra. ¶ Status hec est ecclesia vel religio: q̄ pro certo ꝑ ꝓgressum tꝑis multipliciter mutat statū. Primus igitur status ecclesie significat in capite: qr caput scʒ principiuʒ eius ꝓ certo fuit aureum/per ru borē feruētis charitatis/⁊ per vigorē constantissime firmitatis: sicut patuit in martyrib⁹ ⁊ aplīs/qui fue runt primi. Secūdus significat ꝑ secundā partē sta tue/scʒ per pectus ⁊ brachia: ⁊ hi fuerunt eremite ⁊ cō fessores: ⁊ hi pro certo fuerunt argentei.i.candidi per mundā castitatem. Tertij fuerunt doctores: ⁊ hi intel ligunt per es: qd̄ summe resonat: qr fuerunt sonori ꝑ eloquentie honestateʒ ⁊ venustatē: ⁊ sic patēt tres sta tus ⁊ tres etates eccl̄ie p̄mitiue. Sʒ vere pedes ⁊ tibie finis eccl̄ie vel religionis/scʒ nos alij: qr nos sumus partim ferrei ꝑ crudelitatis ⁊ seuitie durā ferocitates
D et indeuotionis fragilitatē: partim autē testei ꝑ aua ricie crudelitatē/⁊ per carnalē infectionē: vt patet de modernis ecclesiasticis/qui sunt crudeles et duri: qr oēs alios volunt suppeditare. Sunt etiā lutū ⁊ testei. i.auari/terrei ⁊ luxuriosi: ⁊ ideo talibus accidit qd̄ se quit. Dz dicit ibidē: Precisus est lapis de monte/qui totā statuā cassauit. ¶ Sic vero diabolus lucifer/qui de mōte paradisi cecidit/totā ecclesiā hodie concutit et frangit. ¶ Vel dic ꝙ statua est religio: eiusq; caput
Tropo- est eius fundator: pectus ⁊ brachia fuerunt eius pri
logia. mi confessores ⁊ sancti/qui ibidē fuerunt. Venter aūt claustrū est: cuius intestina sunt subditi/qui sunt ibi Pedes aūt ⁊ tibie sunt eius sequaces/famuli aut of ficiales/qui sunt circa religiosos: et maxime laici cō uersi. Est igit religio grādis ⁊ sublimis meritis ⁊ vir tutibus/et terribilis inimicis. Caput igit eius.i.fun dator/fuit aureū ꝑ charitatis ruborē. Pectus ⁊ bra chia/id est sancti patres fuerunt argentum per chari tatis cādorē. Venter autē ⁊ femora.i.claustrales ⁊ con uētus: alij fuerunt erei.i.sonori ꝑ p̄dicationis ⁊ con fessionis laudē ⁊ orōnis ⁊ grārum actiōis clamorem Pedes aūt qui statuā sustinēt/id est boni laici actiui debēt esse ferrei per fortitudinis vigorē: terrei ꝑ humi
Aliter. litatis ⁊ penitētie squallorē. ¶ Vel dic ꝙ statua signi ficat ecclīā/in q̄ caput.i.capitanei ⁊ p̄lati respectu ali orū debēt esse aurei: ⁊ cetere ptes ⁊ ꝑsone/ꝓ̄ro sunt ca piti/id est p̄lato ꝓpinquiores/⁊ i statu/gradu ⁊ officio
B supiores: tāto debēt esse īferiorib⁹ meliores. Vñ vege tius: Tūc respublica bn̄ regebat/qn̄ non poterat esse
Psal. maior nisi qui melior. Et nota ꝙ eccl̄ia bn̄ dr̄ statua a
118.m. stādo: qr in stabilitate fidei est fundata. Psal. Funda
Aliter uit terrā sup stabilitateʒ suā: ⁊ eccl̄ia in eternum stat.

¶ Vel dic ꝙ statua est homo diues/potēs/grādis et sublimis/quē oēs timēt. Iste igit q̄nq; habuit caput id est originē aureā: qr ex nobili plebe traxit originē. Brachia eius/id est vxor/amici ⁊ collaterales sunt ar gentei/id est pleni pecunia ⁊ argēto: id est fulgentes gloria tēporali. Venter eius ⁊ femora eius/⁊ filij eius ⁊ filie/qui de suo vētre ⁊ femorib⁹ exierunt: sunt erei ⁊ sonori per iactantias/pompas/gaudia ⁊ cātilenas/ periuras ⁊ discordias. Vñ Job: Pueri eorū exultāt lu iob.21.b dibus. Pedes ⁊ tibie.i.eorum famuli officiales par tim sunt ferrei ꝑ crudelitatem: qr alios feriunt ꝑ ra pinas ⁊ iniurias: partim sunt terrei.i.cupidi ⁊ auari: quia sicut videmus balliui diuitum ⁊ potētum sunt crudeles ⁊ rapaces: ⁊ sunt etiā cupidi ⁊ tenaces Vnd̄ Ezech. Ezech. Oēs isti ferrū/plūbū ⁊ stānū. Sʒ pro certo de 22.d. monte.i.de paradiso venit q̄nq; lapis id est occulta dei sententia/percutiens statuam/id est istum diuiteʒ cū istis suis mēbris collateralib⁹ ⁊ sequacib⁹ destruit atq; rūpit: ⁊ hic q̄nq; temporaliter: ⁊ post mortē eter naliter: qr scʒ collaterales et consiliatores sequaces/ executores ⁊ adulatores diuitum/⁊ ceteri in suis cri minibus vel rebus acquisitis participātes: cū eo per petue damnabuntur. Vnde dicit Esa. Preparate filij Esa.14 os eius occisioni. ¶ Vel dic ꝙ statua est diues causi c. dicus vel mundanus: qui tenet aurum ⁊ argētuʒ/la Aliter pides preciosos/terras et possessiones: qui est terribi B lis et sublimis. Sed quid? Pro certo sepe venit qui dā lapis paruus/id est quidā nouus inuenis ⁊ astu tus: qui incipit regnare/causare vel mercari: qui tan dē frangit illū magnum: ⁊ possessiones eius acq̄rit/⁊ ipsam ꝓsternit: ⁊ inter oēs fit magnus/id est in tota terra ⁊ patria nominatus: sicut ad litteram videmus de diuitibus: quorū quidā perierūt: alij loco eoruʒ sur gunt Vnde dicit: multi potētes oppressi sunt ⁊c. ¶ Vel Eccli.11. dic ꝙ statua ista est homo: qui q̄nq; in capite id est in a. principio ⁊ iuuētute est aureus.i.ꝑfectus ⁊ bon⁹: ⁊ tā Aliter dem in pectore: id est in ampliori etate fit argenteus id est minus valēs ⁊ tepescēs: a feruore tādē fit ereus i.sonorosus/querulosus. In fine.i.in senectute fit fer reus id est cupidus et auarus: ferreus.i. impius/fri gidus ⁊ indeuotus: qr acres in principio franguntur in fine: ⁊ ideo per lapidē diuine sentētie perpetuo cō fringunt. ¶ Vel dic ꝙ statua est mundus/qui habet
quatuor partes.i.quatuor imperia: scʒ assyriorū au Allego reum/ꝑsarum argenteū grecorū ereū/romanorū fer ria. reū. Lapis vero paruus est christus/de monte.i.de vir gine/sine manibus.i.sine virili ope scissus: qui istam statuā.i.mundi regna cū suis sectis/id est idolatris conquassauit: ⁊ per fidē ecclesia mons magnus fact⁹ est: quia iam totum mundū impleuit.

¶ Capitulum tertium Textus: Nabucho donosor rex fecit statuam auream. Morali tatum. Capi. III

Nabuchodonosor fecit erigi quādā magnā statuā aureā/maxime quātitatis/in quodā C campo: ⁊ fecit coram ipsa citharisare melo dissime omnibus generibus instrumento Histo rū: et dato ꝙ statua nō haberet vitā/nec se posset mo ria. uere: tñ voluit ꝙ oēs adorarēt eā: alioquin mitteren tur in fornacē ignis: sicut patet in tribus pueris san ctis/qui noluerunt ipsaʒ adorare: ⁊ missi sunt in ignē ¶ Rex iste significat istos qui regunt mundum vel ecclesiam / maiores scilicet et principales. ¶ Sta tua significat aliquos ministros imperitos ad mo

dum statue/ab eis per affectionem vel per dona crea
tos vel aliquos consiliarios: qui quis sunt statual es
et ignari ipsos tamē colunt et credūt tanq̄ deos et ab
alijs volunt coli: sicut ad litteram videmus/q̄ vix est
dare aliquē iudicē vel prelatum quin secū habeat ali-
quam statuam/id est aliquem consiliarium statualē
cui scʒ principaliter credit: et eū adorat: et ab alijs eis
honorem facit: et quam in domo et in curia sua super
omnes erigit et extollit: et isti tales dicūtur aurei: q̄
sane habent de auro/ad dandum suis maioribꝰ mu-
nera. Isti etiam secum habent cytharistas: hoc est di
cti/adulatores: qui non cessant in eorum auribus ci
tharizare/adulando laudando/et alios impie accu-
sando/et eis in suis nequitijs fauendo. Quia dicitur
Qui derelinquunt legem/laudant impium. Quid igi
prouer. tur? Pro certo Nabuchodonosor aliquis princeps
28. a. mundi vel ecclesie/constituit in campo dura. i. in vna
patria ciuitate/ecclesia vel religiōe: vnā statuā. i. vnū
ignorantem iudicē per affectionē vel per personarū
acceptionem erectum: in cuius aur. bus illi de fami-
lia sua non cessant resonare/ et ipsam tanq̄ deum ado
D rare: et si quis non velit eam adorare/verbis adulato
rijs cōmendare: ipse vero mittitur in fornaces ignis:
quia scilicet statim igne ire/ire et auaricie depreda-
tur: et ideo pueri sancti/id est bone persone que huius
modi superbias abhorrent/ab eorum promotione con
buruntur: et in igne rapine ponitur. Unde Esa. Qui
recessit a malo/prede patuit. ¶ Pueri sancti et absti-
Esa. 59. nentes precepto regis in ignem missi. sunt/vt ibi com
c. burerentur: sed statim fecit dominus fornacem quasi
Eodem ventum roris flantem: et filius hominis cum eis vi-
ca. c. sus. Ministri autem qui fornacem incenderūt/com-
busti sunt/ipsis nihil patientibus in fornace: et hoc in
Tropo babylonia. ¶ Babylonia que interpretatur cōfusio/
logia est mundus: fornax eius est ardor temptationum et tri-
bulationum. Rex autem eius est diabolus/ qui dicit
Ioh. 12. c princeps mundi. Unde dicitur quando igit diabo-
lus rex babylonis/id est mundi/inuenit aliquos vi-
ros perfectos qui suis suggestionibus nolunt obedi
re: qui sunt abstinentes a vitijs statim vult q̄ ponant
in ignem aduersitatum et tribulationum/vt ibi timo-
re vel amore comburātur: et ad hoc plures ministros
habet sibi suffraganeos: Habet enim gulosos et luxu
riosos qui trahunt ad ignem voluptatis. Habet mū
di principes et vsurarios/ qui trahunt ad ignem ad-
uersitatis. Sed quid? Statim vero qn̄ isti sunt in ta-
li igne/pro certo deus adhibet ventum spiritussancti
E et rorem sue misericordie et consolationis et adiutori
um sue protectionis: iuxta illud apostoli. Non patie
1. cor. 10. tur vos deus temptari supra illud quod potestis et c.
a. Et si isti a tali igne non leduntur: sed potius si cōstā-
ter in eo perseuerant: eorum vincula scilicet peccata et
vitia consumuntur et purgantur: quia deus nunquā
deest homini tribulato/dū tamē velit eum requirere
Unde Esa. dū ambulaueris in igne non cōbureris: et
esa. 43. odor ignis non erit in te: quia ego dominus deus Is
a. rael. Sed pro certo sepe accidit q̄ illi qui erant mini
stri fornacis: qui scʒ gaudebant de tormentis aliorum
et qui eos tribulabant: vt sunt mali balliui: ipsi ab ea
fornace comburuntur/et alij exeunt illesi: q̄ sepe dei
iudicio fit/q̄ ignis crudelitatis qui de fornace baby-
lonis. i. de curia mali principis prodijt: iste ministros
pro. 17. suos officiales et balliuos inuoluit vt tales ad tribu
a. et 24. lationes et paupertates deueniant/quas ipsi alijs in
f. ferebāt. Quare scribit: qui in ruina alterius letatur et c.

Et q̄ etiā videt ipsi boni/laudes et grās in ipsa forna
ce tribulationis referunt creatori dicentes: Benedi- Dan. 3.
ctus es et c. quando istos malos vident comburi. c.
Psal. Letabitur iustus cum viderit vindictam. et c. psal. 57.
¶ Fornax babylonis fuit incēsa stuppa et applicata b.
pice et malleolis/vt sic filios Israel deuoraret. ¶ For Eodem
nax est peccatū luxurie. Stuppe sūt aliqua dona que ca.
offeruntur/que parum valent. Pix que ligat et infi- Tropo
cit/sunt solatia corporꝝ/tactꝰ et gestus. Malleus est logia.
vetula maquerela que mētē iuuēcule malleat verbis
suis napta: quod sm̄ Plinium est bitumē cognatum f
ignibus: et q̄ igne viso rapit eum/significat oscula et
afflatus. Ministri igitur Nabuchodonosor id est de
mones: accendunt hodie fornacem luxurie cum stup-
pa: id est cum donis et muneribus: cum pice. i. cū cor
poralibus gestibus et affectibus: cum malleis/id est
cum verbis vetularum fallacibus: cum napta. i. os-
culis et tactibus: et hoc vt filij regis israel. i. christia-
ni: igne luxurie comburantur: ipsi tamen nihil timēt
si fuerint abstinentes: et in deo confidentes et c. vt in
precedenti capitulo.

¶ Capitulū quartum textus: Ego Nabu-chodonosor quietꝰ erā in domo mea. et flo-rens in palacio meo. Mora. Ca. IIII

Nabuchodonosor vidit somnium. Uidebā
inquit: et ecce arbor in medio terre et erat Histo-
magna et fortis: et altitudo eius nimia/et ria.
proceritas eius contingens celum: et as-
pectus eius in omnem terram: folia eius pulcherri-
ma: et fructꝰ eius nimius: et esca vniuersorū in ea: sub
ea habitabant animalia et bestie terre: in ramis eius
volitabāt volucres celi: et ex ea vescebatur omnis ca-
ro Tunc inquit ecce vigil de celo: et clamauit forti-
ter: Succidite arborē: precidite ramos eius: excuti-
te folia eius: et dispergite fructus eius: et fugiāt be-
stie que subtus eam sunt: et volucres de ramis eius
alligentur vinculo ferreo: et cum feris foris sit pascēs
herbam terre: cor eius ab humano immutetur: et cor
fere detur ei. Rore celi tingatur: veruntamen germen G
radicū eius in terra sinite. ¶ Arbor ista significat mū Tropo
manis/id est terra voratrix per sepulturam absorbuit

& ibi triduo permansit: sed post triduum per resurrectionē
euomuit: & tandem ciuitas huius mundi per penitē-
Gen. 40. tiam saluata extitit. Unde illud Gen. Tres adhuc di-
B es sunt post quos recordabitur Pharao ministerii tui: &
Tropo- restituet te in gradū pristinum. ¶ Uel dic q Jonas si
logia. gnificat quosdā discordes & litigiosos / a facie domi
ni per peccata fugientes: & in tharsis / quod interpre-
tatur explorans gaudium. i. explorationē gaudiorū
Iob. 34. c seculi pro viribus nauigantes. Unde Job: Quasi de
industria recesserunt a deo Qui graui somno peccati
obruti / totam nauem id est religionē / ecclesiā / ciuita-
tem vel patriam vbi degunt / tribulāt & turbāt: tempe-
statem / dissensionē & exactionem excitant & producūt.
Sicut ad literā videmus in claustris de quibusdā & in
scolis / detractoribus / litigosis & verbosis: q nō cessant
discordiam seminare / & dissensionum & litiū causa esse
Pro. 17. b Sicut enim dicitur: Semper iurgia querit malus. Si
cut videmus de quibusdā malis officialibus & litigo
sis hominibus: qui q̄diu viuunt / nō potest esse pax in
patria: sed semper tribulatio vel tēpestas: & ideo semper
necesse est q sors fortune siue super tales finaliter ca-
dat: & q ipsos sua iniquitas comprehendat: & q nau-
te nauis. i. prelati vel rectores patrie ipsos de naui / id
est de prosperitate & statu deiiciant & deponāt in mare
id est tribulationū amaritudinē eos ponant: & deuo-
randos ceto / id est demonibus vel malis hominibus
& austeris cōmissariis & balliuis eos tradant: qui scz
eos ad literā / id est ad paupertatis statū euomāt
& deducant. Ista quotidie videmus de istis malis ho
minibus mundum tribulantibus / & in mūdi prospe-
A ritate dormientibus: qui finaliter deponunt / & in mare
tribulationum ponuntur: & ceto / id est duris commis-
sariis examinādi traduntur: a quibus ad litus pauperta
Pro. 22. b tis postea euomuntur. De istis igitur dicit. Eiice de-
risorē / & exibit cū eo iurgium: cessabuntque cause & con-
Aliter. tumelie. ¶ Uel dic q iste dormiens est peccator / deli-
ciis & prosperitate gaudens / & in alios tempestates tri
bulationū excitans: q finaliter in mare / id est in ama-
ritudinem tribulationum proiicitur & mundi pericula
ibi a ceto / id est a diabolo vel inferno vorat: & in vē-
tre eius iterum reuomendus / id est resurrecturus ser-
Ca. iii. c. uatur. ¶ Predicante Jona et subuersionem vrbis
historia minante: venit verbū ad regem Niniue. Qui surgens
de solio suo / abiecit vestimenta sua: & indutus est sacco
& sedit in cinere: & precepit q homines & iumenta saccū
induerent: & nō comederent nec biberent: sed omnes
vnanimiter ieiunarent: & omnes in fortitudine ad do-
minum clamarēt. Quod videns dominus / ciuitati illi pe-
Mora- percit: & ipsā nō subuertit. ¶ Sic vere nullus est ita magnus
litas. rex aut dux: quin debet verba predicatorum timere et cor
verba soliū per humilitatē descēdere: saccū penitētie induc
re & in cinere: id est in mortis meditatione manere: &
ad ieiunandum. i. penitentiā faciendū homines & iu-
menta inducere vel monere. ¶ Quod si fecerint: a dā-
nationis periculo se poterunt liberare: alias enim ne
cesse est eis tribulationibus corporis & cordis subiace
Lu. 13. a re. Unde Lu. Nisi penitentiā egeritis: omnes simul
eodē ca. peribitis. ¶ Hic habetur q super caput Jone subito
B orta fuit hedera: quam desiccauit subito ventus vrēs
Mora- &c. ¶ Mundi prosperitatē intellige per hederā: que
litas. si subito orta fuerit: vt cōmuniter necesse est vt recedat
Pro. 13. b Unde in Prouer. Substantia festinata minuetur: que
autē paulatim colligitur manu: multiplicatur. Unde de
hedera capitulo suo. libro. xii. & expone ibi.
¶ Moralitatum super Jonam prophetam Finis.

Moralitatum liber vice-
simussextus: super zachariam prophetam.

¶ Capitulum primum Textus: In mēse oc-
tauo in anno secundo Darii regis: factū est
verbum domini ad zachariam. Moralitatū
Capitulum. I.



Zacharias vidit qua- historia
tuor cornua: & dictum est sibi: quod illa
erant que ventilauerant Judam: Isra-
el & Hierusalem: & post vidit quatuor fa
bros. & responsum est sibi q illi erant fabri qui venerāt
cornua supradicta deterrere. ¶ Ista signa potes gene Mora-
taliter applicare: q nō est dare tam durum seu crude- litas.
lem tyrannum: quin quandoque inueniat duriorē. Qua-
tuor enim cornua duros & elatos peccatores significāt
qui in quatuor mundi partibus manent: quia reuera C
iudam: id est deum confitentem: israel: id est deum cō
templantem: hierusalem: id est pacifice cōuersantes:
tribulationes feriunt: sed dominus contra tales fa-
bros preparat: quādo alios bonos iudices: vel alios
fortiores tyrannos ad confringendum istorum elatio
nem & proteruiam procurat. Et pro certo quotidie vi-
demus: q tyranni: officiales & vsurarii: postq̄ bonos
diu ventilauerunt solent inuenire fabros domini: id
est aliquos alios cōmissarios: qui ipsos & eorū super-
bum statum confundunt. Unde dicitur: Ex celso alius Ec. 5. b.
excelsior est: & in his quoque alii eminētiores sunt. ¶ Uel Aliter.
dic q quatuor cornua sunt quatuor male affectiones
scz gaudiū inaniter exhilarans: dolor male affligēs
timor male humiliās: & spes male presumēs. Ista sunt
cornua que male in animam ventilant iudā: id est cō
fessionem: israel id est contemplationem: hierusalem:
id est cōcordiam & pacis vnionem: & ideo quatuor. fa-
bri. i. quatuor virtutes cardinales sunt ad ista cornua
conterenda necessarie: & ad malas affectiones quadru Ec. 33. b.
plices moderandas. Unde Eccli: Contra malum bo- Aliter.
num est. ¶ Uel dic q quatuor cornua sunt quatuor spe-
cies elationis & superbie: scz elatio propter eminētias
propter diuitias: propter proprias virtutes: propter
mundi fauores: & fame varias opiniones. Sed quatu
or fabri. i. quatuor sensus humilitatis: ista quatuor
cornua conterunt: quia quatuor species humilitatis D
que sunt: spernere nullū: spernere mūdū: spernere sese
spernere se sesper: ista quatuor superbiā tollūt. Ps. Ps. 74. b
Cornua peccatorum conterentur &c.

¶ Capitulū quartum textus: Et reuersus
est angelus qui loquebatur in me: & suscita-
uit me. Moralitatum Caplm. II

Uidit zacharias vnum candelabrum aureū
totum: qd habebat lampadē cum septem
lucernis: & septem olei infusores Juxta qd
duas oliuas vidit: quarum vna ad sinistrā
lampadis stabat: ad dexteram alia. ¶ Candelabrum Mora-
in ecclesia est quicunque iustus plenus sapientia: & qui- litas.
cunque alios illuminat doctrina: qui totus debet esse
aureus. i. sanctus: non solum intus in cōscientia: imo
exterius in apparētia. Unde: Deaurauit eam intrinsecus 2. Pa. 3. a
auro mun-

auro mundissimo. Iste igitur debet habere lampadē spūssancti cū septē lucernis/id est cū septem donis: et duas oliuas/id est duas species misericordie spūalis et temporalis: cum suis infusorijs.i.cū suis septē operibus pijs. ¶ Vel dic ꝙ cādelabrū illuminās ecclesias (Anagogia.) est spūssanctus: cuius lampas/dor et charitas septez lucernas/id est septē dona cōtinet: quod septem infusoria.i.septem misericordie opera/oleum elemosynarū et pietatis infundentiā secū habet: et quod super duas oliuas.i.super duas species virorū misericordiū/scz istos qui tēporaliter et spiritualiter pietatē faciunt/visitat et cōfortat: quia misericordia temporalis que cōsistit in alios pascēdo/hospitando/sepeliendo: et misericordia spūalis/que ꝯsistit in alios corrigendo/docē (E) do et consolando/et eis remittendo/et pro eis orando: lampadi.i.spūisancto vel charitati vicine sunt/et ab ipsis proueniūt: vt de istis duobus generibus misericordium dicatur illud zacha. Isti sunt duo filij olei splen (zach.4.b.) doris/qui assistunt dominatori vniuerse terre.

¶ Capitulum quintum Textus: Et cōuersus sum: et leuaui oculos meos: et vidi: et ecce volumen volans. Moralita. Cap. III

Vidit zacharias volumen/cuius longitudo (historia) erat viginti cubitorū/latitudo decē: in quo maledictio contra fures et periuros cōtine (Moralitas) batur. ¶ Talis est sacra scriptura: quia ista est volumen inuolutum/a paradiso volitans et allatū cuius lōgitudo est fides: que in viginti cubitis/id est in viginti particulis distincta consistit: inquantuz septem sacramenta/septem virtutes/et sex opa misericordie continent: latitudo decem mandata legis tenet: in quibus fur et periurus maledicitur: et ad mortē ppe (Ex. ca.c) tuam ꝯdemnatur. ¶ Duas vidit zacharias mulieres que habebāt alas quasi miluus: et spiritus erat in alis eorum: que vnam amphoram inter celum et terraz leuabant: et eam vt edificaret ei locus in terra Sennaar deferebant: in medio amphore quasi mulier que dicebatur impietas continebat: et massa plumbea os amphore claudebat. Ipsa vero amphora egrediens: et aliorum oculis vocabat. Hic est inquit oculus eorū/vni (Tropologia.) uersa terra. ¶ Per istam amphoram profundā potest intelligi vsurarius vel auarus: qui scz p auariciam est insatiabilis et capax: per maliciam est profundus/in qua ista mulier que est impietas continet: et in ipsius animo massa plumbea/id est cum pondere male ꝯsuetudinis continet. Impietas enim.i.crudelitas: in amphora/id est in corde vsurarij vl auari sedet: et ibi sicut in hospitio suo manet: sicut videm⁹ de vsurarijs/quorum voluntas caret pietate et quoruz ꝯscientia est ple (mal.1.b.) na omnimoda crudelitate. Malach. Vocabūtur termini impietatis et populus etc. Patet etiam ꝙ massa plumbea.i.pondus male consuetudinis impietatē in istorum cōscientia taliter detinet/ꝙ in ipsam contrahere verbo vel verbere nullus valet. Satis enī potest deus vel prelatus ꝑcutere vel ꝑdicator vrgere: qz iniquitatem sue peruerse conscientie nunq̄ ab istis pote (Esa.9.b) rit amouere. Unde Esa. Succensa est quasi ignis impietas. Ista amphora dicit egrediens inter celū et terram: pondus dicitur oculus terraz dirigens. Dicitur ad terraz Sennaar: quod interpretatur fetor finaliter tendens: et sicut visum est/dicitur impietatez continēs qz procul dubio auarus a dei gratia et amicitia egreditur inter celum et terram.i.inter alta et infima/per status sui instabilitatem et inconstantiā suspendit: secoꝝ

secularium lux et oculus/rector et director creditur impietate replebitur: et finaliter in terram fetorum inferni defertur: vbi locus taliū finaliter ordinatur. Hiere. In tophet sepelient: eo ꝙ nō sit alius locus ad sepeliē (hie.19.c) dum. Sed iste due mulieres istam amphoram de terra erigunt: et eam in terra sennaar deducūt: qz due mulieres.i.duo mollia vitia/scz carnalis parentum affectio/et terrenorum ambitio improbantur: quibus scz (G) annexe sunt ale milui.i.quedam pigritia et superbia et elatio/et in istis alis virtutis ꝑsumptio. Istā amphoram/scz auarū et peccatorem per inanem spem erigunt ita ꝙ eum semper velle sursuz ad celū.i.ad celsitudinē status ascendere faciunt: et tamen constat ꝙ inter celū et terram remanet: quia nunq̄ attingit ad celsitudinē quam optat: quinimmo semper solet in pendulo manere: et nullam status certitudinem obtinere: qz non sufficit istis status inferior quem relinquūt. Celū autē i.statuz altiorem non possunt attingere quē exposcūt et sic inter celum et terram.i.in incertitudine status remanent: qz ad illud quod desyderant/attingere non valent. Unde Ezech. Eleuauit me spūs: et statuit me in (Eze.8.b) ter celum et terram: spūs dico elationis. Iste igit mulieres.i.affectus carnales et auaritia istam amphoraz i.peccatorem/in terra sennaar.i.in cāpum fetoris/scz in infernum portant: vbi locum perpetue mansionis sibi preparant. Ezech. Fili hominis/due mulieres fue (eze.23.a) runt filie matris vnius. ¶ Vel dic ꝙ due mulieres q̄ (Aliter.) peccatorem in inferno portant/sunt mundus et caro/vxor et diabolus/vel carnalis voluptas/vel spes penitentie finalis/et timor afflictionis. Ille male mulieres que alas superbie possident/et spiritum male affectionis habent: et ideo amphoram/id est peccatorem in infernum deferunt. Unde si vis/supra de elephante capitulo vltimo.

¶ Capitulum sextum textus: Et cōuersus sum: et leuaui oculos meos et vidi. Moralitatum Capitulum. IIII.

Zacharias vidit quatuor quadrigas egre (historia) dientes de medio duorū montium ereorū quarū prima habebat equos rufos: secūda nigros: tertia albos: quarta fortes et varios. ¶ Dic si vis/ꝙ iste quatuor quadri (Tropologia.) ge/sunt quatuor virtutes cardinales: scz fortitudo/temperantia/iustitia et prudentia Iste sunt quadrige dñi/ad quas debemus esse ligati: et iugo discipline et obedientie subiugati. ¶ Isti enim a duobus montibus ereis/id est a duabus anime potentijs perpetuis et solidis/scz intellectu et affectu oriuntur: et ab ipsis naturaliter producunt: que quadrige quatuor habent species equorum: scz hominuz sibi famulantiū: quia fortitudo habet equos rufos: id est martyres ꝓprio sanguine rubricatos. Temperantia habet nigros: scz cōfessores ꝑ squalorē penitētie offuscatos. Prudētia habet albos: id est doctores lumine scientie dealbatos. Iustitia habet varios.i.bonos prelatos et principes: nūc ad promouendū: nūc ad puniendū equitate ꝑuia variatos. Isti sunt igitur equi dñi: id est viri sancti: q̄ quadrigas virtutū cardinalium traxerūt: id est ipsis mediātibus merces meritorū portauerūt: et in seipsis vexerūt. Vn̄ Abac. Quis ascendet super equos tuos? (abac.3.b.) et quadrige tue saluatio. ¶ Vel dic ꝙ quadrige quatuor cum equis suis: sunt quatuor status et conditio (Aliter.) nes: scz niger: qualis est status monachorū nigrorum augustinorū. Rufi: qualis est minorū: cistersiensium.

Albi/qualis est carmelitarum. Varij/qualis est secu-
larium clericorum ⁊ laicorū: qui determinatum habi
Aliter. tum nō habent. ¶ Vel dic ꝙ equi sunt viri iusti: quo-
rum quidā sunt rufi ꝑ charitatem/nigri ꝑ humilita-
ps.44. tem/albi ꝑ inocētiā ⁊ castitatē/varij ꝑ honestatē. Ps.
c. Circūamicta varietate. ¶ Vel dic ecōtra/ꝙ equi dia-
Aliter. boli sunt peccatores. Esa. Equi eorū caro/⁊ nō spiritus:
Esa.31.b ⁊ istorū quidā sunt rufi ꝑ maliciā: quidam nigri ꝑ in-
famiam: quidā albi ꝑ hypocrisim: quidam varij ꝑ du-
plicitatem ⁊ inconstantiam.

¶ Moralitatum super zachariam ꝓphetam finis.

Moralitatum liber vicesimusseptimus libri primi Machabeorum.

¶ Capitulum primum textus: Et factum est postq̄ percussit alexander philippi macedo. Moralitatū Capitulum. I

historia 

Lexāder rex macedonum multos reges et principes debellauerat: munitiones eorum confregerat: spolia multitudinis gentiū acceperat: ⁊ in manu forti regnauerat super terram. Et factū est ꝙ moreref: ⁊ regnauerunt pueri eius/vnusquisq; in regno suo: ⁊ imposuerunt sibi dia-
Mora- demata: ⁊ multiplicata sunt mala in terra. ¶ Sic he
litas. dico ꝙ alexander/qui interpretatur auferens angusti
B as tenebrarum .i. bonus ꝓlatus: qui tenebras angustie
⁊ ignorātie ꝑ sapientiā scit auferre: angustias subito-
rum ꝑ dulcedinē ⁊ clementiā scit lenire: qūq; regnat
in ecclia vel patria ita fortiter ⁊ prospere/ꝙ malos ty-
rannos fortes suppeditat: munitiones .i. malas co-
gitationes eorū dissipat: spolia scientiarū ⁊ diuitiarū
vndeq; augmentat. Sed sepe fit ꝙ ipso mortuo/in re
gno eius vel ecclia diuisiōes solent fieri: ita ꝙ de pue-
ris suis .i. subditis quilibet vult regnare et diadema
iurisdictionis capere: ita ꝙ sine rege ⁊ regimine vagan
tes/qlibet ambitiose cupit imperare: vel saltē sine iu-
Judicū go sicut rex viuere ⁊ manere. Unde dicif: In diebus il
18.g. lis rex nō erat in israel: sed vnusquisq; hoc qd volebat
faciebat. Ista em̄ in ecclesijs vel cōuentib⁹ post mortē
ꝓlati videns: qr quilibet imponit sibi diadema/inq̄tū
ꝓlati fieri ꝓsumunt ⁊ imaginās: ⁊ quilibet in loco suo
regnat inq̄tū vagabūdi fiūt/⁊ obedire maiorib⁹ de-
dignaf: ⁊ sic mala multiplicanf in terra: qr ꝑ mortem
boni ꝓlati/⁊ ꝑ dissentionē eligentiū/ꝑ insolentiā ꝓsu
pro.11.d mētiū subditorū fiunt in ecclia multa mala. Sicut di
Eo.ca.b cif: Ubi nō est gubernator/ꝓplus corruet. ¶ Factū est ꝙ
historia Antioch⁹ radix peccati imponeret sibi duo diadema-
ta: vt regnaret super Asiā ⁊ egyptū: nō sufficiebat sibi
regnū Asie ⁊ grecie possidere/nisi etiā studeret alienū
regnū scꝫ egypti/per violentiā vsurpare. Cū igitur ꝓ-
naluisset cōtra Ptolemeū regē egypti/⁊ spolia q̄plu-
rima cōgregasset: apposuit etiā filios israel impugna
re. Intrauit igif sanctificationē in supbia: et accepit
altare aureū/mēsam ⁊ candelabrū/phialas/mortario-
C la aurea/velum: cortinas: ⁊ ornamentū aureū qd erat
in facie tēpli: ⁊ accepit aurū: argentū: vasa cōcupisci-
bilia: thesauros occultos de domo dn̄i: ⁊ comminuit
dia: ⁊ sublatis dībus in terrā suam rediit: ⁊ hierusalē
tristem ⁊ desolatā dimisit. Causa aūt quare ista mala
filijs israel deus permiserit ꝑuenire: reddif ibidē: qr i
diebus illis exierāt ex israel filij iniqui: qui a testamē-
to dei recesserant: ⁊ testamentū cū gētib⁹ disposuerāt
gymnasiū ꝓm modū gentiliū in hierusalem contraxe
rūt: ꝑpucia sibi fecerunt: ⁊ nationibus se iunxerunt:
⁊ venūdati sunt vt facerēt mala. Et accedētes ad regē
potestatē faciendi iustitiā impetrauerūt. Quibus de⁹
indignatus: ipsam ciuitatē hierusalē in manu Antio
chi reddidit: qui templū ⁊ ciuitatē: vt dictū est expo- Tropo-
liauit. ¶ Exponēdo mystice dico: ꝙ hierusalē ecclesiā logia.
significat: que filios israel .i. ecclesiasticos deū viden-
tes ꝯtinet: ⁊ sic fit ꝙ ꝑ inueniūf multi iniq: testamētū
dei ⁊ cultū religionis ⁊ eccle ꝯtinnētes ⁊ ab eorū vi-
ta recedentes testamētū gentiū .i. rit⁹ ⁊ mores secula-
riū eligētes: ⁊ se in morib⁹ ⁊ ritib⁹ ⁊ gētiū nationib⁹ .i.
secularib⁹ ꝯformantes: gymnasia secularis scilꝫ in hie
rusalē .i. in ecclesia introducentes: ⁊ ꝓpucia carnalis
vite sibi facientes: ⁊ a rege .i. a principib⁹ secularibus
potestatē faciēdi iustitiā: id est secularia officia: cōmis
siones ⁊ negocia impetrantes. Uidēs igif dn̄s filios D
israel: id est ecclesiasticos in seculares cōuerti: vitā re-
gularē ⁊ ecclesiasticam negligere: ⁊ secularē diligere et
amplecti: solet eos antiocho: id est mundi tyrannis ⁊
regibus subiugare: qr iam non cessant hierusalē ⁊ tē- ps.105.f
plum ipsius: id est ecclesiā ⁊ religionē bonis suis tem
poralibus spoliare. Ps. Tradidit eos in manus gen-
tium: ⁊ dominati sunt eorū qui oderūt eos. Nō em̄ suf
ficit istis principib⁹ ꝙ notabilia regna habeant: qui-
nimo ad alia regna: possessiōes ⁊ terras iugiter aspi-
rant ⁊ anhelāt. Nec eis sufficit egypti .i. mūdi spolia
⁊ diuitias tollere: nisi etiā contra hierusalē: id est ꝯtra
ecclesiam studeant rapinis dimicare: ⁊ eā bonis ipsi⁹
spoliare. Isti igif duo diademata sibi imponūt: inq̄- Aliter.
tum in mūdo ⁊ in ecclia dominari querāt: clerū gra-
uāt ⁊ premunt. ¶ Vel dic contra ambitiosos. Antio-
chus qui interpretaf paup silens: significat ambitio- ps.87.g
sos: qui in principio se esse pauperes ꝓdicant: silentes
⁊ pacificos se fingūt. Ps. Paup ego sum ⁊ in laborī-
bus ⁊c. Sic igitur facit quasi sup duo regna imperat
i. ꝙ duo officia acquirit: regnū ꝓprium .i. status sibi
ꝓportionatus sibi nō sufficit: qnimmo regna ⁊ bene-
ficia aliorū ambit ⁊ cupit: ⁊ sic quandoq; fit ꝙ Ptole
meum de regno egypti: id est aliquē aliū de sua digni- apo.13.a
tate deponit: ⁊ sic duo diademata id est duas dignita
tes sibi accipit. Apo. Habet duo cornua similia agni
Et alibi: Intrauit Ptoleme..s antiochiā: ⁊ imposuit
sibi diademata. Sed isti adhuc nō sufficit nisi ad hie-
rusalem: id est ad templū: id est ad maiores status vel E
dignitatis prelaturam veniat: quam superbe ⁊ ambi
tiose intrare procurat. Iste igitur mediante exercitu
suo: id est aliis principibus secularibus intrat san-
ctificationem .i. ecclesie prelationem in superbia: vbi
pro certo cum intrauerit: statim se conuertit ad vasa
aurea ⁊ argentea: ornamēta ⁊ supellectilia: id est ad ec
clesie diuitias depredandum: ad subditos molestan-
dum: templum sibi cōmisse ecclesie spoliandum: ⁊ qd
deterius est quicquid potest in ista hierusalē: id est in
isto templo rapere: in terram suam ad litteram portat:
in domo paterna palatia edificat: ⁊ de bonis ecclesie
nepotulos ditat: ⁊ sic templum suum depauperare vt
ditet alios: nunq̄ cessat. Illud autem infortuniū mi-
sere hierusalem merito superuenit: quia filij scꝫ mali
ecclesiastici

ecclesiastici: a testamento legis diuine recedunt: ⁊ per
diuersa peccata nationibus secularibus similes atqꝫ
pares fiunt. Et sic habere talem prelatuꝫ ꝓpter pecca-
iob .34. tum populi merentur cum delinquũt Uñ Job: Dñs
d. regnare facit hominẽ hypocritaꝫ propter populi pec-
Tropo. cata. ¶ Uel dic ꝙ talis Antiochus est diabolus: q ꝓ-
pter peccata christianorũ vsqꝫ ad hierusalẽ/id est vsqꝫ
ad christianoruꝫ fidem exercitum viciorum deduxit:
sanctificationẽ/id est statum religionis cuꝫ superbia
intrauit: ⁊ tantẽ ornamenta spũalia abstulit penitus.
Exinde enim sustulit altare deuotionis/candelabrum
discretionis/mensam cõpassionis/phialas predica-
tionis/mortariola diuini timoris/velum ꝯtinentie ⁊
casti itoris/coronas eminẽtie ⁊ honoris/⁊ ornamen
tum bone cõuersationis/⁊ spũalis honestatis ⁊ deco-
f ris. His enim omnibus iam videt ecclesia per dia-
bolum spoliata/⁊ ad tristẽ desolationẽ deducta. Aurũ
enim ⁊ argentum ⁊ occultos thesauros/id est sapien-
tiam/clementiam ⁊ virtutes sustulit: ⁊ vasa cõcupisci
bilia/id est bonas ⁊ sanctas personas exinde rapuit ⁊
trefi.1.d amouit. Unde dicitur: Manum suaꝫ misit hostis ad
omnia desyderabilia eius. Et hoc pm certo: qꝛ filii Isra
el ⁊ viri ecclesiastici/qui nationibus secularibus se cõ
formare nituntẽ: ⁊ testamentum dei/⁊ cultum religio-
nis ⁊ ecclesiastice disciplinae abominantur: talia incur
Eze.23.c rere promerentur Unde Ezech. Scelus tuum ⁊ forni-
Aliter. cationes tue fecerũt tibi hec ⁊c. ¶ Uel si vis dic ꝙ An
tiochus est malus prelatus: quo intrante ⁊ imperãte/
in hierusalem.i.in ecclesia vel religione: statim ꝑ suuꝫ
malum regimen ibidem deficiunt spũales ⁊ tempora
pro.28 b les diuitie ⁊ supradicte: qꝛ dicitur: Regnantibus impiis
ruine hominum. Idẽꝫ autẽ dic de malo principe/qñ
Eo.ca.b incipit in patria dominari. ¶ Consequenter ibidẽꝫ di
citur/ꝙ spoliato templo per Antiochũ ingemuerunt
principes/seniores ⁊ iuuenes: virgines infirmate sũt:
⁊ speciositas mulierum est immutata: ⁊ omnis mari-
tus sumpsit lamẽta: ⁊ vniuersa dom9 iacob induit cõ
fusionem. ¶ Sic vero templo ecclesie expoliato: prin-
Mora- cipes/seniores iuuenes/virgines/mariti ⁊ mulieres/⁊
litas. omnis status seculariũ personarũ spũaliter infirman-
tur: ⁊ de bono in malum immutantẽ. Cõstat ꝙ ecclesia-
sticis a diabolo per peccatum spoliatis/seculares so-
lent malo exemplo eorum faciliter desolari ⁊ a virtu-
esa.24.a tuꝫ tramite limitari. Esa. Sicut populus sic sacerdos
Eo.ca.d ¶ Dicitur consequenter ibidẽ/ꝙ princeps tributoruꝫ
historia miss9 a rege/venit hierusalẽ: ⁊ locut9 est eis verba pa-
G cifica in dolo: ⁊ crediderũt ei. Sꝫ cũ infra vrbẽ recept9
fuisset: irruit repẽte in ciuitatẽ/⁊ perdidit ppsm ex isra
el: ⁊ accepit spolia ciuitatis/⁊ succẽdit eam igni: ⁊ de-
struxit domos eius ⁊ muros eius in circuitu: ⁊ capti-
nas duxit mulieres ⁊ natos ⁊ pecora possiderunt. Et
facta est hierusalem habitatio exterorũ/⁊ facta extera
a semine suo: ⁊ nati eius dereliquerunt eam: sanctifica
tio eius desolata est: dies festi eius cõuersi sunt in luc-
tum/sabbata eius in opprobriũ/honores eius in ni-
Tropo- hilum: fm gloriam eius multiplicata est ignominia
logia. eius. ¶ Moraliter hierusalem est anima: ad quã ini-
quus princeps id est diabolus per tentationes se ap-
plicat: ⁊ sibi in dolo sub specie boni mala suggerendo
loquitur: ita ꝙ qñqꝫ per malas cõplacentias ⁊ cõsen-
sus sibi creditẽ ⁊ eũ recipit ⁊ admittit: sed statiꝫ postꝙ
ciuitatẽ mentis ꝑ peccatum mortale intrauerit/repen
te per viciorum cumulum super ipsam irruit: ⁊ ppsm
suum.i.potentias ⁊ consensus destruit/spoliaqꝫ virtu
tuꝫ dirumpit: muros disciplinae scꝫ regularis/in ea de-
struit: ⁊ igne cupiditatis eum cremat ⁊ cõburit.i.bo-
nas affectiones: natos eius.i.viriles operationes ab
ipsa captiuat penitus: pecora vero.i.bestiales mor9
ibi possidet atqꝫ nutrit ⁊ sic fit ꝙ ista a suo semine/id
est a bonis virtutib9 fit extera alteri populo: ieꝫ viriis
fit subiecta. Nam sanctificatio sue deuotiõis dcioit
festiuitas spũalis gaudii contristatur: sabbatuꝫ quie
tis mentis sollicitudinib9 conturbat: ⁊ sic honor sue
spũalis ⁊ rationalis cõditionis in nihiluꝫ computat h
⁊ sic gl'ia quã anima habuerat añ peccũ/in ignomini-
am commutat. Trefi. In circuitu eius hostes eius: fa
cta est hierusalem quasi polluta menstruis. Fatuum Trefi.1.f
est igitur talem hospitem recipere: ⁊ cordis nostri ia-
nuas ꝑ consensum tali principi aperire. ¶ Uel dic my
stice/ꝙ hierusalem significat ecclesiam/princeps am- Aliter.
bitiosuꝫ. Ista est enim veritas/ꝙ ambitiosus in dolo
verba pacifica loquitur: seipsuꝫ mirẽ dissimulat/vt in-
gressus sibi pateat: ⁊ ad statum prelationis vel ꝓmo-
tionis interius intra ecclesiam admittatur. Sed qñ se
videt introductum/⁊ ad prelationis officium subli-
matum/in statu ⁊ officio confirmatuꝫ: statim solet cõ
tra subditos per rapinas ⁊ exactiones irruere/popu-
lum subditorum perdere/spolia ⁊ diuitias huius ciui
tatis cumulare: muros ciuitatis/.i.libertates ⁊ priui-
legia irrumpere ignem crudelitatis vbiqꝫ accendere:
mulieres ⁊ natos/idest inferiores ꝑsonas ⁊ simplices
scandalizare/⁊ a statu gratie captiuare: pecora vero.i.
carnales ꝑsonas secũ accipere. Et sic ista ciuitas siue
ecclesia/a semine suo.i.ab omnibus filiis suis extera ef
ficitur/inꝙtum nullus cõpatriota vel gratie filius in
eius beneficiis ⁊ officiis promouetur: sicqꝫ habitatio
exterorum/inꝙtum isti prelati ibi introducunt multi
tudinem consanguineorum ⁊ compatriotarũ suoruꝫ.
Trefi. Hereditas terre versa est ad alienos/dom9 no- trefi.5.a
stra ad extraneos. Sub tali igitur principe perit san-
ctificatio deuotionis/sabbatum ⁊ festum quietis et
consolationis/honor dignitatis ⁊ promotionis: ⁊ vt
breuiter cõcludatur/tota gloria cõmutat in ignomi- A
niam vilitatis ⁊ confusionis. Trefi. Obliuioni tradi- trefi.2.b
dit dominus sion/festiuitatem ⁊ sabbatum. Quia ꝑ
certo quantũ sub bono prelato vel principe ecclia vel
patria ꝯsolatur: tantũ sub malo ambitioso raptore cõ
funditur/tẽporaliter ⁊ spũaliter desolatur. Uñ Apoc. apoc.18
Quantuꝫ glorificauit se in deliciis: tantuꝫ date ei tor- b.
mentum. ¶ Sequitur ibidem ꝙ per milites regis an- Eo.ca.d
tiochi/desolata et vastata est hierusalem: ciuitatem historia
dauid.i.est arcam sion ceperunt: ⁊ eam turribus ⁊ mu
ris munierunt: ⁊ constituerunt ibi gentem peccatricẽ
viros iniquos: ⁊ cõualuerunt in ea: ⁊ ibi posuerũt ar-
ma ⁊ escas: ⁊ congregauerunt spolia hierlm/⁊ posue-
runt illic: ⁊ facti sunt eis in laqueum magnum ⁊ insi-
dias: ⁊ contaminauerunt sanctificationem: ⁊ fugerũt
inhabitatores hierusalem propter eos. ¶ Sic vere an
tiochus.i.diabolus ⁊ milites sui/vastata ciuitate hie Tropo-
rusaleꝫ inferiori: ⁊ subiugato prius statu seculariũ lai- logia.
corum/⁊ ꝑ diuersa peccata ⁊ vitia multipliciter dissi-
pato: arcꝫ sion.i.statum bonorum ⁊ religiosorũ/sibi
mystice ⁊ spiritualiter dedicauerunt: ⁊ etiam eam sibi
habitationem fecerunt. Ibiqꝫ ad istam posuerunt gen
teꝫ peccatricẽ: que ꝑ ceteris hodie in ecclia ad istam cõ
ualescũt: ⁊ in terrena ꝓsperitate ꝓficiũt atqꝫ crescunt:
qꝛ sepe fit ꝙ in mũdo.i.in ecclia illi qui sunt iniquiores
sunt diuitiis pleniores. Hiere. Quare impii ꝓsperant hie.12.a
⁊ bene est omnibus q ꝑuaricantẽ: Ipsamqꝫ arcẽ.i.ecclie
statũ: spoliis hierusalẽ.i.diuitiis secularibus ditauerũt:

escas.i.delicias ⁊ comessationes: arma.i.pompas ⁊
lites ibididem introduxerunt: ⁊ ipsam muris/turrib⁹
B castris ⁊ domib⁹/olbusq̧ pōpis ⁊ fascib⁹ accinxerunt.
Sed reuera ista prosperitas temporalis sibi p̱ diabo-
lum perpetrata: non cedit sibi ad virtutū augmentatio
nem/sed potius ad iniquitatis accumulationem: qđ
patet in hoc quod sequit: q̄ illi q̄ cōstituti sunt in arce
i.multi moderni ecclesiastici/fuerunt hodie in laqueū
⁊ in insidias aliorum: q̄ ipsi p̱ fraudes ⁊ malicias ip-
sorum alijs insidiant: ⁊ p̱ male vite sue scandalū alij
pereunt ⁊ scandalizantur. Et qui sanctificationē eccl̄ie
p̱ luxurias suas ꝯtaminauerūt: ideo habitatores hie
rusalē.i. ipsi ciues ecclesie inferioris.s.seculares/a sta
tu gratie per istorū malū exēplum vel ab amore eccl̄ie
fugere cōpbabant. Et breuiter ista est veritas q̄ mali ec
clesiastici sunt hodie p̄cipui milites diaboli: ⁊ in sta-
tu eccl̄ie est hodie sua specialis habitatio/⁊ aliorū il
laqueatio ⁊ deceptio. Vñ dicit: Audite sacerdotes do
osee.5.a mus isrl̄. Laqueus facti estis speculationi: ⁊ sicut rete
expansum sup̱ thabor. Antioch⁹ rex scripsit ⁊ ordina-
uit p̱ totū regnū suū: q̄ oīs ppl̄s vnus esset: ⁊ q̄ vnus-
quisq̧ legem suā ⁊ patrū suorū dimitteret/⁊ legē ipsius
scz idolatriā custodiret: Et q̄ cōtinuo occideret/si q̄s
his iussionib⁹ cōtrairet. Multi igitur in hierlm leges
dñi dimiserūt/⁊ regijs iussionib⁹ paruerunt. Precepit
igit rex edificari aras ⁊ templa ⁊ idola: sacrificari car-
nes suillas ⁊ pecora cōia: ⁊ relinq̄re filios suos icircū-
cisos: ⁊ ⁊ coinquinari animas eorum in immūdicijs:
Et qui sacrificare renueret/moreret. Abominādū enī
idolū super altare dñi edificauit antiochus: vt ibidē
demonijs immolaret/vbi dño fuerat imolatū: ⁊ ꝓpo-
C suit principes populi q̄ hoc fieri cogerēt: q̄ filios isra-
el in abditis effugauerūt: alij añ ianuas/thura ⁊ sacri
ficia incenderūt: libros legis domini combusserūt: et
quoscūq̧ legem dñi seruantes/⁊ libros legis habētes
inuenire poterant/occiderunt: et libros continentes
leges idolorū/illuc de grecia transtulerunt: ⁊ eos qui
circūcidebāt pueros suos/trucidabāt ⁊ ante domos
Tropo- eorū pueros a ceruicib⁹ matrū susp̄endebāt. ¶ Sic hic
logia. diabolus iniqu⁹ summe cupit/q̄ lex sua ab oībus te-
neat: ⁊ q̄ vniuerse gñationes leges suas dimittētes/le
gi nature ⁊ diuine gratie renunciantes/vnus ppl̄s.s.
reproborū efficiatur: ⁊ eidē ab oībus famulet: ⁊ nitit
q̄ in ciuitate hierusalem.i.in cōsciencia cuiuslibet fi-
delis ⁊ in ecclesia/aras ⁊ templū suū faciat: ⁊ q̄ ibi ido
la diuersorū vitiorū erigat: ⁊ q̄ carnes suillas.i.vitiū
carnalitatis ibidē offerendas inducat: q̄q̧ nullus fi-
lios suos.i.affectus ⁊ opationes suas/a suis superflu
is vitijs circūcidat: sed potius seipm ⁊ p̱ luxuriā ⁊ aua
esa.66.b riciā coinq̄net: ⁊ in immūdicijs vitiorū viuat. Esa. Ani
ma eorū in abominationib⁹ delectata est ⁊c. Igit iste
iam in tēplo eccl̄ie abominanda idola desolationis.i.
malos ecclesiasticos ⁊ p̄latos super altare dignitatū
⁊ officiorū cōstituit ⁊ erigit: qui scz abominabilis vite
sunt/⁊ desolationem suorū locorū faciunt ⁊ inducunt.
hie.32.f Hiere. Posuerunt idola sua in domo in qua inuoca-
tum est nomen meum. Iam libros diuine legis.i.sciē
tiam theologicā de iuda ⁊ hierūsalem.i.de eccl̄ia de-
D struit: ⁊ libros suos.i.lucratiuas scias immittit. Iaȝ
nullos pueros.i.nullos fideles circūcidi a sup̱fluita
te vitiorum p̱mittit: quinimmo illos q̄ libros diuine
sciētie habent.s.viros sciētificos: istos etiaȝ qui pue-
ros circūcidunt.i.illos q̄ corrigendo alios carnis vo-
luptate purificāt: impugnat tribulationib⁹ ⁊ affligit
Principes suos.i.hereticos ⁊ scelerū patronos ibidē

collocat: per quos fideles ad hec nefanda opera indu
cit multipliciter ⁊ impellit. Sic igitur fit/q̄ hierusalē
nostra ecclesia multipliciter desolat: ⁊ crescentibus vi-
tijs/virtutib⁹ denudatur: ⁊ legis diuine cultu cessan-
te/ibidē diabolus per vitia colitur. Hiere. In desola
tione erit terra ⁊c. Hie.7.g

¶ Capitulum secūdum Textus: In dieb⁹
illis surrexit matathias filius ioannis filij
symeonis. Moralitatū Caplm. II.

Cum apparitores antiochi venissēt in ciuita-
tem modin/⁊ pplm ad cultum idolorum co historia
gerent: primo ante omnia aggressi sunt Ma
tathiā/pro eo q̄ sacerdos erat/⁊ inter alios
erat solennior persona: sperabant enī q̄ isto ad idola-
triam inclinato/alij faciliter obedirent. Unde dicunt
illi: Princeps magnus ⁊ solennis es/atq̧ clarissimus
es in ciuitate/ac ornatus filijs ⁊ fratribus. Igit acce-
de prior: ⁊ fac iussum regis: ⁊ eius beneplacitū: ⁊ eris
tu ⁊ filij tui inter amicos regis ⁊ magnificat⁹ auro: ar
gento ⁊ muneribus. Verūtamen matathias fortiter
restitit: ⁊ legē dñi relinquere noluit: quinimo zelo dei
accēsus: idolū quod fecerant: dissipauit: ⁊ quendā iu
deum qui ad immolandum corā omnibus accesserat
ac apparitorem etiam regis qui alios immolare coge E
bat: super altare peremit: ⁊ tandē collectis secū socijs
⁊ amicis: ad montes ⁊ ad deserta ꝯfugit: ⁊ quicquid
habebat: in ciuitate reliquit. ¶ Sic mystice loquēdo Tropo-
qñ diabol⁹ rex inferni mittit satellites suos.s.inferio- logia.
res demones: vt vndiq̧ cultū idolorum.i.vitiorū susci
tent: ⁊ ad hoc homines cōmoueant suis temptationib⁹
⁊ impellant: ante omnia nitunt matathiam.i.bonos
p̄latos ⁊ sacerdotes.clericos ⁊ discretiores ⁊ superio
res personas decipere: ⁊ donis ⁊ precibus ad peccata
allicere: vt sic per malum illorum exēplū possit alios
facilr superare. Vñ dicitur: Non pugnantibus cōtra 3.re.22.c
quempiam: sed cōtra regem isrl̄. Nam sicut ponit hic
Stephanus de logorbona: Sicut falco primaȝ gruē
primo inuadit: sic diabolus ad temptandū p̄latos ⁊ cle
ricos primo currit. Unde: Totum pondus prelij ver- 1.re.31.a
sum est in saul regem. Sed iste debet fortiter resistere:
legē dñi nō relinquere: sed potius idola vitiorū p̱ vi-
ribus in ciuitate ecclesie destruere: ⁊ iudeos.i.subdi-
tos immolātes punire: ⁊ ipsos diaboli satellites supe
rare: ⁊ spūaliter occidere: ⁊ relictis illis que in ciuitate
mundi habet.s.affectum terrenorum bonorū: debet in
montē ⁊ solitudinē paradisi p̱ affectionem ⁊ contem-
plationem fugere: ⁊ ad hocipm alios inuenire. Qui
dñi est (inquit) sequit me. Esa. Venite ascēdamus ad Esa.2.a.
montem domini. ¶ Hic habes q̄ cum multi filij isra- Eo.ca.d
el ascenderunt in solitudinem ⁊ montes: ne sacrifica- historia
rent idolis: que iam in valle ⁊ ciuitatibus colebantur E
se absconderant in abditis et speluncis. Satellites
autem antiochi ꝯstituerunt eis p̄liū sabbato: ad finem
q̄ nō se defenderēt: cum ipsis arma sumere in sabbato
nō liceret. Ipsi ergo se nō defenderunt. nec arma ꝯtra
hostes sumpserunt: ⁊ sic vsq̧ ad mille animas trucida
ti fuerunt. Matathias autem ⁊ sui ꝓposuerūt in sab
bato arma sumere: ⁊ contra hostes defendere se virili
ter. ¶ Illud potest allegari contra malos religiosos Mora-
qui de ciuitate mundi ⁊ de valle terrenorū exeunt ad litas.
montem perfectionis: ⁊ gradū ascendūt ecclesiasticū:
⁊ in cauernis religionis nitunt se abscōdere: ⁊ ab ido
latria ⁊ cultu vitiorum que in mundi ciuitate colunt
immunes ⁊ liberi esse se credunt: facientes illud quod
dicitur

gen.19.d dicitur Gene. Non stes in omni circa regione: sed in
monte saluū te fac. Sed reuera demones ipsos ibidē
tentationib9 insequunt: ⁊ in diebus sabbatis.i.in ipa
quiete contemplationis/ ⁊ in montibus perfectionis
⁊ speluncis religionis cōtra eos preliantur. Qui quia
arma bonorum operum nō sumunt/nec loca occulta
s.corda oppilant a malis desyderijs nec claudunt/nec
cōtra hostes viriliter se defendunt: ideo ipsi qui in ip-
so mundo non perierant/ in religionis vel perfectio-
nis apice vitijs pereunt ⁊ succumbunt. Fatuū igitur
fuerat illis ad montes istos fugere: nisi vellent se for-
titer armis bonorum operum defensare. Sed reuera
non sic matathias ⁊ filij eius.i.non sic boni ⁊ prudē-
tes/religiosi ⁊ clerici: quia isti in istis montibus ⁊ spe
luncis viriliter bonorū arma sumunt: ⁊ seipsos virili
ter resistendo defendunt: ⁊ ibi non pereunt vel delin-
G quunt: nec periculū damnationis incurūt. ¶ Uel die
Aliter. ꝙ dies sabbati significat festa in quibus diabolus cō
tra homines fortius insurgit pro eo ꝙ eos vagos et
ociosos cognoscit: quia tunc arma bonorū operum
non assumunt: sed potius ocijs/ludis ⁊ leticijs inten-
dunt: ⁊ ideo tentati a diabolo facilius succumbunt.
tren.2.g Unde dicitur: Uocasti quasi ad diem solennē qui ter-
reret me in circuitu. Boni tamen ꝑpter sabbatum nō
cessant arma bonorū operū assumere: ⁊ ideo nec hostes
eos per tentationes audent inuadere: vel si inuadant/
mat.3.a solent ꝯtra eos fortiter dimicare: dicētes illud Mar.
Eo.ca.c Utrū licet in sabbatis bñfacere. ¶ Legitur de mata-
historia thia/ꝙ ipse ⁊ filij sui adiunctis sibi illis qui volūtarij
erant in lege/ ⁊ fugebant a malis/magnum exercitū
collegerunt: ⁊ viros impios ꝑcusserunt: pueros in-
circūcisos circūciderunt: filios superbie sunt persecu-
ti: ⁊ aras quas fecerunt idolatre/destruxerunt: tandē
vero moriens filios suos instruxit/⁊ eos ad pugnādū
pro legibus salubriter erudiuit. Matathias autem ꝗ
Mora- interpretatur a deo datus: significat bonum ꝑlatum/
liter. ⁊ superiorem a deo datum ⁊ promotum: ⁊ nō a carnis
affectione/ambitione vel symonia vel laicorū poten-
heb.5.a tia ꝓmotū. Unde dicit Apls: Nemo assumit sibi ho-
norem/nisi qui a deo vocatur/sicut aaron. Talis igit
debet viros deuotos/⁊ in lege dei volūtarios sibi ad-
iungere: ⁊ eos in cōsilijs ⁊ beneficijs secū habere. Uñ
Ecc.9.d dicitur: Uiri iusti sint tibi conuiue ⁊c. Impios viros
debent persequi ⁊ punire/⁊ de medio tollere: Incircūci
H sos vero idest carnales superfluitatibus morum ⁊ di-
uitiarum onustos debet corrigēdo circūcidere. Aras
vero idolorū.i.auaros ⁊ luxuriosos in quibus scz sem
per viget ignis cupiditatis: et carnes carnalis volu-
ptatis/thus superbie ⁊ fum9 vanitatis debet destrue
re: ⁊ tandē filios ⁊ subditos suos debet instruere/⁊ ad
dimicandum si sit necesse/pro legibus animare: dicen
1.mach. do illud infra: Accingimini ⁊ estote filij potētes ⁊c.
3.g. ¶ Capitulū tertiū Textus: Surrexit Iu-
das machabeus pro parte suo ⁊ iuuabāt eū
fratres sui. Moralitatū Capitu. III

historia Surrexit iudas machabeus ꝓ parte suo/⁊ iu-
uabant eum fratres sui: ⁊ dilatauit gloriam
ꝑplo suo. Induit se lorica sicut gigas: ⁊ suc-
cinxit se arma bellica: ⁊ ꝓtegebat gladio suo
castra. Similis factus est leoni in operib9 suis: ⁊ sicut
catulus leonis in venatione rugiens/persecut9 est ini-
cos/perscrutans eos: ꝑambulauit ciuitates iude: ⁊ cō
gregauit pereuntes: ⁊ nominatus est vsqz ad nouissi-
mū terre: ⁊ repulsi sunt inimici pre timore eius: ⁊ om

nes operarij iniquitatum conturbati sunt. ¶ In istis
verbis recte ponitur exemplar ⁊ regula cuiuslibet bo- Tropo-
ni principis. Iudas enim interpretatur confitens vel logia.
glorificans. Machabeus interpretatur ingeniosus/
ꝓtegens ⁊ percutiēs: quia reuera bonus prelatus vel
princeps deum laudare: prudens ⁊ circūspectus/sub-
tilis ⁊ ingeniosus esse innocentes protegere: pestilen-
tes percutere gladio iurisdictionis spūalis vel tempo- A
ralis/vel gladio feruētis orationis cordialis. Debet
castra sibi subiecta.i.territorium suum ⁊ ecclesias/taz
bona quam personas ꝓtegere: loricaz iustitie accipe-
re: arma bellica virtutum induere: vt sic possit gloriaz
⁊ prosperitatem sibi populi subiecti dilatare: Ezechi. Eze.38.d
Tu cherub extentus ⁊ protegens. Unde istis dicit il-
lud Apls: State succincti lumbos vestros: induite lo Ephe.6.
ricaz iustitie. Debet etiā esse similis leoni audacter ar c.
dua aggrediendo: ⁊ propter nullū quantūcunqz ma-
gnum ad executione iustitie tepescendo: sicut catulus
leonis debet rugire altisone predicādo: ⁊ sic iniquos
debet persequi ipsos seueriter puniendo: ⁊ eos debet
perscrutari ⁊ inquirere diligentissime examinando: ⁊
ciuitates ad literam perambulare subditos visitādo
⁊ iustitiam faciendo. Ps. Perambulaui in innocētia ps.100.
cordis mei. Et sic talis iudas poterit dici ille/de quo a.
dicitur: Leo fortissimus bestiarum/ad nullius paue- Pu.30.b
bit occursū. Et reuera si nostri principes tales fuerint
tunc pre timore eorum/inimici sui tam temporales ꝙ
spūales repelluntur: ⁊ ab eorum presentia ⁊ iustitia ter
rebuntur: operarij iniquitatis formidabunt: percun-
tes scz pauperes ⁊ tribulati/qui iniurias patiūtur/ab
alijs defendunt ⁊ congregabuntur: ⁊ ipsi per famam ꝑ-
petuam quam acquirunt/vbiqz nominabūtur. Illud
est verum quando in vno loco est iustus iudex vel ꝑla
tus/prudens ⁊ seuerus: omnes mali generaliter timēt
eum. Ozee: Leo rugiet/⁊ formidabunt filij maris ipse Ozee.11.d
vero acqrit nomen perpetuum ⁊ iocundum. Unde di- B
citur: Nomine eterno hereditabit illum dominus. Et Ec.15.b.
alibi: Diuulgatum est nomen dauid in cunctis regio 1.Para.
nibus. Uerūtamē aduerte quod dictum est/ꝙ fratres 14.d.
eius iuuabant eum: qz quilibet bonus frater canoni-
cus vel subditus/debet superiori collaborare: ⁊ eū spi
ritualiter ꝑ orationes/⁊ nominatus temporaliter per
obsequia ⁊ subuentiones benigniter adiuuare: quia
dicitur: Frater qui adiuuat a fratre/quasi ciuitas fir- Pro.18.c
ma. Cuius tamen sepissime fit contrarium: quia con-
fratres ⁊ subditi libentius laborant quandoqz ad su-
periorem suum confundendum/ꝙ ad eum adiuuan-
dum. Periculum enī est in falsis fratribus. ¶ Iudas 2.co.11.f
pugnās cōtra Appoloniū/ipsū occidit/⁊ gladiū sibi Eo.ca.a
abstulit: ⁊ ꝙdiu vixit/in ipso gladio semper pugnauit
⁊ hostes suos debellauit. Tandē seron princeps syrie
contra eū applicuit/quē iudas gladio supauit. ¶ Il- Allego-
lud potest exponi sic: Appolonius ꝗ interpretatur mi- ria.
rabilis/mundū significat: ꝗ in cordib9 fatuorū vt pul
cher ⁊ mirabilis rutilet: gladius eius cum quo impu-
gnat petōres/est ipsius ꝓsperitas. Seron ꝗ interptat
princeps meroris/est diabolus: qui ꝑ certo iudas ꝗ in-
terpretat ꝯfitens/debet primo mūdū ꝑ ꝯtemptū vin-
cere: ⁊ gladiū eius/id est mundi ꝓsperitatē ꝙ sit terri-
bilis/labilis ⁊ deceptibilis/per ꝯsyderationē accipere
⁊ sic isto gladio.i.hac ꝯsyderatiōe mediāte poterit se-
ron principē diabolū superare. ¶ Hic dicit ꝙ popul9 Eo.ca.b
vidēs ꝑplm/seron ⁊ multitudinē sui exercit9/incepit historia
dubitare de victoria: sz iudas dux eorū incepit hmōi C
sermonib9 eos ꝯfortare: facile enī est multos ꝯcludere

Psal. 106.c. Aliter bati sunt et mori sunt sicut ebrius. Vel dic ista contra malos nobiles et fatuos et alios: qui quandoque a statu prosperitatis cadunt: dignitates hereditates et officia perdunt: a societate hominum eiciuntur: quasi bos fenum comedere: et quasi rustici in labore viuere: et pristinas delicias dimittere: et cum feris idest cum pauperibus conuersari coguntur. Sed quid? Pro certo ipsi videntes seipsos depositos/desperationem incurrunt. Bestie quasi vastie: que secundum Isidorum dicuntur a vastando: id est crudeles et predones fiunt: cor humanum idest conscientiam prius perdunt et cor fere .i. impiam mortem acquirunt: in viros quoque malos se conuertunt. Unde dicitur: Mutatus est in virum alterum. Hiere. A malo in malum egressi sunt.

i. Reg. 10 b. E Postquam nabuchodonosor occulto dei iudicio bestia factus est. hec regno eiectus et ad statum tribulationis deuenit: principes eius negauerunt cum quidam fuit bestia: sed statim quando recepit pristinum sensum/figuram et statum: principes eius cognouerunt cum sicut prius: et receperunt eum. Tales vero sunt amici mundi qui ad statum tribulationis et infirmitatis: quia statim quando occulta dei prouidentia aufert sibi omnem prosperitatem/regnum/sensum et statum: vere principes sui idest amici/cognati et parentes eius despiciunt eum: nec volunt eum amplius videre: nec regem nec dominum amplius appellare. Quem si acciderit ad statum redire: et principes ipsum recipiunt et ei sicut primitus obsequuntur: et quem prius sicut bestiam contemnebant: tunc tanquam regem et dominum reuerentur. Unde dicitur: Si habueris couiuet tecum.

eccl. 13. a. Nabuchodonosor rex babylonis factus bestia sine sensu: fenum comedit: sicut bos inter bestias habitans: et in syluis societatem hominum contemnebat: et ideo tunc a principibus est contemptus.

Eodem ca. f. Histo-ria. Rex iste babilonis idest cofusionis: significat malos prelatos/impios et crudeles. Nabuchodonosor interpretatur sedens in angustia: quotiens vitijs ecclesia potest dici babylon idest confusio. Isti enim hodie sunt mutati in bestias: quia sunt multi bestiales et iniuriosi: societatem hominum .i. personarum rationabilium contemnentes. Et ideo istis dicitur: Cor eius ab humano mutetur: et cor fere detur ei: et ideo vere reges et principes et laici solent tales contemnere et eorum statum et consortium abhorrere. Vel dic quod principes qui sunt maiores prelati ecclesie vel religionis: videntes tales sic viuentes bestialiter: debent eos statim regno .i. suscepto regimine priuare:

Moralitas. Dan. 4 c. f Aliter Ezech. Ezech. Prophane impie dux/tolle cydarim: depone 21. f. coronam. Si autem penitentia ducti/fiant iterum boiles id est viri boni et perfecti/sensum et mores recuperantes: tunc secundum quod eis videbitur possunt ipsos pristine

Dan. 5. b. glorie restituere: et in eodem loco vel alibi iterum prelaturam eis reddere. Quamuis daniel diceret nabuchodonosor malam interpretationem de arbore: et balthasar de manu in pariete: vt patet infra: ita quod vnum diceret de regno eijciendum/et alterum occidendum et hoc tamen nunquam fuerunt moti contra ipsum: sed donis et honoribus ditauerunt. Sic vere quis daniel .i. predicatori nos aspere corrigat: et futura pericula nobis dicat: et hoc tamen non debemus indignari: sed ei corde humili regratiari: qui qui corrigit sapientem: gratiam apud

pro. 18. o. eum inueniet. Quamuis nabuchodonosor et balthasar correctionem et increpationem danielis gratiose receperunt: et eum honorarent: nunquam tamen propter hoc se emendauerunt: et ideo perierunt. Sic vere sunt aliqui qui libenter correctionem audiunt sed nunquam propter hoc emendantur.

Ezech. Audiunt sermones meos: et in cantica oris sui Ezec. 33 g. vertunt illos. Quamuis darius summe diligeret danielem: tamen propter consuetudinem et decretum factus Ca. vi. e tradidit eum iuxta promissa leonibus deuorandum contra propriam voluntatem: sicut dicitur infra capitulo sexto. Sic Histo-ria. vere reges et viri perfecti summe debent cauere quid promittunt: quia turpe est regredi verbum suum. Iuxta illud Prouer. Labium veritatis firmum erit. Euilmerodach (teste historia scolastica) pro nabuchodonosor patre suo regnum rexit: dum a regno exularet: et ibi plura iniqua commisit: et ideo quando pater ad regnum rediit: filium qui deliquerat/carceri mancipauit et ei plura tormenta intulit. Tandem pater mortuus est: et filius eius qui erat in carcere ad regnum iterum sublimatur. Iste autem qui viderat patrem suum prius in bestiam mutatum: et iterum in hominem figuratum: timuit quod de morte ad vitam reuenerit: et ideo fecit capi trecentos vultures: et patrem suum diuidens/vnicuique vulturi partem dedit: et eos auolare permisit/dicens: Quod nisi omnes insimul conuenirent impossibile erat patrem suum quem comederant resumere vitam. Sic vero charissimi: quandoque accidit quod euilmerodach .i. aliquis iniquus ad regnum .i. ad aliquod officium sublimatur: vbi quandoque multa iniqua committuntur/subditos grauando et spoliando: et ideo sepe accidit quod propter nequitias suas superior magister qui ipsum habet corrigere/ipsum percutit incarcerat atque affligit: vel penam ei tribuit competentem: illi ergo tunc accidit mori patrem suum. Ideo si iste pater vel correctori moritur .i. si aliquod infortunium ei venerit: ipse statim consurgit versus ipsum: et eum per detractionem et falsam accusationem laniat: et vulturibus idest suis inimicis porrigit eum deuorandum et diffamandum et hoc vt perpetuo ad statum prosperum non resurgat. Quia qui arguit derisorem/ipse sibi iniuriam facit. Tradet enim frater fratrem/et filius patrem: et insurgent filij in parentes: et morte eos afficient: et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: Qui autem perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Et alibi: Et inimici hominis domestici eius: sicut dicit micheas.

pro. 12. c. Euilmerodach filius nabuchodonosor. Moralitas. Moralitas. D. pro. 9. b. mat. 10 c. mi. 7. b. michee. mat. 10 o.

Capitulum quintum textus Balthasar rex fecit grande conuiuium optimatibus mille. Moralitatum Capi. V.

Balthasar rex babylonis cum semel esset obsessus a Dario rege persarum: vilipendens obsidionem/fecit grande conuiuium familiaribus suis: et fecit apportari vasa aurea et argentea que de hierusalem et templo attulerat pater suus et in ipso conuiuio biberunt ipsis ipse et optimates sui vxores et concubine sue et laudauerunt deos suos: sed hoc abhorrens deus: fecit venire in ipso conuiuio in parte te vna manum quod scripsit parietem ista tria verba: Mane/thetel/phares: quod significat numerus/pondus diuisio. Significabat autem deus quod regnum numerabat: et ponderabat quod ipsa sua quantum valebat: et deficiebat in numero et pondere: tunc diuidebat regnum eius/et sibi penitus auferebat: et sic factum est quod in ipsa nocte rex qui obsidebat ciuitatem/cepit eam et occidit et regnum eius et totam sub statum suum dominauit. Balthasar qui interpretatur deuorans diuitias, significat mundi diuites et potentes: qui non cessant diuitias deuorare et accumulare: nec tamen ab eis satiantur: quia venter impiorum insatiabilis

Histo-ria. Moralitas A

pro .31. tabilis est. Unde dicitur: Isti sūt reges Babilonis
o. quia regunt mundū/vbi non est nisi confusio. Ozee:
Ozee.8 Ipsi regnauerunt: sed non ex me rc. Isti quotidie ob
a. sidentur a rege Persarum/id est a diabolo/ qui est rex
iob.41. super omnes filios superbie. Sed vere isti non curāt
o. de ista obsidione/ scilicet de diabolo. qui continue p
tentationem r tribulationem/et mortis temporalis
et eterne tentationem ipsos obsidet et infestat: immo
pro certo ipsi vacant conuiuijs/ludis/ potibus et ci-
bis: r cum vxoribus suis et familiaribus et alijs suis
id est illis de parentela sua de quibus magis sperant
et exultant: in vasis aureis et argenteis bibere dele-
ctantur. Sed pro certo deo sepe displicet huiusmodi
vanitas et prosperitas: et ideo dum sunt in aula Ba-
bylonis/id est prosperitatis mūdane quando non co
gitant de futuris/deus mittit manum suā/id est po-
testatem et virtutem: r in pariete corporum sententiā
scribit/r dicit: Mane/thetel/phares. Quia ipse nu-
merat tempus et vitam eorum/et ipsam presumit: et
ipse etiam ponderat quantum de virtutibus et vitijs
habeant: et tandez diuidit eos scilicet animā a corpe
sperādo p mortem: vel diuidit eos scz a societate fi-
delium r partem eorum ponit cū infidelibus in in-
luce.12. ferno: et ideo rex Persarum/id est diabolus/audita
c. dei voluntate et sententia: ipsos corporaliter et eter-
B naliter occidit/qui ipsos tandiu obsederat i hoc mū-
do. Unde: Stulte/hac nocte repetent animam tuam
a te: que autē congregasti cuius erunt rc. Uel ista dic
contra executores testamentorum: qui scilicet mor-
tuo diuite: et lecta testamēti scriptura: optime nume-
rant et ponderant bona sua: ipsaqz inter se diuidunt r
dispensant. Ideo bene dicitur: Diuisum est regnum
tuum: r datum est Persis et medis: id est tuis execu-
toribus et alijs. Si vis dic interpretationem de me-
dis et persis rc. Unde tales sic morientes /possunt de
suis executoribus dicere illud Psal. Diuiserunt sibi
ps. 21.d vestimenta mea rc. ¶ Cum daniel esset honoratissi-
Ca. vj.c mus in palacio regis Darij/inuiderunt ei aliqui pri-
cipes: et ideo ipsum mitti in lacum leonum/ propter
hoc quod deum colebat/procurauerunt. Sed statim
affuit dei prouidentia/qui Danielem inter leones il-
lesum seruauit: Quod videns rex/in crastinum ipsuz
liberauit: r eius accusatores cum vxoribus et filijs in
lacum intromisit: et statim coram ipso fuerunt a leo-
nibus deuorati. ¶ Rex iste est deus: cuius regnū (te-
Allego ste Gregorio) est ecclesia: Lacus est purgatorium vel
ria. infernus/vbi sunt leones/id est demones rugientes.
Accidit etiaz quod in regno Christi: id est ecclesia est
quandoqz Daniel id est aliquis homo clericus: qui
propter scientiam et bonitatem ab hominibus ho-
noratur: et ideo vere habet statim inimicos inuidos.
Nā sm Senecā in libro de morib9: Et si nullos inimi-
cos facit luxuria: mltos tñ facit inuidia. Uñ sepe acci-
dit qd ppter prosperitatē q fulgēt inter ceteros mors
eis ab inimicis intentatur. Et ideo dato quod displi
ceat regi mors innocentium: tamen propter decretum
Hebre. Medorum immutabile id est propter decretum quo
9.g. statutum est hominibus semel mori secundum Apo
stolum: ipse dissimulat et permittit. Igitur daniel/id
est iustus mortuus: in lacum/id est in foueam vel in
purgatorium mittitur: et lapis tunc superponitur in
sepulchro: vbi scilicet ab Abachuk/id est a bonis ami
cis pulmento piorum suffragiorum spiritualiter su-
stentatur. Sed pro certo leones: id est demones ei nō
possunt nocere: immo ab ipso lacu/id est a purgato
rio: a rege/id est a deo liberatur: et ad aliam gloriam
sublimatur: scilicet ad gloriam paradisi. Alij autē in
lacum: id est in infernum ponuntur cum vxoribus et
filijs id est cum fautoribus et imitatoribus suis: vbi
a leonibus id est a demonibus deuorantur perpetuo
et super eum rugierunt leones. Et sic inuidi et homi-
cide alijs credunt sibi ipsis nocent: et alijs proficiunt
et valent. ¶ Uel dic spiritualiter per modum exem-
pli: quando quis per inuidiam procurat alteri mali
ciam: transit super ipsum: et idem preiudiciuz sepe in- Aliter
currit quod alijs intentabat: sicut patet de aman. et
mardocheo. Unde dicitur: Qui fodit foueam inci- pro.26.
dit in eam. d.

¶ Capitulum septimum textus: Anno pri- D
mo Baltbasar regis babylonis: daniel som
niū vidit. Mora. Ca. VI

Daniel vidit in medio maris quatuor ven-
tos pugnare: et statim bestie grādes de ma
ri pariter ascenderunt inter se dissimiles et
feroces rc. ¶ Mare quod est inscrutabile:
est cor hominis. Hieremias. Quatuor vēti sunt qua-
tuor affectiones: scilicet spes: timor: gaudium r do- Trpo.
lor: r iste inter se pugnāt: quia in corde hominis sem logia ii
per est pugna inter istas affectiones et passiones. hiere.17
Ideo bene dicitur in prosa: Cōfusa sunt hec omnia: b.
spes: timor: gaudium et dolor. Et ideo sepe accidit q
post istos ventos: id est post huius mundi conflictū
sequuntur quatuor bestie fortes et diuerse: id est qua-
tuor peccata mortalia: Nam ex spe sequitur presum-
ptio: ex timore desperatio: ex dolore obstinatio: et ex
gaudio luxurie corruptio: et sic cor humanuz ex istis
quatuor vētis: id est bestijs dissipatur. Unde in Pro
uerbijs. Cogitatiōes varie versant i corde viri. Ideo pro .19.
dicitur. A corde quatuor oriuntur. ¶ Uel dic quod c.
quatuor venti sunt superbi nobiles. Bestie sunt cru- eccli.37
deles inferiores: qui ideo quatuor dicuntur: pro eo c.
quod in quatuor mundi partibus collocantur. Isti Aliter
igitur inter se pugnant: et per rixas ac discordias iu-
giter secum certant. Unde dicitur: Inter superbos pro .13.
semper sunt iurgia. Daniel vidit quandam bestiam b.
leene similem: et habebat alas sicut aquile: et sublate Eodem
sunt ale eius: et ipsa sublata est de terra: et super pe- ca.a.
des quasi homo stetit: et cor eius datum est ei. ¶ Be Tropo
stia significat superbum: et ideo dicitur similis leene logia
que est bestia superbissima: quia superbi huius mū-
di sunt crudeles more leonis / pauperes deuorando:
sicut patet de militibus: officialibus r balliuis. Isti
quandoqz habent alas aquile: per quas in altum ve-
huntur id est altas personas et nobiles: per quas fre E
quenter sublimantur: promouentur et honorantur: Tropo
sicut videmus: quia nō est ita modicus balliuus vel ogia.
vsurarius: quin habeat maiorem in curia vel in pa-
tria: qui ipsum subleuet ac supportet Isti autem aq-
le dicuntur similes: quia tales mali malorum fauto-
res ad modum aquile per rapinas viuunt de sangui
ne alieno. Hieremias In alis tuis inuētus est san-
guis pauperum et innocentum. Alios enim malos Hiere.
non sustinerent: nisi inde sanguinem emungerent: et 2.g.
de eorum rapinis emolumentū haberent. Job: Pul- iob.39.
li aquile lambunt sanguinem. Sed quid? Sepe acci- o.
dit quod ale iste a talib9 euelluntur/qñ homini p mor-
tem subtrahunt. Isti etiam sui amici vel fautores fi-

bi per aliquod infortunium auferunt de terrena digni-
tate et prosperitate/quam super alios obtinebant. Et
super pedes quasi homo stant: hoc est dictu: quod ipsi
cadunt a statu suo ad terram idest ad pauperem sta-
tum: ita quod si erant equites/fiant pedites. Ideo di
citur quod cor eius datum est ei: quia tunc temporis re-
deunt ad cor suum/et cognoscunt quid sunt et unde sunt
et quid est mundi prosperitas quam sic perdunt. Esa.
Redite prevaricatores ad cor: recordamini prioris secu
li. Sicut enim videmus quando inferiores perdunt
Esa.46 c. alas suas: i. fautores suos: qui eos in prelatorum cu
rys sustinebant: ipsi solent similiter de terra tolli: et a
f statu vel officiis/vel saltem reputatione tolli atque de-
poni. Zach. Percutiam pastorem: et dispergentur oves
Zach.13 e. gregis. ¶ Vel dic quod post mortem amicorum suo
rum et alarum suarum evulsionem/ipsi similiter de ter
Aliter ra per mortem tolluntur: et ad infernum pedes ire com
pelluntur ubi cor eorum idest tristitia et desperatio si-
bi datur: et penitentia de male actis si possent. Hiere.
Dolor meus super dolorem: in me cor meum merens
Hiere.8. f. ¶ Vel dic quod leena/que est bestia ita luxuriosa/quod
cum pardo fornicatur quod est animal pictum: signi
Aliter ficat mulierem adulteram: que cum pictis et pulchris
iuvenibus fornicatur: et leoni idest marito proprio frau
dem facit. Ale igitur istius sunt gratie per quas ele-
vatur et superbit: scilicet pulchritudo. nobilitas/po-
tentia et voluptas. Sed quid? Vere iste ale primo sub
trahuntur ei: quia scilicet sua pulchritudo per sene-
ctutem deficit: ipsa tandem de terra viventium tran-
sit: et super pedes suos tota nuda in suis naturali-
bus relicta/in inferno cogitur stare: et cor eius datur
perpetua tristicia lamentari. ¶ Secunda bestia quam
Eodem ca.b. vidit daniel/erat similis urso. (Ecce inquit) alia bestia
stetit similis urso in parte: et in ore eius tres dentium
Histo- ordines: et in dentibus suis erant tres principes qui
ria. dicebant ei: surge comede carnes plurimas. ¶ Bestia
potest significare principes malos et prelatos: qui re
Mora- vera urso (qui mel summe diligit) sunt similes: quia
litas. scilicet mel. i. dulcorem voluptatum et deliciarum di
G ligunt: et vellus hirsutum divitiarum gerunt. Nam si-
cut ursus apes inquietat: tales inimicos pauperes per
rapinas ut mel idest ipsorum bona rapiunt et evellunt
Isti habent os magnum. i. magnam curiam et hospi
tium seu claustrum et monasterium: ubi sunt plures
dentes/id est plures persone in tribus ordinibus id-
est pluribus officiis/distinctionibus/statibus/gradi
bus ordinate: quidam superiores/quidam mediocres
alii inferiores: sed in istis dentibus et in ordinibus sunt
tres principales dentes. i. aliqui magni in officiis su
perioribus gratiis excellentes: quia principes in suis cu-
riis et officiis/prelati in suis hospitiis semper habent
aliquos fautores: per quos reguntur et ordinantur. Sed
quid dicunt isti bestie: isti consiliarii: fautores et ma-
gistri? Pro certo non dicunt eis quod regant bene terram
suam: vel quod faciant iustitiam: vel quod ab iniquitate caveant
sed ipsi dicunt eis: surge/comede carnes plurimas: hoc
est dictu: Devora subditos: excoria/rape comede car
nes/id est substantias aliorum. ¶ Vel dic quod ista be-
Aliter stia est infernus: qui est similis urso. quo ad voracem
insatiabilitatem: habet tres ordines dentium/id est tres
differentias mordacium tormentorum: scilicet limbum/pur-
gatorium et barathrum. Isti enim dentes dicunt inferno/quod de
voret carnes plurimas: quia ista tria loca devorant ho-
die quasi omnes personas: quia barathrum devorat damna-
tos. limbus pueros non baptizatos: purgatorium pe

nitentiam acturos: Unde in Prover. Tria sunt insa-
tiabilia. ¶ Vel dic quod ferocitas que nulli parcit: et que M
duas alas habere dicitur/est mors: cuius ale sunt due: pro.30.
scilicet infirmitates et casus que mortem faciunt undique b.
evolare: et ad loca varia se transferre. Ista enim tres Aliter
habet ordines dentium/statuum et locorum/paradisum/
purgatorium et infernum: et forte ibi sunt principes tres:
scilicet minores angelorum ordines: qui morti casi-
bus/infirmitatibus et actibus hominum preficiuntur
secundum aliquos sanctos: et isti pro certo dicunt morti. Sur
ge/comede carnes plurimas: quia isti principes angeli
ordinant secundum occultam dei providentiam de quolibet
quando/quomodo et quare et ubi: in quo istorum trium
ordinum locandus sit quilibet cum moritur. Ideo
de morte dicit Psal. Ad te omnis caro veniet. ¶ Vel ps.64.
dic quod bestia est christus: qui fuit similis urso: id- a.
est peccatoribus in parte/quantum ad naturam/non Aliter
quantum ad vitia. Tres ordines/id est tres nature in
una persona: scilicet divinitas/corpus et anima. Tres
principes sunt tres status ecclesie: qui per noe danie-
lem et iob intelliguntur continentium coniugatorum Ezec.14.
et virginum: qui dicunt christo per orationem: quod ipse e.
comedat: et eos sibi incorporet et uniat per fidei sacra
mentum carnes plurimas: scilicet homines huius vi
te: ut fidelibus adiungantur in corpore christi mysti
co iudei/heretici saraceni: et per penitentiam reprobi
christiani. Psal. exaudi orationem meam: ad te om-
nis caro veniet. ¶ Vel dic quod ista bestia ursina est Psal.
vaniloquus: habens tres ordines dentium/id est tria 64.a.
genera verborum in ore: scilicet detractionem: ia- Aliter
ctantiam et blasphemiam: et isti devorant carnes
plurimas quia iactantia devorat carnes proprias
detractio carnes proximi blasphemia carnes christi.
¶ Vide supra de manticora. li. de animalibus. ¶ Ter-
tia bestia quasi pardus habebat quatuor alas avis et N
quatuor capita: et habebat potestatem magnam. ¶ Par Histo-
dus coloratus et preceps: est hipocrita: qui quamvis sit ria.
coloratus in conversione picta et ficta: tamen preceps Eodem
est ad sanguinem: id est ad luxuriam et peccatum: et ca.b.
iste habet plures alas et capita. i. plures modos deci- Mora-
piendi: et isto modo aliqui acquirunt potestatem/ho litas.
norem et reputationem. ¶ Vel dic quod bestia cuius
quatuor ale: sunt quatuor affectiones: quatuor vero Aliter.
capita sunt quatuor principalia crimina. et ipsis dente-
tia etc. sicut supra ca. iiii. ¶ Vel dic quod pardus est
vir perfectus: qui habet pellem pictam honeste con-
versationis: et iste habet quatuor capita: id est qua- Aliter
tuor principales virtutes: scilicet iustitiam: pruden-
tiam: fortitudinem: et temperantiam. Habet etiam qua
tuor alas: id est quatuor affectiones bene ordinatas:
scilicet spem: timorem gaudium et dolorem: cum quibus vo-
lat sursum ad celestia contemplando: et ideo potestas
ei datur in celo et in terra. In terra dico quantum ad tem-
poralem promotionem: in celo vero quantum ad celi beatifi-
cationem. Et debent convenire capita cum aliis: quia
gaudium debet habere temperantiam: dolor pruden-
tiam: spes iustitiam: timor fortitudinem. Ezechi. Qua
tuor facies uni etc. ¶ Quarta bestia erat terribilis et Ezech.
fortis nimis dissimilis aliis et habebat dentes ferreos: 1.b.
et comedebat et comminuebat: et reliquia pedibus con Eodem
culcabat et capita habebat decem. ¶ Ista significat ca. b.
mundi divites et tyrannos: qui propter suam malam B
vitam quam plerique ducunt: sunt terribiles et aliis dis- Mora-
similes christianis: ut de quolibet dicatur illud Sap. litas.
Gravis enim est nobis etiam ad videndum: quoniam sap.2.c.
dissimilis

dissimilis est nobis vita eius. Decem capita sunt decem capitalia vitia: que opponuntur decẽ preceptis

Apoca. 13.a. Apoca. habebat capita septem et cornua decem. Dentes istorũ sunt eorum officiales ꝛ balliui: qui dicunt dentes a demendo: quia isti sunt rapaces et auare nature: quod alijs demunt et subtrahũt quicquid possunt. Et isti dicuntur ferrei/propter duram crudelitatem: sunt magis fortes quo ad diuitias ꝛ quo ad potentiam secularem: intantum ꝙ nullus potest contra eos preualere: ꝛ ita ille bestie/id est principes potentes/mediantibus suis dentibus: id est suis coadiutoribus: hodie omnia deuorant ꝛ confundunt: ꝛ illud quod nõ possunt cõsumere: scilicet illos cõtra quos non possunt preualere: vilipendunt ꝛ despiciunt: capita habẽt plura: id est plures dignitates/villas ꝛ castra.

Aliter Uel dicꝫ ista bestia sunt causidici/balliui ꝛ officiales: et tales dentes virtute quorum demunt bona aliorum: sunt principes ꝛ prelati: cum quibus sunt: ꝛ per quorum virtutem faciunt multa mala. Nam habent dentes super eos. i. dominos magnos et magistros: sub quorum vmbra ipsi deuorant omnes alios circunstantes/per auariciam ꝛ rapinam: et illud qđ

C non possunt suppeditare/conculcant pedibus. i. con

psal. 72. b. tẽnunt ꝑ superbiam mentis. Isti habent hodie plura capita. i. dignitates ꝛ prebendas. Psal. Ipsi pec

Eodem ca. b. catores in seculo ꝛc. ¶ Apparuit quedã bestia mirabilis et terribilis/fortis ꝛ magna: habens capita septem et cornua decem: et inter omnia ista cornua ortum est vnum cornu modicum: habens oculos quasi oculos hominis: ꝛ hic loquens grandia: ꝛ a facie eius tria de alijs cornua sunt euulsa: et iterum creuit illud cornu: cum quo bellum faciebat contra dei sanctos ꝛ preualebat: et reges terre humiliabat. Putauit ꝙ posset mutare tempora ꝛ reges: sed tandem antiquus dierũ venit: ad iudicium sedit: et potestas istius est ablata.

Allegoria. ¶ Si vis expone allegorice: sicut exposuit glossa de antichristo: et dic quod bestia est regnũ romanum. Decem capita sunt decẽ regna cornua sũt reges: cornu modicum est antichristus: contra deum loquens grandia/reges subijciens/oculos clari intellectus habens. Iste enim contra sanctos pugnabit ꝛ

Tropologia. preualebit ad tempus: sed tamen finaliter veniet antiquus dierum christus ad iudiciũ: ꝛ cessabit eius potestas: sed de hoc nihil ad presens. ¶ Sed expone moraliter et dic quod bestia est princeps vel prelatus magnus et fortis habens plura capita. i. plura loca capi

D talia/villas et castra: cornua sunt principes: balliui ꝛ officiales sui: mediantibus quibus alijs cornu impetit et deterret: sed aliquãdo accidit quod oritur inter eos vnum cornu modicum: idest vna modica et parua ꝑsona: que primo est in paruis officijs que tamen oculos sue clare discretionis/cautelarum et cauillationis habet: ꝛ propterea laqueo sue eloquentie idest iactãtie ꝛ adulationis/minarum et elationis ipse preualet contra alios: ꝛ maxime contra sanctos et iustos: ꝛ suppeditat tres vel plures: et alij officiales a facie eius euelluntur et deponuntur de suis officijs: ꝛ qñqꝫ fauẽte fortuna intãtũ crescit in mũdi ꝓsperis: ꝙ dei sanctos vel pauperes religiosos/et alios se meliores concutit et conculcat: Deum contẽnit: reges terre. i. nobiles ꝛ potẽtes humiliat et affligit: vt patet de

1. Thes. 2. c. istis q̃ sunt cũ regibus ꝛ ꝓlatis: de quib⁹ dicit apostolus: Deũ nõ timẽt: ꝛ cunctis hoib⁹ aduersant. Sꝫ fi

psal. 74 b. naliter venit chrus⁹ antiquus dierum: et vocat eos ad iudiciũ ꝑ mortẽ subitã: ꝛ sic eorũ potestas deficit. Iõ de tali cornu dicit Psal. Cornua peccatorum conterentur.

Eodem ca. c. Historia. ¶ Uidit daniel quod throni positi sunt: ꝛ antiquus dierum sedit. vestimentum eius quasi nix: capilli eius quasi lana munda: thronus eius quasi flãma ignis: rote eius ignis accẽsus: fluuius igneus rapidusqꝫ egrediebatur a facie eius: et libri aperti sunt: et iudicium factum est: et tunc omnium bestiarũ ablata est potestas: et filio hominis sibi presentato dedit antiquus dierum potestatem. regnum/gloriam ꝛ honorem. In istis verbis describitur iudicis vel iudicij status: quia pro certo in throno/id est in prelatione et potestate iudiciaria non debet sedere nisi antiquus/id est homo sapiẽs et maturus: qui debet ha

E bere capillos idest interiorem affectionem: et vestimẽtum/id est exteriorem conuersationem/albam ꝛ mundam sanctam et puram: castam et honestam: ꝛ immunem ab omni affectiõe ꝛ acceptationẽ munerum ꝛ personarum quasi nix: et quasi lana albi capilli eius: dato quod hodie multi cessores ꝛ iudices sunt contra-

Eccle. 10. b. rie conditionis. Unde dicitur: Uidi stultuꝫ in dignitate sublimi: thronus eius idest autoritas rote circa eum. Uoluentes: id est ministri sui volubiles et apti ad obediendum debent esse igniti/id est feruentes et charitatiui: vel ignei id est rigidi ad malos puniendum/et iustos promouendum: et ideo fluuius igneus rapidus. id est extensio et sententia aspera ꝛ rigorosa a facie eius debent contra ipsos emanare: quia nullum debet timere quin per iustitiam ꝛ rigorem faciat iudicium equitatis. Apostolus. facit ministros

Hebr. 1. c. suos flammam ignis. Hic debet habere plures ministros: quia iudicium non debet fieri nisi coram pluribus assistentibus et consiliarijs. Libri debent esse aperti: quia secundum quod in libro legum et canonũ inuenitur scriptum debent procedere/et filio hominis/id est bonis notabilibusqꝫ personis finaliter debent dare potestatem/gloriam et honorem. Bestiaruꝫ aũt id est ferocium iniquorum ratione carentium debẽt

deut. 25 a. auferre et reprimere potestatem: Deut. Quem iniustũ videris condemnabis: quem vero iustum videris/victorie palmam dabis.

f Aliter. ¶ Uel dic econtrario/quod in throno et in dignitatibus seculi residentes prelati ꝛ iudices sunt hodie in tanta pompa/quod habent milia milium ministrantium et assistentium: sed ipse rote et ministri sui sunt ignei per rapinam et excoriationem: etiam fluuius idest rigor crudelitatis et rapine a facie talium egreditur in subditos vndequaqꝫ. Io-

Iohel. 2. a. hel. Ante faciem eius ignis vorat.

¶ Capitulum octauum textus. Anno tertio regni balthasar regis visio apparuit mihi Moralitatum. Ca. VII

Historia. Cum esset daniel in regiõe helam: vidit se esse super portam vlay. Uidi inquit/et ecce aries vnus habens duo cornua: et vnuꝫ cornu maius alio: qui cornibus suis ventilabat ꝑ omnes mundi partes: et nullus poterat sibi resistere fecitqꝫ ſm voluntatem suaꝫ: et magnificatus est. Uenit hircus caprarum ab occidente: habens cornu insigne ante oculos vndiqꝫ ventilans: et afferatus est in arietem: et comminuit cornua eius: et nullus potest liberare arietem de manu eius: tamen in fine cornu illud magnum fractum est consumptumqꝫ.

Moralitas. ¶ Aries iste significat aliquem religiosum simplicem/et maturum: vel quemcunqꝫ virum bonum et honestum: qui quãdoqꝫ habet duo cornua

id est scientiam vtriusq; testamenti. Uel duo cornua
id est scientiā naturalē/ et affluentiā temporalem. Uel
duo cornua/id est mitram: q: forte est episcopus vel
cornutus: vel duo officia/id est duplicem iurisdictio-
nem id est spiritualem et temporalem quia cornua in
abacuk manu eius. Abacuk. Iste quandoq; fauente fortuna
3.a. magnificatur et crescit per potentiam secularem: in-
G tantum quod nō inuenit sibi resistentem: sed sepe ac-
cidit ꝙ venit hircus/id est vilis et insufficiens perso-
na: que tm̄modo habet vnum cornu/id est vnum offi-
cium: qui pugnat contra ꝓlatum: et preualet con-
abacuk tra eum: et frangit cornua potentie eius: et regnat lo-
1.b. co eius/sic quod nullus potest sibi resistere in vna po
testate. Unde dicitur: Impius preualet aduersus iu-
stum etc. Sed tamen in fine frāgitur cornu eius id est
eius potestas: quia sepe accidit/ꝙ qui fregerunt alio
rum potestates: postq̄ diu regnauerunt et nūdū
bulauerunt: ita ꝙ nullus eis poterit obuiare: finali-
ter confriguntur/et per mortem subitā moriunt. Esa.
Esa.30. Subito dū nō sperat venit cōtritio eius etc. ¶ Uel dic
c. ꝙ hircus fetidus est aliquis luxuriosus et imūdus:
Aliter qui quandoq; habet vnum cornu insigne: scilicet ge-
neris nobilitatem vel seculi dignitatem et potestatē:
et hoc inter oculos: quia scilicet iste pre oculis semper
habet presumptionem et superbiam vel aliquod bo-
num si ipsum habet. Iste igitur pugnat contra arie-
tes cornutos: id est contra predicatores humiles/et
eos conterit: et tamen finaliter ipse perit. ¶ Uel dic ꝙ
aries est predicator/cum cornu duplicis testamenti/
Aliter cui nullus resistit: sed vndiq; circuit predicando: sed
quandoq; venit hircus fetens/id est peccatum luxu-
H rie: quod quandoq; ei preualet: et suam destruit pote-
statem: ¶ Uel dic ꝙ aries est omnes aduocatus cū plu
Aliter ribus cornibus: id est officiis et dignitatibus: qui in
tantum ꝓsperātur in terra/quod per rapinas et ex-
actiones omnes vicinos conturbat: ita quod nullus
potest suis maliciis obuiare: sed in occidente mortis
venit hircus fetidus/id est diabolus: qui circa talis
effrenatur per mortem temporalem. ¶ Uel hircus id
Aliter est mors quam comitatur fetor et horror: eos confrin
git per damnationem eternam: ita quod nullus eis
Treñ.1. amplius suffragatur: quia omnes amici eius spreue-
s. runt eam inter angustias. Et iste hircus scilicet dia-
bolus/habet vnum cornu: scilicet excellentiam nobi-
iob.41. litatis naturalis qua pollet: quia non est potestas su
d. per terram que comparetur ei. Quam habet semper
Eodem per superbiam ante oculos mentis et imaginis sue.
ca.c. ¶ Daniel vidit vnum modicum cornu quod factum
Histo- est magnum: et tūc videns se fortificatum/insurrexit
ria. contra stellas: et deiiciebat eas in terram contra san-
ctuarium dei: et conculcauit illō: et magnificatus est
Mora in fortitudine celi: et prostrata est veritas in terra.
litas. ¶ Tales sunt multi qui primo sunt modici quantum
ad dignitates/prosperitates et diuitias: vt forte quia
sunt de humili plebe et in paruo statu: tandem tamen
fiunt grandes: quia ipsi ditantur et magnificantur:
et tunc ipsi insurgunt contra deum per vitia et pecca-
ta: et stellas et sanctuariū idest dei sanctos perfectos
religiosos: vel sanctuarium idest religionem per ra-
pinas et exactiones destruunt et conculcant: ita quod
A ad litteram per talium fraudes et malicias fortitudo
Esa.59. celi idest ecclesie impugnatur: et veritas opprimitur.
c. Unde Esa. Corruit in plateis veritas etc. ¶ Daniel se
Eodem asserit vidisse hircum qui ventilabat per quatuor par-
ca.b. tes celi: et ꝙ nulla erat bestia que sue posset resistere
voluntati: veruntamē cornu eius insigne quod habe-
bat/ante oculos fractum est: et quatuor loco illi9 sur-
rexerunt. ¶ Istud expone sicut libro de animali-
bus capitulo de angue: vbi agit de hydra: cuius ab-
lato vno capite duo surgebant.

¶ Capitulum decimum Textus: Anno ter-tio regni Cyri regis Persarū vbum reuela-tū est. Moralitatum Ca.VIII.

Uidit daniel: et ecce vir vnus vestitus line-
is: et renes eius accincti auro obrizo: corp9
eius quasi chrysolitus: facies sicut species
fulguris: oculi vt lampas ardens brachia
eius et que deorsum erāt/quasi species eris candēns
et vox sermonū eius quasi vox multitudinis. ¶ Iste Mora-
est vir perfectus/qui vestitus debet esse lineus.i.cādo- litas
re puritatis in conscientia. Renes eius.i.actus et mo
tus renū debet esse cinctus et restrictus fulgore casti-
tatis in apparētia: et cōuersatio debet esse aurea et ho-
nesta/et maxime quo ad renes/id est quo ad actus ve-
neris: corpus eius.i.intentio debet esse chrysolitus
idest preciosa et sancta. Facies eius.i.affectio debet es
se sicut fulgor/per ardorē charitatis. Oculi cordis
sui sicut lampas/ꝑ splendorē discretionis et sublimi- B
tatis. Brachia eius.i.virtus debet esse erea id est so-
nora ꝑ sonorā ꝑdicationē/et per meritorū operatiōes Ma.17
candēs per colorē superne charitatis. Uñ dicit: Ue- a.
stimēta eius alba sicut nix. Sic igit perfectus est line-
us quo ad puritatem aureus quo ad honestatē/chry-
solithus quo ad sanctitatem/fulgureus quo ad cha-
ritatem: lampadeus quo ad scientie claritatē: ereus
quo ad bonorum operum diuturnitatem: quia es est
metallū durabilissimum. Unde de tali viro potest di
ci illud zacha. Ecce vir: oriens nomen eius. zach.6.

¶ Capitulum decimūtertium textus Et erat vir habitās in Babylone: et nomē ei9 Joa-chim. Moralitatum Capitulum.IX. p.

Ingressa ē Susanna pomeriū viri vt illic recre
aretur et lauaret: Emisit aūt puellas: et remā
sit sola: et statim affuerunt duo seniores iniq
qui ipsam voluerunt maculare sed quia non
consensit eis ꝓhibuerunt testimonium adulterii con-
tra ipsam. Que cū duceret ad mortē: affuit Daniel q
probauit eos mēdaces: et sic susannam liberauit/et se-
nes ad suppliciū cōdēnauit. Susanna ē anima. Uir Tropo
eius est christ9. Uiridarium christi est religio. Aqua logia.
que est ibi: est fons deuotionis. Ungentum quod est
ibi est dulcedo consolatiōis. Ancille anime sunt gra-
tie et virtutes. Duo senes sunt mundus et diabolus.
Daniel est prelatus: ꝓsbyter vel sacerdos Accidit igi
tur quod susanna idest anima christiana venit ad vi-
ridarium viri sui christi idest statum sue religionis:
vt ibi recreetur et lauetur: et vt ibi aqua deuotionis
et lachrymarum a cunctis sordibus et vitiis ablua-
tur: et vngento diuinarum gratiarum et consolatio
num spiritualiter inungatur. Sed quandoq; accidit
quod ista a se emittit ancillas: id est virtutes per ali-
qua peccata que committit in religiōe: et sola sine vir
tutibus vult remanere. Unde dicitur: Soror mea re-
liquit me solam ministrare. Et tunc vere insurgunt
statim aduersus eam duo senes scilicet mūdus et dia luce.10.
bolus qui tentāt eam: et volunt quod misceatur cū g.
eis per vitia et peccata: scilicet cum mundo per aua-
riciam et luxuriam: cum diabolo per superbiam: iram

invidiam

et inuidia quia tunc est sola: et non habet adiutori= um gratie dei. Sed quandoque dei auxilio fit/quod ipsa scz anima resistit/et nõ consentit: et tunc isti duo senes/ scz diabolus et mundus/imponunt sibi et procurant quicquid mali possunt/tribulationes et labores. Verũtamen dei iuuamine et opere Danielis/id est cõsi-

ps. 119. a lio sacerdotis/ipse euadit: nec perit manibus corrum=

Aliter. dez. Psal. Ad dominũ cũ tribularer clamaui &c. ¶ Vel dic q pomeriũ est mundus: vbi est uxor Joachim dei patris: que dũ credit mundi voluptatib9 vti/aqua et vngento. i. mundi psperis: emittit ancillas. i. virtu= tes: et sic senes/id est caro et mundus tentant eã: scz caro de luxuria/de superbia demõ: et tunc ipsa est in periculo mortis eterne/nisi clamet ad dominũ p confessio=

Ps. 118. m: nem et orationem: et nisi a Daniel. i. a christo per suam gratiã/liberetur. Psal. Me expectauerũt peccatores

Aliter D &c. ¶ Vel dic q Susanna quia erat sola/fuit in periculo damnationis: et ideo bonum est semper habere ami=

Gen. 2. c cos secum socios bonos: ne ppter solitudinẽ veniant

Aliter. nobis mala. Unde dicit: Non est bonum hominẽ esse solum. ¶ Vel dic q senes sunt iudices moderni: qui si sit aliqua persona in viridario. i. in iurisdictione sua que corã eis habeat negocia: nisi eis sit fauorabilis et nisi eorũ faciat voluntatẽ/eis applaudẽdo vel munera presentando: vere nõ timent sententiare cõtra ipsaz

mat. 7. a Verũtamẽ Daniel. i. christus/in fine ipsos crudeliter

Ca. xxiiij. a. condemnabit. In quo enĩ iudicio iudicaueritis/iudicabimini. ¶ In babylone erat idolum nomine Bel:

historia quod rex et populus colebãt ita q rex infinitã quantitatem ciborũ cõtinue tradebat sacerdotibus Belis: vt ponerent corã Bele: qui fingebant q omnes cibos nocte qualibet deuoraret. Illi autem fecerãt meatus subtus terram: per quos ipsi/vxores et filij ingrediebãtur: qui omnia deuorabant. Daniel autẽ hoc volens pbare/occulte pauimẽtũ cinere superspersit: et sigillo regis ostiuz sigillauit. De nocte autẽ p occultos meatus sacerdotes cum vxoribus et paruulis venerunt: et que posita fuerant comederunt: ita q in cinereo pauimento vestigia virorum/mulierum et paruulorũ appa

Mora= litas. ruerunt: et sic ipsorũ malicie sunt reperte/ita q eos rex et babylonij punierunt/et idolum destruxerunt. ¶ Babylon que interpretatur cõfusio/est mundus plenus

Dan. 7. c confusione. Bel est christus: quia bel interpretat vetu

E stas. Ista autẽ dicitur antiquitus dierũ. Iste autez in templo sancte ecclesie coronatur: et tam a regibus q a ceteris populis adoratur. Quid? Pro certo reges et populi tradunt a principio maximas impẽsas/cibos redditus/possessiones sacerdotibus Bel/id est Christi sacerdotibus et viris ecclesiasticis: vt ipsi Bel/id ẽ Christũ in persona pauperũ p elemosynas et in persona propria p deuotionẽ nutrirent: ipsi vero fingunt et dicũt q Bel omnia deuorat et cõsumit/id est q omnia in diuinis vsibus csumunt. Sed ipsi habẽt occultis meatus/p quos transeunt et introeũt/et vxores eorum et filij/qui bona data ecclesie deuorant et cõsumũt Et ideo sicut Daniel proiecit cinerem in pauimento: sic i. crastino apparuerũt vestigia virox/vxox et puero=

Mora= litas rum: et sic deprehensa est fraus eorum: et sic templum et sacerdotes a rege sunt destructi. ¶ Sic vo charissimi in templo ecclesie apparent tot vestigia istarum cõcubinarum et filiorum eorum: q iam quasi publicum est ita q sacerdotes amodo nõ possunt dicere/q talia bona a Bele deuorãtur/id est in dei vsibus expendãtur quia planũ est q in pomparũ suarum/id est in vxoruz/filiarum et concubinarum vtilitatibus expendant. Et ideo pro certo hodie rex: et populus visis huiusmodi fraudibus/subtrahit ei redditus et impensas quas antiquitus dederunt et templuz ecclesie cum suis sacer= dotibus quantũ possunt/destruũt et subuertũt. Ideo malach 2. b.

dicitur: Vos sacerdotes recessistis de via: et scandali= f

zastis plurimos in lege: irritum fecistis pactuz Leui: Aliter.

propter quod dedi vos contemptibiles omnibus populis et humiles. ¶ Vel q rex est Christus cuius templum ecclesie intrant mulieres/infantes et paruuli/id est persone ignorantes: per vias occultas/id est occulte et simoniace per fauores et dona: et hoc nõ vt ipsi seruiant deo: sed vt ipsi comedant et habeant impensas/ id est temporales diuitias que sunt ibi: modo autem omnia sunt sigillata sigillo regis: qz q diu durat vox huius vite/nos apparet merita personarum: sed quãdo transibit vox huius vite/tunc apparebunt vestigia talium: tunc videbunt mala que modo faciunt/et mo

dos sui ingressus: et tunc a rege christo eternis cruciatibus occidentur. Unde dicitur: Vidi gentes ingres= trem. 1. d.

sas sanctuarium ne intrarent &c.

¶ Moralitatum super Danielem finis.

Moralitatum liber vicesimusquintus super Jonam.

¶ Capitulum primum Textus: Et factum est verbũ domini ad Jonam filiũ amathi.

Moralitatum Capitu. vnicum.



Onas pro- historia

pheta cui dominus preceperat vt iret in niniuen destructionẽ verbis predicare: voluit a facie dñi fugere: et inuenta naui disposuit in tharsis nauigare. Verũtamẽ cũ esset in naui descendit ad profundum B

nauis: et cepit sopore graui dormire: tempestas autez ppter ipm in mari surrexit: qz nauez et nautaz fere submersit: sed nautis ad sortes recurrentibus/ppter quẽ tempestas fieret sciscitantibus/cecidit sors super Jonam. Qui statim a somno euigilat/et cõperta causa in mare proijcitur: et statim tempestas sistitur et sedatur. Dominus autẽ cetuz pparauit: qui Jonã deglutiuit et ipsum triduo in suo ventre viuentem/et deuz orantẽ tenuit: et tandem ad littus maris ipsuz portauit et euomuit. Qui tandem pergens niniuem/mandatum dei

loquitur: et post quadraginta dies submersionez mi= Allego=

natur: que tamẽ pnitentiã faciens liberatur. ¶ Ista ria.

exposuit christ9 allegorice de seipso dicẽs: Sicut Jo= mat. 12. d

nas fuit in ventre ceti tribus diebus et tribus noctib9 sic erit filius hominis in corde terre. Et ideo possum9 dicere/q Jonas qui interpretatur columba/christuz pium/simplicem et columbinum significat: qui pcul= dubio pro predicando in niniuez. i. in mundũ a patre mittitur. Et quia tempestas tribulationis et damnationis aliquo modo cessare nequibat: a nautis. i. a iudeis/de naui. i. de hierusalẽ eijcitur: et i mari. i. in mortis amaritudine damnatur. Dicebant enim iudei il=

lud. Mat. Expedit vt suspendatur mola asinaria in mat. 18. a.

collo eius/et submergatur in mare p populo eius/et non tota gens pereat. Istum igitur cetum piscis im= manis/id est terra voratrix per sepulturam absorbuit

& ibi triduo permansit: sed post triduum per resurrectionem
euomuit: & tandem ciuitas huius mundi per peniten-
gen. 40. tiam saluata extitit. Unde illud Gen. Tres adhuc di-
b es sunt post quos recordabitur Pharao ministerii tui: &
Tropo- restituet te in gradum pristinum. ¶ Vel dic quod Jonas si-
logia. gnificat quosdam discordes & litigiosos, a facie domi-
ni per peccata fugientes: & in tharsis, quod interpre-
tatur explorans gaudium, i. explorationem gaudiorum
iob. 34. c seculi pro viribus nauigantes. Unde Job: Quasi de
industria recesserunt a deo. Qui graui somno peccati
obruti, totam nauem id est religionem, ecclesiam, ciuita-
tem vel patriam vbi degunt, tribulant & turbant: tempe-
statem, dissensionem & extractionem excitant & producunt.
Sicut ad literam videmus in claustris de quibusdam di-
scolis, detractoribus, brigosis & verbosis: qui non cessant
discordiam seminare, & dissensionum & litium causa esse.
pro. 17. b Sicut enim dicitur: Semper iurgia querit malus. Si-
cut videmus de quibusdam malis officialibus & brigo-
sis hominibus: qui quamdiu viuunt, non potest esse pax in
patria: sed semper tribulatio vel tempestas: & ideo semper
necesse est quod sors fortune siue super tales finaliter ca-
dat: & quod ipsos sua iniquitas comprehendat: & quod nau-
te nauis i. prelati vel rectores patrie ipsos de naui, id
est de prosperitate & statu deiiciant & deponant in mare
id est tribulationum amaritudinem eos ponant: & deuo-
randos ceto, id est demonibus vel malis hominibus
& austeris commissariis & balliuis eos tradant: qui sci-
licet eos ad littus aridum, id est ad paupertatis statum euomant
& deducant. Ista quotidie videmus de istis malis ho-
minibus mundum tribulantibus, & in mundi prospe-
A ritate dormientibus: qui finaliter deponuntur, & in mare
tribulationum ponuntur: & ceto, id est duris commis-
sariis examinandi traduntur: a quibus ad littus pauperta-
pro. 22. b tis postea euomuntur. De istis igitur dicitur. Eiice de-
risorem, & exibit cum eo iurgium: cessabuntque cause & con-
Aliter. tumelie. ¶ Vel dic quod iste dormiens est peccator, deli-
ciis & prosperitate gaudens, & in alios tempestates tri-
bulationum excitans: qui finaliter in mare, id est in ama-
ritudinem tribulationum proiicitur & mundi pericula:
ibi a ceto, id est a diabolo vel inferno voratur: & in ven-
tre eius iterum reuomendus, id est resurrecturus ser-
uatur. ¶ Predicante Jona et subuersionem vrbis
Ca. iii. c. minante: venit verbum ad regem Niniue. Qui surgens
historia de solio suo, abiecit vestimenta sua: & indutus est sacco
& sedit in cinere: & precepit quod homines & iumenta saccis
induerent: & non comederent nec biberent: sed omnes
vnanimiter ieiunarent: & omnes in fortitudine ad de-
um clamarent. Quod videns dominus, ciuitati illi pe-
Mora- percit: & ipsam non subuertit. ¶ Sic vere nullus est ita magnus
litas. rex aut dominus: quin debet verba predicatorum timere ad con-
tra verba solum per humilitatem descendere: saccum penitentie indue-
re & in cinere: id est in mortis meditatione manere: &
ad ieiunandum, i. penitentiam faciendum homines & iu-
menta inducere vel monere. ¶ Quod si fecerint: a dam-
nationis periculo se poterunt liberare: alias enim ne-
cesse est eis tribulationibus corporis & cordis subiace-
Lu. 13. a re. Unde Lu. Nisi penitentiam egeritis: omnes simul
eodem ca. peribitis. ¶ Hic habetis quod super caput Jone subito
B orta fuit hedera: quam desiccauit subito ventus vrens
Mora- &c. ¶ Mundi prosperitatem intellige per hederam: que
litas. si subito orta fuerit: vt communiter necesse est vt recedat
pro. 13. b Unde in Prouer. Substantia festinata minuetur: que
autem paulatim colligitur manu: multiplicatur. Uide de
hedera capitulo suo, libro. xii. & expone ibi.
¶ Moralitatum super Jonam prophetam finis.

Moralitatum liber vicesimussextus: super zachariam prophetam.

¶ Capitulum primum Textus: In mense octauo in anno secundo Darii regis: factum est verbum domini ad zachariam. Moralitatum Capitulum. I.



Zacharias vidit qua- historia
tuor cornua: & dictum est sibi: quod illa
erant que ventilauerant Judam: Isra-
el & Hierusalem: & post vidit quatuor fa-
bros, & responsum est sibi quod illi erant fabri qui venerant Mora-
cornua supradicta deterrere. ¶ Ista signa potes gene- litas.
raliter applicare: quod non est dare tam durum seu crude-
lem tyrannum: quin quandoque inueniat duriorem. Qua-
tuor enim cornua duros & elatos peccatores significant
qui in quatuor mundi partibus manent: quia reuera C
iudam: id est deum confitentem: israel: id est deum con-
templantem: hierusalem: id est pacifice conuersantes:
tribulationes ferunt: sed dominus contra tales fa-
bros preparat: quando alios bonos iudices: vel alios
fortiores tyrannos ad confringendum istorum elatio-
nem & proteruiam procurat. Et pro certo quotidie vi-
demus: quod tyranni: officiales & vsurarii: postquam bonos
diu ventilauerunt solent inuenire fabros domini: id
est aliquos alios commissarios: qui ipsos & eorum super-
bum statum confundunt. Unde dicitur: Ex celso alius Ec. 5. b.
excelsior est: & in his quoque alii eminentiores sunt. ¶ Vel Aliter.
dic quod quatuor cornua sunt quatuor male affectiones
scilicet gaudium inaniter exhilarans: dolor male affligens
timor male humilians: & spes male presumens. Ista sunt
cornua que male in animam ventilant iudam: id est con-
fessionem: israel id est contemplationem: hierusalem:
id est concordiam & pacis vnionem: & ideo quatuor fa-
bri, i. quatuor virtutes cardinales sunt ad ista cornua
conterenda necessarie: & ad malas affectiones quadru- Ec. 33. b.
plices moderandas. Unde Eccli: Contra malum bo- Aliter.
num est. ¶ Vel dic quod quatuor cornua sunt quatuor spe-
cies elationis & superbie: scilicet elatio propter eminentias
propter diuitias: propter proprias virtutes: propter
mundi fauores: & fame varias opiniones. Sed quatu-
or fabri, i. quatuor sensus humilitatis: ista quatuor
cornua conterunt: quia quatuor species humilitatis D
que sunt: spernere nullum: spernere mundum: spernere sese
spernere se sperni: ista quatuor superbiam tollunt. Ps. Ps. 74. b
Cornua peccatorum conterentur &c.

¶ Capitulum quartum textus: Et reuersus est angelus qui loquebatur in me: & suscitauit me: Moralitatum Capitulum. II

Uidit zacharias vnum candelabrum aureum
totum: quod habebat lampadem cum septem
lucernis: & septem olei infusores Juxta quod
duas oliuas vidit: quarum vna ad sinistram
lampadis stabat: ad dexteram alia. ¶ Candelabrum Mora-
in ecclesia est quicunque iustus plenus sapientia: & qui- litas.
cunque alios illuminat doctrina: qui totus debet esse
aureus, i. sanctus: non solum intus in conscientia: imo
exterius in apparentia. Unde: Deaurauit eam intrinsecus & Pa. 3. a
auro mun-

auro mundissimo. Iste igitur debet habere lampadē spūssancti cū septē lucernis/id est cū septem donis: et duas oliuas/id est duas species misericordie spūalis et temporalis: cum suis infusorijs. i. cū suis septē operibus pijs. (Anagogia.) ❡ Uel dic q candelabrū illuminās ecclesiā est spūssanctus: cuius lampas/odor et charitas septē lucernas/id est septē dona cōtinet: quod septem fusoria. i. septem misericordie opera/oleum elemosynarum et pietatis infundentiā secū habet: et quod super duas oliuas. i. super duas species virorū misericordiū/scʒ istos qui tēporaliter et spiritualiter pietatē faciunt/visitat et cōfortat: quia misericordia temporalis que cōsistit in alios pascēdo/hospitando/sepeliendo: et misericordia spūalis/que ɔsistit in alios corrigendo/docēdo et consolando/et eis remittendo/et pro eis orando: (C) lampadi. i. spūisancto vel charitati vicine sunt/et ab ipsis proueniūt: vt de istis duobus generibus misericordium dicatur illud zacha. Isti sunt duo filij olei splendoris/qui assistunt dominatori vniuerse terre. (Zach. 4. b.)

❡ Capitulum quintum Textus: Et cōuersus sum: et leuaui oculos meos: et vidi: et ecce volumen volans. Moralita. Cap. III

(historia) Uidit zacharias volumen/cuius longitudo erat viginti cubitorū/latitudo decē: in quo maledictio contra fures et periuros cōtinebatur. (Moralitas) ❡ Talis est sacra scriptura: quia ista est volumen inuolutum/a paradiso volitans et allatū cuius lōgitudo est fides: que in viginti cubitis/id est in viginti particulis distincta consistit: inquantū septem sacramenta/septem virtutes/et sex opa misericordie continent: latitudo decem mandata legis tenet: in quibus fur et periurus maledicitur: et ad mortē ppetuam ɔdemnatur. (Eo. ca. c) ❡ Duas vidit zacharias mulieres que habebāt alas quasi miluus: et spiritus erat in alis eorum: que vnam amphoram inter celum et terrā leuabant: et eam vt edificaret ei locus in terra Sennaar deferebant: in medio amphore quasi mulier que dicebatur impietas continebat: et massa plumbea os amphore claudebat. Ipsa vō amphora egrediens: et aliorum oculis vocabat. Hec est inquit oculus eorū/vniuersa terra. (Tropologia.) ❡ Per istam amphoram profundā potest intelligi vsurarius vel auarus: qui scʒ p auariciam est insatiabilis et capax: per maliciam est profundus/in qua ista mulier que est impietas continet: et in ipsius animo massa plumbea/id est cum pondere male ɔsuetudinis continet. Impietas enim. i. crudelitas: in amphora/id est in corde vsurarij vel auari sedet: et ibi sicut in hospitio suo manet: sicut videm9 de vsurarijs/quorum voluntas caret pietate et quorū ɔscientia est plena omnimoda crudelitate. (Mal. 1. b.) Malach. Uocabūtur termini impietatis et populus &c. Patet etiam q massa plumbea. i. pondus male consuetudinis impietatē in istorum cōscientia taliter detinet/q in ipsam contrahere verbo vel verbere nullus valet. Satis enī potest deus vel prelatus pcutere vel pdicator vrgere: qr iniquitatem sue peruerse conscientie nunq ab istis poterit amouere. (Esa. 9. b) Unde Esa. Succensa est quasi ignis impietas. Ista amphora dicit egrediens inter celū et terram: pondus dicitur oculus terrarū dirigens. Dicitur ad terrā Sennaar: quod interpretatur fetor finaliter tendens: et sicut visum est/dicitur impietatē continēs qr procul dubio auarus a dei gratia et amicitia egreditur inter celum et terram. i. inter alta et infima/per status sui instabilitatem et inconstantiā suspendit: eecor secularium lux et oculus/rector et director creditur impietate replebitur: et finaliter in terram fetorum inferni defertur: vbi locus taliū finaliter ordinatur. Hiere. In tophet sepelient: eo q nō sit alius locus ad sepeliēdum. (Hie. 19. c) Sed iste due mulieres istam amphoram de terra erigunt: et eam in terra sennaar deducūt: qr due mulieres. i. duo mollia vitia/scʒ carnalis parentum affectio/et terrenorum ambitio improbantur: quibus scʒ (G) annexe sunt ale milui. i. quedam pigritia et superbia et elatio/et in istis alis virtutis psumptio. Istā amphoram/scʒ auarū et peccatorem per inanem spem erigunt ita q eum semper velle sursū ad celū. i. ad celsitudinē status ascendere faciunt: et tamen constat q inter celū et terram remanet: quia nunq attingit ad celsitudinē quam optat: quinimmo semper solet in pendulo manere: et nullam status certitudinem obtinere: qr non sufficit istis status inferior quem relinquūt. Celū aūt. i. statū altiorem non possunt attingere quē exposcūt et sic inter celum et terram. i. in incertitudine status remanent: qr ad illud quod desyderant/attingere non valent. Unde Ezech. Eleuauit me spūs: et statuit me inter celum et terram: (Eze. 8. b) spūs dico elationis. Iste igit mulieres. i. affectus carnales et auaritia istam amphorā. i. peccatorem/in terra sennaar. i. in cāpum fetoris/scʒ in infernum portant: vbi locum perpetue mansionis sibi preparant. Ezech. Fili hominis/due mulieres fuerunt filie matris vnius. (Eze. 23. a) ❡ Uel dic q due mulieres q (Aliter.) peccatorem in inferno portant/sunt mundus et caro/vxor et diabolus/vel carnalis voluptas/vel spes penitentie finalis/et timor afflictionis. Ille male mulieres que alas superbie possident/et spiritum male affectionis habent: et ideo amphoram/id est peccatorem in infernum deferunt. Unde si vis/supra de elephante capitulo vltimo.

❡ Capitulum sextum textus: Et cōuersus sum: et leuaui oculos meos et vidi. Moralitatum Capitulum. IIII.

(historia) Zacharias vidit quatuor quadrigas egredientes de medio duorū montium ereorū quarū prima habebat equos rufos: secūda nigros: tertia albos: quarta fortes et varios. (Tropologia.) ❡ Dic si vis/q iste quatuor quadrige/sunt quatuor virtutes cardinales: scʒ fortitudo/tēperantia/iustitia et prudentia. Iste sunt quadrige dñi/ad quas debemus esse ligati: et iugo discipline et obedientie subiugati. ❡ Iste enim a duobus montibus ereis/id est a duabus anime potentijs perpetuis et solidis/scʒ intellectu et affectu oriuntur: et ab ipsis naturaliter producunt: que quadrige quatuor habent species equorum: scʒ hominū sibi famulantiū: quia fortitudo habet equos rufos: id est martyres pprio sanguine rubricatos. Temperantia habet nigros: scʒ cōfessores p squalorē penitētie offuscatos. Prudētia habet albos: id est doctores lumine scientie dealbatos. Iustitia habet varios. i. bonos prelatos et principes: nūc ad promouendū: nūc ad puniendū equitate pui a variatos. Isti sunt igitur equi dñi: id est viri sancti: q quadrigas virtutū cardinalium traxerūt: id est ipsis mediātibus merces meritorū portauerūt: et in seipsis vexerūt. Uñ Abac. Quis ascendet super equos tuos? et quadrige tue saluatio. (abac. 3. b.) ❡ Uel dic q quadrige quatuor cum equis suis: sunt quatuor status et conditiones: (Aliter.) scʒ niger: qualis est status monachorū nigrorū augustinorū. Rufi: qualis est minorū: cisterciensium.

Albi/qualis est carmelitarum. Varij/qualis est secu-
larium clericorum ⁊ laicorũ: qui determinatum habi
Aliter. tum nõ habent. ¶ Uel dic ꝙ equi sunt viri iusti: quo-
rum quidã sunt rufi ꝑ charitatem/nigri ꝑ humilita-
ps.44.c. tem/albi ꝑ innocẽtiã ⁊ castitatẽ/varij ꝑ honestatẽ. Ps.
Circũamicta varietate. ¶ Uel dic ecõtra/ꝙ equi dia-
Aliter. boli sunt peccatores. Esa. Equi eorũ caro/⁊ nõ spiritꝰ:
Esa.31.b ⁊ istorũ quidã sunt rufi ꝑ maliciã: quidam nigri ꝑ in-
famiam: quidã albi ꝑ hypocrisim: quidam varij ꝑ du
plicitatem ⁊ inconstantiam.
¶ Moralitatum super zachariam ꝓphetam finis.

Moralitatum liber vicesimusseptimus libri primi Machabeorũ.

¶ Capitulum primum textus: Et factum est postq̃ percussit alexander philippi macedo. Moralitatũ Capitulum. I

historia 

Lexãder rex macedonũ multos reges et principes debellauerat: munitiones eorum confregerat: spolia multitudinis gentiũ acceperat: ⁊ in manu forti regnauerat super terram. Et factũ est ꝙ moreret: ⁊ regnauerunt pueri eius/vnusquisq̃ in regno suo: ⁊ imposuerunt sibi diademata: ⁊ multiplicata sunt mala in terra. ¶ Sic de

Moralitas. B dico ꝙ alexander/qui interpretatur auferens angustias tenebrarũ. i. bonus ꝓlatus: qui tenebras angustie ⁊ ignorãtie ꝑ sapientiã scit auferre: angustias subditorum ꝑ dulcedinẽ ⁊ clementiã scit lenire: q̃diu regnat in eccl'ia vel patria ita fortiter ⁊ prospere/ꝙ malos tyrannos fortes suppeditat: munitiones. i. malas cogitationes eorũ dissipat: spolia scientiarũ ⁊ diuitiarũ vndeq̃ augmentat. Sed sepe fit ꝙ ipso mortuo/in regno eius vel eccl'ia diuisiões solent fieri: ita ꝙ de pueris suis. i. subditis quilibet vult regnare et diadema iurisdictionis capere: ita ꝙ sine rege ⁊ regimine vagantes/q̃libet ambitiose cupit imperare: vel saltẽ sine iugo sicut rex viuere ⁊ manere. Unde dicit: In diebus illis rex nõ erat in israel: sed vnusquisq̃ hoc qđ volebat

Judicũ 18.g.

faciebat. Ista enĩ in ecclesijs vel cõuentibꝰ post mortẽ ꝓlati videntur: q̃ quilibet imponit sibi diadema/inq̃tũ ꝓlati fieri ꝓsumunt ⁊ imaginãt: ⁊ quilibet in loco suo regnat inq̃tũ vagabũdi fiũt/⁊ obedire maioribꝰ dedignant: ⁊ sic mala multiplicant in terra: q̃ ꝑ mortem boni ꝓlati/⁊ ꝑ dissentionẽ eligentiũ/ꝑ insolentiã ꝓsumẽtiũ subditorũ fiunt in eccl'ia multa mala. Sicut dicit: Ubi nõ est gubernator/ppl's corruet. ¶ Factũ est ꝙ

pro.11.b Ec.ca.b historia

Antiochꝰ radix peccati imponeret sibi duo diademata: vt regnaret super Asiã ⁊ egyptũ: nõ sufficiebat sibi regnũ Asie ⁊ grecie possidere/nisi etiã studeret alienũ regnũ scz egypti/per violentiã vsurpare. Cũ igitur ꝓualuisset cõtra Ptolemeũ regẽ egypti/⁊ spolia q̃plurima cõgregasset: apposuit etiã filios israel impugnare. Intrauit igit sanctificationẽ in supbia: et accepit altare aureũ/mẽsam ⁊ candelabrũ/phialas/mortariola aurea/velum: cortinas: ⁊ ornamentũ aureũ qđ erat

C

in facie tẽpli: ⁊ accepit aurũ: argentũ: vasa cõcupiscibilia: thesauros occultos de domo dñi: ⁊ comminuit omnia: ⁊ sublatis omnibus in terrã suam rediit: ⁊ hierusalẽ tristem ⁊ desolatã dimisit. Causa aũt quare ista mala filijs israel deus permiserit ꝓuenire: redditur ibidẽ: q̃ in diebus illis exierãt ex israel filij iniqui: qui a testamẽto dei recesserant: ⁊ testamentũ cũ gẽtibꝰ disposuerãt gymnasiũ ſm modũ gentiliũ in hierusalem contraxerũt preputia sibi fecerunt: ⁊ nationibus se iunxerunt: ⁊ venũdati sunt vt facerẽt mala. Et accedẽtes ad regẽ potestatẽ faciendi iustitiã impetrauerũt. Quibus deꝰ indignatus: ipsam ciuitatẽ hierusalẽ in manu Antiochi reddidit: qui templũ ⁊ ciuitatẽ: vt dictũ est expo-

B te agitur/ non debet tribulationes metuere/nec iter
suū ad fidei ꝛ predicationis opera dimittere: ſꝫ p no
mine dñi vinculis/mortiqꝫ ꝛ laborib⁹ si fuerit necesse
se donare: dicens dño illud qđ dicit Lu. Paratus sū
Lu.22.d tecū in mortē ꝛ carcerē ire. Et alibi: Si oportuerit me
mar.26.d. mori tecū ꝛc. ¶ Consequēter hic ꝛ in ca. xxij. ꝛ. xxiij. fit
Eo. ca. c mētio/quō paulus in seditione fuit captus/et a tri
buno ereptus/tortoribus tradit⁹. sed se romanū di
cens a torsionibus dimissus. Tandē in iudicio mul
tipliciter accusatus/a iudeis p summū sacerdotem p
cuti iussus: ita ꝙ idē princeps sacerdotū a paulo exti
tit maledictus: Percutiet te deus paries dealbate
Tu sedens ſꝫ legē/contra legē iubes me percuti. Sed
hec oīa trāseo: excepto hoc ꝙ cū ipsum torquere vel
lēt/romanū se ciuē allegauit. Cuius sīle supra fecerat
act.16.c vbi propter phitonissam liberatam in carcerem mis
Moralitas. sus fuit. ¶ Hoc allega/ quod nō est malum viro dei
qñqꝫ bonis temporalibus/priuilegijs ꝛ auxilijs dei
onus vel penitentiam faceret vbi propter dei timo
rem non parcit: saltem timore vel amore hominū ali
C.xxiij.b qualiter faueat. ¶ Illud aūt hic consequēter infero
historia ꝙ cū iudei tā pharisei ꝙ saducei/qui erāt secte diuer
se: qꝛ pharisei resurrectionē futurā credebant: ange
los ꝛ animas post mortem viuere asserebant: saducei
vero negabant: sil' cōtra paulū conuenissent: ꝛ ipsū cō
tra mortē: peterent: caute cepit clamare ꝛ dicere co
ram eis: Uiri fratres/ꝛ ego phariseus sum filius pha
riseorū: et de spe ꝛ resurrectione futurorū ego iudicor
A Quo audientes pharisei/statim a saduceis diuisi sunt
ita quod inter se contendere ꝛ disputare ceperunt: et
Moralitas. ita pharisei qui contra Paulum acerbius seuierunt
pro ipso pugnare ceperunt. ¶ Illud potest allegari/
quod si quis plures aduersarios contra se confede
ratos habeat: summa prudentia est/si eorum fedus ꝛ
concordiam ad inuicem aliquo articulo dirumpat:
vt ipsos per partes diuisos facilius superet ꝛ euadat
C.xxiij.d ¶ Illud etiam quod sequit scilicet quodquadragin
historia ta viri venerunt ad principes sacerdotum dicentes il
lis: Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos do
nec occidamus Paulum. Et ideo ordinauerunt in
ter se/quod iterum ad iudicium corā tribuno voca
retur: vt dum veniret ad locum/interficeretur ab eis:
Moralitas quod tamen deo nolente fuit aliter ordinatū. ¶ Hoc
potest allegari/quod hodie multi sunt homines ini
qui/qui se reputant deuote ꝛ sancte agere/quādo san
ctos viros possunt occidere. Sicut ad litteram vide
mus de multis malis secularibus: qui recte se repu
tant bonos: qñ religiosis et clericis possunt nocere.
Jo.16.a Uñ sic videtur illud: Ueniet inquit dies in quo om
nis qui interficit vos/arbitretur se obsequiū prestare

¶ Capitulū vicesimūsextū Textus: Agrippa vero ad paulū ait: permittitur tibi loqui pro temetipso. Mora. Capi. XVII

historia Dominus disposuerat ꝙ paulus romā iret: ꝛ
act.23.c. ibi nomē dñi predicaret. Unde supra dixit
B sibi: Constans esto Paule: sicut de me testi
ficatus es in hierusalē/ita Rome oportet te
testificari. Ueruntamen per quot vias/modos ꝛ cau
sas romā peruenit/infra patet. Fuit enim de hierusa
lem in cesaream ductus/ꝛ ibi coram felice accusatus:
tandē ab eo dimissus/et per bienniū relaxatus: post
ea iterū vinctus et festo successori traditus est: et ab
eo volente grām prestare iudeis/vt reduceret in hie
rusalē iudicatus. Tūc vero Paulus cesarē appella
uit: ꝛ sic missus ad cesarē/romam venit: coiā quo no
mē dñi predicauit: ꝛ multum pplm dño collegit: vbi
postea mortē p dño tolerauit. ¶ Ista allega/quō de⁹ Moralitas.
per multas vias solet effectus suos pducere: quō et
qñ decreuit aliquid fieri: dato ꝙ multa interualla fi
ant/ita ꝙ negociū ex toto videt sopitū finaliter tamē
solet suscitare: et occasione accepta pcurat quod de
creuerat euenire. Habet em̄ dñs in omni negocio qđ
decreuerit/modos causas/ordinationē tēpus horam
et regulā ordinatā: que oīa quādoqꝫ suspēdit: et post
qñ tempus fuerit negocium quod decreuerat: intro
ducit/Unde Eccls. Omni negocio tempus est ꝛc. Ec.8.a.

¶ Capitulum vicesimūseptimum Textus Ut autem iudicatū est nauigare eos in italiam. Morali. Capi. XVIII

Cum paulus cum multis nauigando de ter
ra promissionis in italiam duceretur: factuꝫ
est quod post multos maris impetus: na
uis vbi erat bitalassum idest profundum/te
nacem et bituminosuꝫ īpegit: ita ꝙ pro stabat īmobi
lis: et puppis soluebat vi maris. Armamētis igitur
nauis in mare piectis: ꝛ neqꝫ sole neqꝫ sideribus post
multos dies apparētib⁹: sed tempestate nō exigua im
minēte: ablata erat oīs spes ꝛ fiducia singulorū. Uerū C
tamē deus salutē animarū Paulo cōcessit: ita ꝙ null⁹
ibidē perijt aut defecit: naufragātesqꝫ Paulus alloq
tur: ꝛ ad sumendum panem incitat ꝛ hortat. Saciati
igit cibo: nauim alleuiabāt: ꝛ frumenta in mare iacta
bāt. Tādē vō fracta naui: aliq natādo ad litus vene
rūt: alij sup tabulas applicuerūt: ꝛ sic oēs piculū euase
runt. ¶ Nauis ista est anima: que scꝫ inferius ad terre
na dꝫ esse clausa/superius ad celestia apta/interius p Tropologia.
humilitatem concaua/p charitatem lata/per pseuerā
tiam larga/in principio ꝛ in fine p abstinentiā ꝛ tēpe
rantiaꝫ ꝛ cōtinentiā stricta. Prouer. facta est quasi na pro.31.b
uis institoris de longe portās panē suū. Habet etiam
ista nauis duas principales ptes. s. prorā/q̄ significat
amorē: puppim/q̄ significat timorē. Habet em̄ ista na
uis armamēta. s. vtutes ꝛ sciās: portat etiā qñqꝫ frumē
ta. i. terrenas possessiones/ꝛ diuitias. Ista igit est ve
ritas/ꝙ qñ Paulus. i. humanus anim⁹ vel hō tentat
nauigare de terra pmissionis/de statu gratie in italiā
q̄ interpretat excessus in mūdū: vbi faciliter excedim⁹
p petm̄: ꝛ ppter hoc mari. i. mūdi fluctibus ꝛ amari
tudinib⁹ aīe sue nauem exponit/qñqꝫ cōtingit ꝙ tem
pestas tribulationū sibi nascat: lux vō solis ꝛ siderū. i.
dei gratia ꝛ sctōrum/vel doctrina bonorū predicatorū sap.17.b
eidē penit⁹ denegat. Uñ dicit: Ignis quidē nulla vis D
poterat eis lucere: nec siderū limpide flamme illumi
nare poterāt illā noctē horridā. Ita ꝙ prora prima
pars nauis anime. s. amor ipsius in bitalassuꝫ/que est
terra tenacissima. i. in mūdi bonis terrenis p affectio
num tenacitatē impingit/vbi p auaricias arescat ꝛ fi
stit. Puppis vō. i. timor: impetu maris. i. tribulatiōi
bus soluit: ꝛ sic diuersa peccata nauis anime dissipat
armamēta vtutū perdunt: ꝛ paulus cum pplo suo. i.
ratio cū cordis affectibus periculis exponit. Uerūta
men qñqꝫ cōtingit/ꝙ post illā fractionē. i. post anime
petm̄ aliqui p mare penitentie nauigātes: ꝛ aliqui ta
bulis diuine misericordie se cōmittētes: saluant: ꝛ ad

portum salutis & gře deducunt. Quod potissime contingit/qn cibo diuine lectionis sunt refecti/ frumēta. idest dona mūdi: in mari.i.ad amaros pauperes p eles mosynas pyciunt: & nauē maris a terrenis exonerant
ma. 8.c atqz p terrenorū contemptū alleuiāt et extollūt. Vñ
Allegoria. Ma. Nauicula in mari magnis iactabat fluctib9 &c.
¶ Vł dic q nauis significat ecclesiā: cuius prīa pars prelatos & superiores designat: vltima vero pars subditos & seculares significat. Igitur ista prima pars ecclesie.s.plati/ qn ex toto impingit in bitalassuz.i. in amorē & auariciā terrenorū: necessario fit vt pars posterior.i. ppl's subditorū malorū/illorū exēplo soluat: & q propter istorum auariciā/terreni & penitus adherētē. & de spūalibus & eternis minime curantem tota nauis ecclesie tentationum & tribulationum fluctib9 dissipet: tempestates eīm viciorum insurgunt: armamenta virtutum proijciunt: & perijt lux solis et sydere idest exempla sanctorū deficiunt: & sic qui sunt in hac
E naui/ dānationis pičulū pertimescere satis possunt. Unde Ambro. in sermone de confessoribus nauigantibus: vbi per hoc mare magnū valde pertimescendū est/ne nauē nostrā fluctus voluptatis absorbeat: aut in eternā dānationis predā pirata crudelis abducat Qui igit saluari vult: debet se in mare.i.in amaritudinem penitētie mittere: tabule diuine misericordie se cōmittere: frumēta.i.bona mūdi pijcere: & ad portum salutis qui christus est/per bona opa natitare. Unde Joan. Tunica succinxit se: & misit se in mare.
ioā.21.b ¶ Vel dic q paulo anime dant ne pereāt: in quo no-
Aliter tat q qñqz societas & oratio vnius boni/causa est salutis multorū. Anime aūt & non nauis saluant: qr ocus de perditione temporaliū nō tristat: Itaqz in hoc notari potest/ q apud deū anime corpib9/ & spūalia tē-
Aliter. poralib9 pferunt. ¶ Vel dic q per nauim pauli intelligit eccl'a quā ipse cōuertit.s.asia minor: que est turchia cū dib9 suis prouincijs: & grecia & cōiter tota ecclesia orientalis: quia ista pauli nauis perijt/ in q̄tum illa ecclesia per schismata & hereses oberrauit.

¶ Capitulum vicesimūoctauum Textus. Et cum euasissemus tūc cognouimus quia mytelene. Mora. Capi. XIX.

historia Cum paulus euasisset de naufragio/pro calefaciendo se pyrā sarmentorū pgereret contigit q vipera vi caloris commota manū pauli arriperet et morsu manu inferius depēderet: quod vidētes viri insule/ipsuz homicidā dicebāt Unqz (inquiūt) homicida est homo ille: qui cū a mari euaserit/vltio diuina non finet eum viuere. ipsum in tumorē conuertendum/ et subito moriturū credebant: sed videntes q excussa bestia in ignē nil omnino nocuit/ipsum deū esse ferebāt. ¶ Ista allega contra vanā & mutabilē opinionē quorūdā fatuorū/ qui nescientes dei iudicia/qñ vident aliquod infortuniū alicui accidere: & serpentes.i.demones vel tyrannos ipsum atrociter inuadere: statim solēt eū homicidā vel malū hominē estimare et per eternā damnationē perire: et vt mori debeat expectare eū qñqz tñ vidēt cōtrariū accidere: et lesionem nullā subsequi: sz post tribulationē huiōi pacē & solatiū sibi esse. Tob. Post tem-
Tropologia.
iob.13 d pestatem trāquilliū facit et ecōuerso: qñ vident sibi psperā succedere et nullā lesionē serpentiū.i.nullā tribulationē maiorū leurrere solēt statim eū deum et iustū hoīem iudicare: cū tñ sepe cōtigat/vt bonis mala/ et malis bona soleāt puenire: ita q tēpales casus q accidunt/siue boni siue mali/bonitatē vel maliciā hoīs
nō possint declarare: sicut ostensuz est Luce.xiij. vide Aliter
ibi. ¶ Vel dic q cum homo euasit naufragiū dānationis eterne mundi nauē fractā excūdo: et ad littus religionis per penitentiam se trāsferendo: sepe cōtingit q dum per aliquā recreationē tempalē se calefacere nititur: serpentes.i.detractores cōtra eū insurgunt qui manū.i.opera ipsius mordēt: & eū (si possent) inuenenāt/ & diffamāt: sicqz fit q vbi ad trāquillitatē portus religionis crediderat venisse/detractorum rabies
ipm fortius ledat. Uerūtñ talis paulus.i. hō iustus/ G
debet tales serpentes in ignē sue inuidie excutere: et sic de eorū detractionibus non curare: & si ipsos excusserit/& non curauerit: ipsum nequibūt ledere vel nocere: ita q alij suā perfectionē videntes/ipm deum & iustum hominē poterunt estimare. Mat. vere fili9 dei
erat iste. ¶ Vel dic q in littore religionis solēt demo ma.27.f
nes serpentini illos acrius per temptationes mordere/ Aliter
quos vidēt de naui mūdi maris periculū euasisse: et de mūdo ad religionis ac penitētie littora transfugisse. ¶ Vel dic q qñ paulus.i.bonus platus aliquē ser Aliter
pentem.i.aliquem maluz subditū in ignē tribulationis per correctionē mittit/statim cōtra eū si pōt insur- eccl's.10
git/et eū diffamat & pūgit. Ec dicit: Qui dissipat se- b.
pē mordebit eum coluber: qr qñ platus nititur in malis subditis sepem malarum excusationū/ spinarum viciorū per correctionem destruere: talis coluber solet eum inuadere. Quod videns prelatus ipsuz debet in istum ignē fortiter excutere: & ad subeundū correctionē acrius compellere: & a tali morsu.i. rebellione cōpescere & arcere. Ps. In ignē deijcies eos: in miserijs Ps.139
non subsistent. c.

¶ Moralitatū Actuum Apl'orum finis.

Liber tricesimusquartus

h

Moralitatū super Apocalypsim.

¶ Capitulū primum Textus: Apocalypsis iesu christi quā dedit illi deus palā facere seruis suis. Moralitatū Caplm. I.



Joannes in insula que dicit pathmos: que adhuc est pe ephesū in asia minori/q nūc dicit turchia: Uidit rapt9 in spiritu septē cādelabra aurea In quorū medio similis erat filio hominis vestit9 podere: precinctus ad mamillas zona aurea: caput eius & pilli cādidi tanq̄ lac alba/ & tāq̄ nix: oculi ei9 sicut flāma ignis: pedes simi les auricalco in camino ardēti: vox eius sicut vox aqrum multarū: & in dextera eius septē stelle: & ex ore eius exiuit gladi9 bis acutus: & facies ei9 lucebat sicut sol in ṽtute sua: q dicebat omnib9 p hec verba: Ego sum prim9 & nouissimus: fui mortuus/& ecce sum viuēs in se cula seculorū. ¶ Moralr ista insula est eccl'ia: q a mari.i.a maris tribulationib9 velut insula circumit. Ista dicit pathmos i.seperatio hostiū vel palpantiū: qr ex inde debēt separari hostes.i.detractores: palpantes.i. adulatores. Ille vir mirabilis q vbi videt/est vir iust9 & pfect9/vel plat9: q p certo ipsi filio hoīs similis dicit p eo q christo filio ṽginis p bona opa cōformat. Vñ

historia

Moralitas

Esa. Si-

esaie.14 o. Esa. Similis ero altissimo. Septem cādelabra signi
ficant vniuersitatem bonorū ⁊ honestarū personarū
B q per septē vniuersitas (teste Grego.) designatur. Et
isti dicunt aurei quantū ad valorē sctitatis: ⁊ q̄tū ad
splēdorē sciētie ⁊ sagacitatis/apparētie ⁊ honestatis
q pro certo in medio istorū .i. in societate perfectorū dꝫ
iste prelatus ⁊ perfectus ambulare ⁊ viuere. Et q san
cta bona societas/honesta ⁊ discreta/maxime ad pre
ps.17.d. latos religiosos ⁊ alios viros perfectos noscit ꝑtine
eccli.27. re: q cū sctō sanctus eris. In medio inq̄t cādelabroꝝ
b aureorū. Unde in medio cogitantiū legē dei assidu⁹
esto. Iste igit circa mamillas .i. in pectore ⁊ in corde
debet habere zonā aureā .i. ruborem feruide charita
tis. Caput eius .i. intentio debet esse ad modū niuis
albe vt lana/p candorē innocentie ⁊ puritatis/⁊ per
molliciē lanee simplicitatis. Debet habere vestimen
tum poderis .i. decorem exterioris honestatis. Oculi
intellectus sui debent esse ignei/per splēdorem discre
Apo.10 a tionis ⁊ veritatis. Pedes eius .i. affectiones debent
esse ignei/⁊ sonare per clamorē feruidē charitatis/ora
tionis/desyderij/⁊ spiritualis cupiditatis. Apoc. Pe
des eius sicut colūna ignis. Vox ei⁹ dꝫ esse sonora ꝑ
clamorē ꝑdicationis/⁊ per ostensionē autoritatis q
ipsū decet loqui autentice ⁊ seuere: ne sua autoritas
cōtemnat. Dan. vox sermonū eius sicut vox multitu
dan.10. b. dinis: ⁊ bene multitudinis: q in omni actu vox solē
nis persone/equipollere debet multitudini aliorum.
Item debet habere septem stellas .i. septē dona san
cti spūs .s. per ꝑfectionē sanctitatis. Apoc. Qui hꝫ se
apo.2.a ptē stellas in dextera sua. Facies eius debet splende
B re ꝑ dulcorē leticie ⁊ affabilitatis: q in oīb⁹ debet se
ma.6.c. ostendere letum/affabilem ⁊ benignum. Mat. Unge
caput tuū oleo/⁊ faciem tua laua: ⁊ tñ ipse debet ha
bere in ore gladium bis acutum .i. rigorē duplicis iu
stitie ⁊ seueritatis: q ipse debet malos corrigere .i. cō
minando amissionē glorie ⁊ immissionē pene eterne.
ps.56.a Ps. lingua eorū gladius acutus: quia sꝫ Aposto. vi
heb.4.c uus dꝫ esse sermo ⁊ efficax: ⁊ penetrabilior dl gladio
ancipiti. Et tunc tales pro certo dicere possunt: Ego
sum primus ⁊ nouissimus: etiam qui .s. primi mortui
sunt ⁊ nouissimi in hac vita per vilitatem deiectio
nis ⁊ humilitatis: sed finaliter in paradiso fiunt vi
uentes: ⁊ primi ꝑ vigorē perpetue dignitatis ⁊ per vi
gorē felicitatis ⁊ perpetue firmitatis: ⁊ tunc erūt pri
ma.20 b mi nouissimi ⁊ nouissimi primi. Illi q̄ mō sunt ꝑ hu
militatē mortui mūdo .i. nihil valētes ⁊ nihil reputati
quo ad mundum et nouissimi quo ad dignitates et
mundi prosperitates/erunt primi et feliciores. Et ecō
uerso illi qui modo sunt in prosperitatibus/digni
tatibus ⁊ honorib⁹ primi/erūt tūc tēporis in desolati
one ⁊ miseria vltimi ⁊ depssi inferi⁹ .s. in iferno: q de⁹
Lu.1.c. esurientes impleuit bonis ⁊ diuites dimisit inanes.
Fui inquit mortuus: ⁊ ecce sum viuēs. Quasi diceret:
De morte ad vitam deuenit: ⁊ de mortificatione car
Aliter nis ⁊ paupertate et humilitate ad gloriā pertrāsitur
¶ Uel dic q tales ita perfecte persone prio fiūt mor
tui .i. in statu humilitatis: tñ finaliter debent viuifi
cari .i. promoueri ad statū plaridis ⁊ dignitatis. ¶ Uel
Aliter dic q septē cādelabra sunt septē dona: septē vero stel
C le/septē sunt pietatis opa. ¶ Uel septē candelabra se
Aliter ptē sunt sacramēta: septē stelle sunt septē virtutes ⁊ re
Aliter media: sicut supra. ¶ Ul' dic q prelatus dꝫ dicere ego
sum primus ⁊ nouissimus: q dato q sit primus in di
eccli.3.e gnitate/debet tñ esse vltimus in humilitate. Iuxta il
lud: Quanto maior es humilia te in oīb⁹. Dicit enī:

ego fui mortuus/⁊ ecce sum viuens: q q̄sq̄ debet ap
parere mortuus et nō aduertēs multa dissimulē du
randē debet monstrare se viuentē/scelera puniēdo/et Aliter.
malis obuiando. ¶ Uel dic q ille filius hois est chri
stus/mysticus fili⁹ virginū: vel papa qui christo de
bet esse similis. Corpus eius significat statum curie
romane/vel statum ecclesie militantis. Dic igit q in
illo corpe christi mystico caput sūt prelati: qui debēt
esse per innocentiā candidi: per mollē clementiam la
nei: per frigidam ⁊ rigidā iustitiam niuei atq auste cant.5.c.
ri. Unde de ipso capite dicit: Caput eius aurū opti
mum: Et capilli isti capiti adherentes/sunt prelatoꝝ
familiares: qui debent esse albi ⁊ innocentes/mundi
casti ⁊ cōtinentes. Eccl's. Omni tēpore sint vestimen Ec.9.b.
ta tua cādida. Oculi illius corporis sunt auditores
et iudices: qui debent esse per lucē discretiōis flāmei/ dan.10b
per iustitiam ⁊ rigorem ignei. Unde dicit: Oculi ei⁹
vt lāpas ardens ⁊c. vox istius corporis significat ꝑ
dicatores: qui ad similitudinem aquarum multarū
idest scripturarū ⁊ sciētiarū debent clamare/⁊ suo cla Jo.1.a
more viam dñi demōstrare. Unde: Ego vox claman
tis in deserto. zona istius corporis significat correcto
res: qui cingūt corpus ecclesie examinādo ⁊ ne deflu D
ant per vitia restringēdo: qui debent esse aurei iusti
tiam obseruando. Unde Eccli. Circuncinxit eū zona eccli.45
iustitie: vt papa et prelati figurentur in illis angelis. a
Apoca. Qui erant p̄cincti zonis aureis .i. correctori apo.15.c
bus sanctis. Dextera corporis significat clericos: q ps.117.c
tenent locum primum in corpore ecclesie militantis.
Unde Ps. Dextera dñi fecit virtutē. Ista igit dexte
ra septē stellas .i. septē dona spūssancti/vel septē vir
tutes debet habere: quibus totā noctē .i. statum secu gen.1.b.
larem debet exemplariter illustrare. Un: Stellas po
suit in firmamento .i. in statu ecclesiastico. Facies hu
ius corporis significat doctores in quib⁹ ois sensus
discretionis sicut in facie debet vigere: ⁊ qui ꝑ hone
stā conuersationē ad modū solis lucere debent. Unde mat.17a
Mat. Resplēduit facies eius sicut sol. Pedes hui⁹
corporis qui corpus sustentant/sunt inferiores agri
cole: qui ad modū auricalci debent esse sonori/deo
regratiādo: ⁊ sicut ignis per claritatem ardere in ca Dan.10.
mino tribulationis ⁊ doloris viuendo Dan. Pedes
quasi species eris cādentis. Os vero qd loquit/signi
ficat aduocatos: qui gladium lingue debent habere
bis acutū: in q̄tum debent allegare p iustitia vnius
partis: ⁊ de iustitia alterius partis: vel in q̄tū ipsi te
nent intercedere p promotione bonorum/⁊ punitione Lu.22.b
malorū. Un Luc. Domine ecce gladij duo hic. Can
delabra que istū ⁊ membra istius lustrabant/signifi
cant spiritualia dei dona: que totū corpus ecclesie il
luminant: quia christus et membra sua sunt qui am E
bulant in medio septem candelabrorum aureorum
de quo dicitur in capitulo sequenti.

¶ Capitulum secundum textus: Et angelo ephesi ecclesie scribe. Hec dicit qui tenet Moralitatum. Capi. II historia

Et angelo ephesi ⁊c. Unus angelus commē
datur a filio hominis. De multis inquit scio
laborem tuum/opera tua ⁊ patientiā tuam
et q non potes sustinere malos: et tētas mē
daces apostolos: et sustinuisti ꝑpter nomē meū: ⁊ fa
cta nicolaitarum quos odio odisti. Sed reprehendi
tur in vno Charitatē inq̄t tuā primā reliq̄sti: sed me
mor esto vnde excideris: ⁊ prima opa fac alioq̄n mo

uebo cādelabꝝ tuū de loco suo/nisi penitentiā egeris
Tropo- et promittit sibi ꝙ si vicerit/dabit sibi edere de ligno
logia. vite/quod est in paradiso. Hic recte angel9 designat
vita prelati. Prelatus prefectus pōt dici angelus: q2
debet esse angelicus ⁊ celestis. Iste debet habere bo-
na opa/laborē/patientiā ⁊ iustitiā: malos non debet
sustinere/sed corrigere ⁊ punire. Nicolaitas etiā qui
interpretant̄ stulti ecclesie: debet etiā languētes .i. ma-
los clericos vel religiosos etiā aplos .i. hypocritas ⁊
mt.26.d fictos debet tētare: ⁊ pro dei nomine sine offensione
sustinere oīa. Mat. Sustinete ⁊ vigilate mecū. Sed
qn̄q3 accidit ꝙ ipse ꝑdit charitatē suā primā: q2 mul-
ti ꝑ superbiam/odium et vindictā ꝑdūt virtutē sepis
sime charitatis. Nā sepe accidit ꝙ plati perdunt gra
f tiam dei/superbiendo de dignitate/ꝓsumēdo de san-
ctitate. Extūc dicit eis christus: Memor esto vnde ex
cideris/⁊ age penitētiā: ⁊ prima opera fac. Quasi di-
ceret: Extrahe te ab istis: ⁊ hoc duplici modo incre-
pat .s. timore ⁊ amore. Timore/nisi q2 hoc fecerit: mi-
nat ei: q: cādelabrū suū .i. suā ⁊ lucē ꝓsperitatē clerica
lem mouebit ⁊ cassabit tēꝑaliter: ⁊ eternaliter dissipa
bit. Itē amore: q2 ꝓmittit ei si ad gratiā ⁊ charitatē
rediens peccata vicerit/⁊ prima opa bene fecerit: qd
dabit ei de ligno vite paradisi edere .i. ō societate glo
rie sempiterne. Et breuiter nullus est ita ꝑfectus/ qn
possit cadere in peccatū. Verūtamē penitētiam debet
hiere.31 facere ⁊ primū statim recordari: timore pene ⁊ amore
d. glorie prima opa ꝑpetrare. Hiere. Dirige cor tuū in
Eo.ca b via recta in qua ambulasti. ¶ Angelus smirne com-
historia mendat de pauptate/tribulatione/diuitijs spūalib9.
Hic blasphemat ab illis qui se dicebāt esse iudeos ⁊
non sunt: sed dī sibi ꝙ nō timeat que passurus est: nec
etiā diaboli carceres ⁊ tētationes: sed sit fidelis vsq3
Mora- ad mortē: sed si vicerit/dabit ei corona: ⁊ nō ledetur a
litas morte secūda. ¶ Sic vere qui sustinent hic miserias/
pauptates/tētationes/malorū cōtēptus/ blasphemi-
as/vexatiōes: si sint fideles ⁊ perseuerauerint vsq3 ad
mortē: dabit eis corona vite .i. gloria ⁊ seruabuntur a
morte secūda .i. a morte inferni ⁊ damnatione anime
Nihil inquit horū timeas que passurus es: sȝ esto fi-
Eo.ca d delis vsq3 ad mortē: ⁊ dabit tibi corona vite. ¶ Ange
lo ꝑgami dī: Scio vbi habitas: vbi sedes est satha-
ne: ⁊ tenes nomē meū/⁊ nō negasti fidē meā. Postq̄
de quibusdā reꝓhendit/dī sibi: ꝙ si penitētiā egerit ⁊
G vicerit/dabitur sibi manna abscōditum/⁊ calculum
Mora- candidū: vbi nomē dei scriptū est: quod nemo scit ni
litas si qui accipit. ¶ Tales sunt multi boni existētes ⁊ mo
rā ꝯtrahētes in mala societate: vbi est sedes sathane:
vbi tamē boni perseuerāt nomē ⁊ fidē dei seruāt: nec
eū denegāt per pctm̄: ⁊ ideo talibus si vincūt/si in bo
nitate sua perseuerāt/nec ꝑ pctm̄ succubuerint: ꝓmit
tit māna abscōditum .i. dulcedo eterne glorie: que a
nobis nunc abscōdit: ꝓmittit etiā calculus sibi can-
didus/soliditas ꝑpetue damnationis ꝙtū ad gloriā
corꝑis. Nā calculus est durus ⁊ cādidus/ lenis ⁊ ro-
tundus: sic ⁊ gloria corporis habet duriciē impassibi
litatis/cādorē charitatis/lenitatem subtilitatis rotū
prouer. ditatē agilitatis. Igit̄ nomē .i. eterna sua potētia vel
18.b. maiestas/ibi dicit̄ esse scriptū: q2 in premio eterne be
Eo.ca.b atitudinis datur precipue dei virtus: q2 turris fortissi
ma nomē dñi: ad eam fugiet iustus ⁊ saluabit̄. ¶ An-
gelo smirne dicit̄ a deo: habeo aduersum te pauca q2
habes tecum tenentes doctrinam balaā: qui docebat
balach ponere scandalum coram filijs israel sed age
penitentiam: alioquin pugnabo tecum in gladio
oris mei. ¶ Sic vere angeli .i. plati reꝓhendunt/ qui Mora-
habent secū malas personas: et eas non puniunt/im- litas.
mo fouēt: ⁊ maxime qui sunt in scādalū plebi israel .i.
populo dei. Isti ergo tenētes doctrinā balaā/signifi-
cāt fornicatores ⁊ idolatras .i. idola hoc ē dictu: mu-
lieres pictas adorātes .i. sacerdotes ⁊ clericos luxuri
osos. Nā si prelatus eos non corrigat/⁊ penitentiam
nō agant: ipse deus gladio oris sui .i. diuina sentētia
eos in eternū occidet/⁊ illum qui fuit negligēs in pu
niendo. Quia sicut dicit Aplš: Talos digni sunt mor H
te nō solū qui talia agunt: sed qui eis consentiūt. Nō Ro.1.d.
sufficit eīm ꝙ angelus .i. prelatus sit bonus: immo ne
cesse est ꝙ ipse non sustineat secū malos: quod tñ est
hodie ꝯtra multos: qui ꝙuis in se sint boni/ non tñ
studēt extirpare, malos subditos: imo prece vel pre-
cio aliquotiēs fouēt eos. ¶ Angelo tyatire dictū est: Eo.ca.e
Noui opera tua/fidē/charitatē/mysteriū: patientiā
⁊ opera tua plura prioribus: ⁊ qui vicerit vsq3 in finē
⁊ custodierit: dabo ei potestatem sup gentes ⁊ regna. Mora-
¶ Sic illi qui sunt in ecclesia vel religione: habent fi litas.
dem: charitatem etiā quorū nouissima sunt semper
prioribus meliora .i. qui semp viuunt in emendando
in melius: istis dico: ꝙ si vicerint ⁊ hec custodierint
vsq3 in finē ⁊ perseuerauerint: dignū erit ꝙ ꝓmoueāt
temporaliter et eternaliter: et ꝙ accipiant a deo pote
statem super gentes et regna: et fiāt prelati et aliorū
magistri. Talis eīm decebat vt nobis esset pontifex heb.7.b
sanctus: innocens: īpollutus: segregatus a peccato
ribus. ¶ Erat autē in tyatira ꝑm visionē ioānis apo Eo.ca.f
stoli mulier iezabel: que ꝓphanabant et seruos dei se
ducebat. ⁊ docebat comedere de idolothitis ⁊ forni-
cari: et dato ꝙ ei datū est penitētie tempus: ibi tamē
nullatenus penitebat: sed dicit̄ ei: ꝙ ipsa ponet̄ in le-
ctum: ⁊ illi qui mechati sunt cum ea: essent in tribu- Mora-
latione maxima. ¶ Iezabel que interpretatur fluxus litas.
sanguis: significat mundū: a quo sanguis .i. est car
nalis voluptas quotidie emanat. Iste quotidie do- A
cet ⁊ ꝓphetizat fornicari seducere: et idolothita .i. mū
di bona diabolis dedicata per auariciā mādUcare: et
per contēplationē incorꝑare. et quod peius est: q2 cū
tēpus huius vite sit ei cōcessum ad penitētiā: ipsa tñ
nunq̄ penitet: sed semp in suis iniquitatib9 perseue-
rat. Vñ Iob: dedit ei de9 locū penitētie: ⁊ ipse abutit̄
eo in supbiā: sed pro certo ista mulier .i. mūdus: vna iob.24.
cū amatorib9 suis: qui per diuersa vitia quotidie cū d.
ea mechant̄: finaliter ponet̄ in lecto mortis eterne:
vbi ꝓ certo in tribulatione maxima .i. penis inferna-
libus affligent̄. ¶ Vel dic litteraliter: ꝙ talis est mu- Aliter
lier luxuriosa alios seducēs: in luxuria ꝑseuerans et
īpenitēs/ Eccli. Oī fornicario panis est dulcis. Non eccli.23.c
fatigat̄ transgrediēs vsq3 in finē: sȝ tā ipsa ꝙ fornicato
res in lecto mortis ⁊ inferni tribulabunt̄ finaliter in
eternū: ⁊ nisi penitētiā fecerint in hac vita damnabūt̄.
Vñ Luc. Nisi penitētiā feceritis/oēs simul peribitis Lu.13.c

¶ Capitulū tertiū Textus: Et angelo eccle sie sardis scribe. Hec dicit qui habet. septē spūs dei. Mora. Capi. III

Reprehēdit angelus sardis sic: Scio opera
tua: quia nomē habes ꝙ viuis: et mortuus
es: sed vigila ⁊ confirma cetera que moritu
ra sunt: ⁊ in mente habe qualiter acceperis
alioqui veniā ad te sicut fur hora qua nescis. ¶ Sic Mora-
igitur multi ecclesiastici qui nomē et famā habēt: ꝙ litas.
viuāt ꝑ grās ⁊ virtutes: q2 credunt̄ esse multe sancti- B
tatis ⁊

tatis ꝛ perfectionis: ꝛ tñ mortui sunt per pctm̄. Istis
igit coloꝛus alijs plans dr̄/ φ ipi vigilét per diligētiā
super gregē pastoralē oīm: ꝛ ipi ꝯfirmet dicendo ꝛ ad-
monēdo illos q̄ per imbecillitatē ꝛ vitia putrescunt ꝛ
moriunt. Dicit etiā ei φ in mēte habeat qualiter acce
perit curā ꝛ regimen aiaꝝ: alioquin super ipm̄ veniet
luc.12.e ira dei. Luc. Vigilate/qꝛ nescitis qua hora dñs veniet
eod.c.a ❡ Commendat angelus sardis: qꝛ secū h̄z illos q̄ non
inquinauerunt vestimēta sua. Et ideo sibi ꝛ alijs pro-
mittit/φ si vicerint/ambulabūt cū filio hoīs in vesti-
moralitas mētis albis: ꝛ erunt scripti in libro vite. ❡ Sic vere ꝑ
latus cōmendat/qñ h̄z subditos honestos ꝛ castos
q̄ vestimēta carnis sue per luxuriā nō inquināt. Idō si
vicerint ꝛ perseuerauerit: ꝓmittit eis φ cū christo am
bulabūt in celo sursum/induti vestib9 albis .i. dotib9
Act.1.b eterne glorie: ꝛ in libro eterne predestinationis scripti
eod.c.b erūt. Vñ. Ecce duo viri steterūt in vestib9 albis. ❡ An
gelo philadelphie dr̄. Scio opera tua: ꝛ dedi coraꝫ te
ostium apertum/quod nemo potest claudere: qꝛ modi-
cā habes virtutē: ꝛ ꝯfirmasti nomē meum: ꝛ non ne-
gasti nomē meū: ꝛ ego seruabo te. Tene quod habes/
ne alius accipiat coronā tuā: qꝛ qui vicerit/faciā illū
Tropologia columnā in templū dei mei. ❡ Iste angelus gerebat
personam infirmoꝝ. Nam isti habent modicā virtu-
tem resistendi. Ideo deus dat ostium apertū venie ꝑe
nitētie. Illud semper apertū est pro tempore huius vi
C te. Sinus enim ecclesie qui recte est ostium paradisi/
semper est apertus: ꝛ nunq̄ pro vita ista claudit peni-
tēti: ꝛ hoc qꝛ infirmi modicā habent virtutē resistendi
vitijs ꝛ peccatis: quare necesse est φ habeant facilius
apo.21.g remediū penitendi. Apocal. Porte ciuitatis non clau
dent die ac nocte: qui eñ non intrat per ostiū .i. per ve
Ioā.10.a niā ꝛ penitentiā/ꝛ fur est ꝛ latro. Illud enim nō potest
claudi alicui q̄diu durat ista misera vita pñs: quapro
pter infirmus quātumcūq̄ fragilis ꝛ ad vitia sit ꝓcli
uus/desperare nō debet. Et ideo sibi dicit/φ faciat qđ
in se est: ꝛ φ seruet verbū ꝛ preceptū dei: nec denegetꝑ
heresim nomē eius: ꝛ sic pro certo deus seruabit eum
ab hora tentationis: qꝛ scilicꝫ deus faciet cum tenta-
1.co.10.c tione prouentū. Apl's. Non permittet vos tētari vltra
q̄ potestis. Teneat igitur quilibꝫ illud quod habet .i.
gratiam ꝛ perfectionem: ne forte perdat coronam suā
id est honorem ꝛ premium glorie quod sibi debetur: ꝛ
ne alium habeat successorem/qui ipso reprobato ha-
beat coronam glorie sue. Nam si vicerit vitia/erit in tē
plo dei id est in paradiso vel ecclesia: columna/id est
persona stabilis ꝛ eterna: ꝛ foras non egredietur am-
plius: quia in paradiso perpetuo remanebit. ❡ Vel ad
Aliter literam in ecclesia fit/quod illis qui peccata vincunt/
columne stabiles viri fiunt: ꝛ ea iterum vincere assue
scunt: ita quod de templo id est de statu gratie non ex
eod.c.c. tunc amplius recedunt seu cadunt. ❡ Angelo laodi-
historia cie taliter comminatur. Vtinam inquit frigidus eēs:
aut calidus: sed quoniam tepidus es id est neq̄ frigi-
dus neq̄ calidus/incipiam te euomere: quia dicis di-
D ues sum ꝛ nullius egeo: ꝛ nescis quod sis miser/pau-
per/ꝛ cecus/ꝛ nudus: suadeo tibi emere aurum ꝛ argē
tum ignitum ꝛ probatum a me/vt locuples fias: ꝛ ve-
stimentis albis induaris/vt non appareat confusio
nuditatis tue: ꝛ collirio inunge oculos tuos vt vide-
Tropologia as: quia qui vicerit/dabo ei sedē in throno meo. ❡ Ta
les angeli sunt multi/qui pro certo non sunt calidi ꝑ
feruorem deuotionis/nec frigidi per algorem diuini
timoris ꝛ subiectionis: sed sunt medij: quia tepidi ꝛ in
deuoti: qꝛ nec per feruorem deum perfecte diligūt: nec
ꝑ timorē ei obediūt ꝑfecte/sꝫ sub dei misericordia ꝯfi-
dētes/tepidi ꝛ medij sic incedunt. Et ideo tales negli-
gētes ꝛ tepidi ab ore dei sepe euomunt .i. a statu gratie
ꝛ veritatis cadere ꝑmittunt. Aliqñ accidit φ quidam
tales sunt ita ꝑsumptuosi/ꝛ de ꝓprijs meritis ꝯfiden
tes/φ credūt se diuites in virtutibus esse/ꝛ nullius au
xilio indigere: ꝛ tamē s̄m veritatē sepe accidit/φ spūa
liter ipsi gratijs sint nudi/ꝛ virtutib9 miseri ꝛ pauperes
quo ad deum ignorātes ꝛ ceci: qꝛ nō vidēt nec aduer-
tūt illa que debēt .s. mortē/infernū/paradisum/mun-
dū/petīi/occulte dei ꝓuidētie opera/vel ꝓpriā insuffi luc.18.f
cientiā ꝛc. Vñ Luc. Cecus sedebat secus viā. Istis igi
tur suadet/φ a deo emāt aurū .i. discretionem vel valo
rē sanctitatis ꝑfectionis: q̄ sunt ignita per charitatē/ꝓ
bata per tribulationē. Vt sic in donis ꝛ gratijs locu-
ples esse possit: precipit cuilibꝫ tali φ ipse collirio .i. ali
qua amaritudine compunctionis inūgat oculos cor- E
dis sui/vt visum spūalis discretiōis recipiat quē ami-
sit: precipit sibi φ albis vestibus .i. honesta ꝯuersatio-
ne induat se: ne nuditas imperfectiōis sue appareat ꝛ
ne q̄libet ipꝫ irrideat aut ꝯtemnat: qꝛ vix est aliq̄s ita
sctūs: q̄n habeat in corde ꝛ ope plura irrisione digna:
si vita sua videat nuda: ꝛ si honestatis velamine non
fuerit cooperta. Idō ꝯsolādo desolatos ꝛ tribulatos at
q̄ desperatos dicit de9 hic. Ecce quos amo: arguo ꝛ ca apo.3.d
stigo. Ecce sto ad ostiū ꝛ pulso: si q̄s audierit vocē me
am: ꝛ aperuerit ianuā: intrabo ad illū: ꝛ cenabo cū illo
ꝛ ille mecum. Acsi diceret. Paratus sum inspirando
vel predicando pulsare: et si aperiat cor per gratiam
subintrare.

❡ Capitulum quartum Textus. Post hec vidi: ꝛ ecce ostium apertum in celo. Moralitatum Capitulum IIII

IOannes raptus in spū vidit ostiū apertū in ce- Historia
lū: ꝛ ecce inquit sedes: ꝛ supra eam sedens: ꝛ q̄
sedebat: similis erat aspectui lapidis iaspidis ꝛ
sardinis: Et iris erat in circuitu sedis similis vi-
sioni smaragdine: ꝛ circa sedē sedilia viginti quatuor
ꝛ desuper sedebāt viginti quatuor seniores: habētes in
capitibus suis coronas aureas: ꝛ de throno procede-
bāt fulgura: voces ꝛ tonitrua: añ thronū erant septē
lampades ardētes: ꝛ in ꝯspectu sedis mare vitreū simi
le crystallo: ꝛ in circuitu sedis quatuor aīalia plena
oculis añ ꝛ retro. ❡ Dicit igit φ vidit in celo. Celum Moralitas
est ecclesia. Sicut enim in celo est sol ꝛ luna ꝛ planete
ꝛ stelle: que semper voluuntur ꝛ nunq̄ cadunt: sic in ec F
clesia lucent ꝛ influunt. Sol id est christus: luna id est
beata virgo: planete ꝛ stelle id est sancti ꝛ sancte: ꝛ illi
voluuntur per tribulationes continue: nunq̄ tamen
deficit ecclesie sedes: neq̄ etiam perit: qꝛ dicitur. Ego luc.22.d
rogaui pro te: vt non deficiat fides tua. ❡ Vel dic qđ Aliter
sol est papa luna est imperator: ꝛ reges planete id est
cardinales ꝛ prelati: stelle sunt clerici ꝛ ceteri christia-
ni: sedes que erat ibi: est dignitas ecclesiastica vel secu
laris sedes. ❡ Vel sedens super eam est prelatus vel in Aliter
dex/officialis vel princeps: qui supra dignitatis sedē mat.23.a
iudicat: quia supra cathedram moysi sederunt scribe
ꝛ pharisei. Sed ꝓ certo quicunq̄ sit sessor: iudex: vel ꝑ
latus: multa sunt sibi necessaria: ꝛ primo iste debet esse
similis iaspidi ꝛ sardini: qui sunt lapides preciosi: qꝛ
debet esse similis christo: vel sanctis viris perfectis: ꝑ
ciosis ꝛ virtuosis: quia bonus superior vel prelatus de
bet super omnia conari: quod possit bonus ꝛ honestus

suis predecessoribus assimilari: ⁊ maxime illis q̄ fue-
rūt iaspis/q̄ resistit maleficiis: ⁊ vt sardius/qui dolū ma-
lefici maliciā si sit purus cohibet.i. illis bonis plāis
qui maleficiis dolbus restiterunt: ⁊ tutā patriā reddi
historia derunt. ¶ Secūdo dicit ꝙ iris erat in circuitu sedis.
Eo.c.b. ¶ Per iridē arcū celestē/vbi relucent oēs colores/in-
Mora- telligo regulam religionis/⁊ processum iudiciarie po
litas testatis: qui quidē arcus celestis dicit: pro eo ꝙ per eū
ps.7.c. impii sagittant/⁊ correctiōis iaculis feriunt. Ps. Ar
cum suū tetendit⁊ parauit illū ⁊c. q: prelat9vel iudex
mediāte iustitia regia vel ordine iudiciario/d3 sagitta
B re ⁊ punire reos ⁊ accusatos: ⁊ facere iustitie comple-
mentum: ⁊ ibi pro certo habent relucere multi colo-
res id est multe cause/multe rationes/multe leges:
multe sanctiones: multi sensus/multe opiniones/an-
teq̄ aliquē puniat or delicto: vt sic tali plato dicat il-
ap.10.a lud Apoc. Uidi angelū amictū nube: ⁊ iris erat in ca-
pite eius. Et sic iris videt tāgere celū ⁊ terrā. Sic vero
rigor iustitie debet tangere celū.i. nobiles sublimes ⁊
terrā.i. infimos atq̄ viles sine acceptiōe personarum.
Aliter ¶ Uel dic ꝙ sicut iris magis tangit terrā q̄ celum: qr
duobus suis cornibus. Sic vere rigor iustitiarie pote
statis plus d3 tāgere ⁊ vulnerare terrā.i. terrenos pctō
res: q̄ celū.i. q̄ innocētes spūales ⁊ celestes. Sed dicit
ꝙ iris similis erat visioni smaragdine. Est eñ ille la-
pis viridis/ꝯfortās oculos: qr ordo iustitiarius deb3
fieri ita mature ⁊ iuste/ꝙ oculi ⁊ iudicia alioꝝ nō ledā
tur/sed magis ꝯforteñt: ⁊ q̄cq̄d agit/ocu'os alioꝝ de-
mat.5.b lectet: ⁊ ab oībus cōmēdet Mat. Uideāt opera vestra
Eo.c.b bona/⁊ glorificēt patrē vestrū qui in celis est. ¶ Ter-
tio dicit ꝙ circa sedem erāt vigintiquatuor sedilia/⁊
Mora- desuper seniores vigintiquatuor. ¶ Per ista sedilia in
litas telligunt minora bñficia/officia vel prebēde: que pre-
latus iudex habet sub se ex iurisditione. Et pro certo i
Eze.8.a istis debēt sedere seniores.i. viri discreti ⁊ maturi: ⁊ ta
les etiā d3 habere secū senes. Ezech. Et senes iuda sede
bāt corā me. Quod tñ est ꝯtra multos iudices/q̄ pessi
Eo.r.b. mos holes ponūt in officiis: ⁊ contra prelatos q̄ pue-
D ros in bñficiis suis ⁊c. ¶ Quarto dicebat ꝙ senes de-
bent esse in societate sua: vt eoꝝ cōsiliis fulciat: talib9
debent dari corone in capitibus.s. honores ⁊ dignita
ecc.27.b tes: nō paruulis ignorantibus ⁊ iuuenibus insensatis
ezec.8.a Ideo prelato dicit. In medio sensatoꝝ assiduus esto
vt sic prelatus dicat illud Ezechi. Sedebam in domo
Mora- mea: ⁊ senes habebant ante se lampades: ⁊ de throno
litas exibant fulgura/voces ⁊ tonitrua. ¶ Lampades iste
significant septem dona spiritussancti: que iudex ⁊ p̄-
Aliter latus debent habere: vt mens eius per ea illuminetur
⁊ in suis actibus dirigatur. ¶ Uel septem lampades
cum igne charitatis ⁊ oleo pietatis sunt septem ope-
apo.1.a ra misericordie: que valde decent iudicem vel prelatū
Apocalypsis. Dixit ille qui ambulat in medio septem
lampadum: ⁊ sic de throno isto id est de talibus perso
nis vel eorum domibus aut iudiciis debent exire ful-
gura id est splendor bonorum exemplorum/vel fulgor
splendentis conuersationis/voces dulcis consolatio
ps.76.d nis/⁊ tonitruum alte predicationis/correctionis ⁊ re-
Aliter prehensionis. Psalm. Uox tonitrui tui in rota. ¶ Uel
eod.c.b fulgura seuere disciplinae: voces predicationis alte: to
nitrua reprehensionis dure. ¶ Quinto vero dicitur/
quod in circuitu sedis erat vitreum mare seu laua-
Mora- torium vitreum simile crystallo: ⁊ illud significat sa-
litas cram scripturam. ¶ Dicitur enim ipsa mare/propter
profunditatem inscrutabilem: vitreum propter perspi
cuitatem intellectualem: crystallinum propter solidi-

tatem immutabilem. Ista enim debet iudex habere: ⁊ ps.76.d
in ea facta sua lauare. Psalmista. In mari via tua: et eod.c.c
semite tue in aquis multis. ¶ Sexto dicitur/quod cir A
ca sedem erant animalia oculata. ¶ Ista significant Mora-
assessores ⁊ consiliatores prelatorum: qui debent esse litas
animalia id est animati per grām ⁊ virtutes. Quatuor
ēt virtutes debēt eē: qr quatuor virtutib9 cardinalib9
debēt esse priuilegiati ⁊ dotati: ⁊ pleni oculis.i. clarita
te sapiētie ⁊ discretiōis ante ⁊ retro/quantū ad ꝯside- ezec.1.c.
ratione p̄ntiū ⁊ futuroꝝ. Iuxta illud Ezech. Totū cor Aliter
pus in circuitu erat plenū oculis. ¶ Uel dic ꝙ ista se-
des est christus in humanitate. Quatuor aīalia sunt
quatuor euangeliste: sc3 hō mattheus/lucas vitulus/
leo marcus/aquila ioānes. Uigintiquatuor seniores
sunt patres veteris testamēti ⁊ noui. Duodecim dicū-
tur esse ibi de lege veteri: qr a duodecim patriarchis de
scenderūt. Duodecim etiam dicunt patres noui testa-
mēti: qr duodecim articulis crediderūt. Mare est scri
ptura. Iris est persrena/etiā sicut supra. Et pro certo
tales debet iudex secū habere: ⁊ eoꝝ ꝯsiliis ⁊ societate
vti ⁊ regi/⁊ per eos gubernari/nō per adulatores ⁊ ini eod.c.c.
quos ¶ Dicit ꝙ añ thronū erāt quatuor aīalia plena
oculis añ ⁊ retro: ⁊ habebāt singula alas suas. Unum
tamen erat/ꝙ quotienscūq̄ aīalia oculata dabāt glo-
riam deo: statim vigintiquatuor seniores procidebāt
in facies suas: ⁊ deponebāt coronas suas/⁊ adorabāt Mora-
viuentem. ¶ Animalia ista significant prelatos cleri- litas
cos ⁊ auctenticas personas/in statu religionis vel in ec
clesia conuersantes: qr vere illi qui sunt circa sedem ⁊
ante thronum seu conspectum dei id est illi qui in ec- B
clesia sunt: ⁊ qui vacant regimini etiam ⁊ prelationi
aliorum: isti debent esse pleni oculis id est claritate di
scretionis ante ⁊ retro: quantum ad preterita ⁊ futu-
ra. Debent habere alas: qr ipsi debent volare ad celū.
Et si vis melius exponere de sex animalibus: vide vbi esai.6.a
dicitur. Sex ale vni ⁊c. Sed quando ista animalia id
est quando prelati ⁊ autentici dant gloriam deo: ⁊ fa-
ciunt bona opera: statim inferiores ⁊ subditi boni et
maturi: qui super sedilia inferiorum sedent: bonum ac
cipiunt exemplum: ⁊ exemplo eorum bono ipsi finali-
ter honorant deum celi per bona opera: ⁊ coronas glo Aliter
rie mundane deponunt: ⁊ in corde suo vilipendunt: ⁊
deum honorant ⁊ adorant. ¶ Uel dic quod animalia
sunt clerici ⁊ religiosi: qui sunt propinqui quantum ad
gradum sedi christi. Nam exemplo istorum qui sunt
boni seniores/id est principes: non obstantibus coro-
nis glorie temporalis: deum celi glorificant. Et breui ose.4.b
ter ad exemplum clericorum se gerit vita secularium esa.24.a
personarum: siue bonum fecerint siue malum. Unde. Aliter
Sicut populus sic sacerdos. ¶ Uel dic quod circa se-
dem alicuius prelati vel principis: sunt quatuor ocu-
lati consiliarii siue principaliores: quibus proloquen
tibus ⁊ sententiam suam dicentibus: alii inferiores:
quamuis sint sapientes ⁊ senes: solent adulando ipso
rum dictis alludere: coronas ⁊ birreta de capitibus eo eccl.13.d
rum deponere: ⁊ ipsorum dicta ⁊ consilia commenda
re: Unde Ecclesiastici. Diues locutus est: ⁊ omnes ta-
cuerunt. Uerbum eius vsq̄ ad celum extulerunt. Et ex
pone: quod isti ecclesiastici ⁊ subtiles mali consiliarii
habent alas sex: id est sex specialia vitia: scilicet adu- C
lationem ⁊ maliciam: volant quidem illis ad domi-
nos decipiendos: ⁊ appetitum laudis ⁊ auariciam:
quibus volant ad seipsos ditandos: et rapinam ⁊ sup
biam: quibus volant ad subditos opprimendos: et
iste sunt ille sex ale de quibus dicitur. Sex ale vni ⁊c. esai.6.a
¶ Capitulum

¶ Capitulum quintum Textus. Et vidi in
dextera sedentis super thronum librum scri
ptum intus et foris. Moralitatum Capi. V

historia V Idit ioānes in dextera sedentis sup thronū
librū scriptū intus et foris/signatū sigillis
septē: et nemo inuentus est dignus/nec in ce
lo/nec in terra/librū respicere et aperire atq;
soluere eius signacula: excepto leone de tribu iuda: q
est radix dauid: qui venit aperire librū: et eius signacu
Anagogia la soluere. ¶ Sedens iste est pater deus qui ab eterno
sedet in throno glie sue. Iste liber significat mundū et
ordinē rerū processusq; earū: q pro certo a principio sem
per est in manu dei/quantū ad eius ordinationē et pro
uisionē: et ille est scriptus intus et foris. Intus quantū
ad causas rerū nobis occultas: que sunt in mēte diuina
et foris inquantū ad creaturas et apparentes euētus re
rū. Iste est signatus sigillis septē.i. septē etatibus: qr
quādiu durāt septē etates vite presentis/mūdus ē nobis clau
sus. Uel etiā septē planetis: quorū influentijs regunt
mundū: qr nemo est inter hoies neq; in celo neq; i ter
ra: q per se intuitiue videat veritates rerū in existentia
propria: et cuilibet creature sit notorius et apertus: ni
D si leo christus dei filius de tribu iuda.i. de progenie da
uid fuit natus: qui propter visionē beatificā quā habz
ala sua cū verbo: non obstantibus sigillis/res in proprijs
esa.29.c existentijs intuet. Esa. Dabitur liber scienti literas: et di
Allegoria cit nescio legere: signatus est eni. ¶ Uel dic q sedēs est
deus pater: dextera eius est dei filius: qui dicit dexte
ra patris/per quē fecit oēs creaturas. Ista dextera ha
bet vnum librū.i. nostrā humanitatem: quā assumpsit
in virgine: que dicit liber: qr intus ibi in consciētia/ex
terius in apparētia oēs virtutes/perfectiones/gratie
et exēpla scribunt. Iste liber fuit nobis clausus/signa
tus/velatus in sacramēto altaris: qr pro certo ibi sunt
sigilla septē.i. septē accidētia/quibus substātia corpo
ris occultatur. Ista sunt sapor/color/odor/figura/
quantitas/actio/passio: remanet autem ibi idem co
lor/idem sapor/idem odor: eadem figura rotunda vel
quadrata: eadem quantitas magna vel parua: ea
dem actio: quia ista potest agere/nutrire/inebriare/pō
derare/sonare etc. sicut ante passionem quia ita potest
tangi: ita durum inuenitur post sicut ante: et sub istis
accidentibus et sigillis celatur et absconditur corpus
esa.45.c christi. Esaie. Uere tu es deus absconditus: intantum
quod non est homo/neq; in celo/neq; in terra: qui reli
ctis proprijs naturalibus possit soluere et cognoscere
ista accidentia et sigilla: et quomodo sub istis lateat
esa.29.c corpus christi quamdiu sumus in via/et erit nobis vi
sio omnium sicut liber signati. Excepto tamen leone
de tribu iuda idest christo qui fuit de radice dauid de
tribu iuda exiuit: et quia iste solus inter homines hoc
vidit et cognouit: quia ille per speciem/nos per fidem.

E ¶ Ex capitulo quarto Textus. Et quatuor
animalia singula eorum habebant. Mora
litatum Capitulum. VI.

I Oannes vidit in medio throni et quatuor ani
malium viginti quatuor seniores habentes sin
guli citharas et phialas: et ceciderunt coram
Allegoria agno/et cantauerunt canticum nouum. ¶ Iste
agnus benignissimus est christus: qui quasi agnus
esa.53.c ductus ad victimam. Iste enim sedet in throno sa
cre scripture: vbi sunt quatuor animalia id est quatu
or euāgeliste et viginti quatuor seniores.i. viginti qua
tuor libri veteris testamēti sm expositionē hebreorū.
Iste fuit q̄si occisus per passionē: sed mō est stans tim
mortalis per resurrectionē. Iste habet cornua septē.i.
potestatē in septē mūdi climatibus: per cornu eni poten
tia designat. Habet etiam septē oculos.i. septē dona
spūssancti. zach. Super lapidem vnū septē oculi sunt. zach.30
Iste de dextera sedētis.i. dei patris: accipit librū et oēm
sapientiā. Et cum aperuisset primū sigillū.i. cum hoi
bus reuelasset primū secretū diuine sapie.i. fidē sancte
trinitatis/cū predicaret mundo: tūc aialia.i. euāgelia
et viginti quatuor seniores.i. libri veteris testamēti: cū
citharis.i. diuinis laudibus: cū phialis adornatis.i.
cū sctōrū meritis/historijs et viris famosis: laudē agno
i. christo dederūt: inquantū canticū nouū et prophetias
de suo aduentu iam reuelata facie cecinerūt. Ps. Can ps.97.a
tate dño canticū nouū.i. prophetias de suo aduentu: qr Tropologia
mirabilia fecit. ¶ Uel dic q agnus est bonus prelatus: F
q debet esse humilis et pacificus sicut agnus. Ille cū
in throno maiestatis sue sedens/debet esse circundatus
et associatus animalibus quatuor oculatis etc.i. bonis et
discretis clericis: quatuor scz virtutibus cardinalibus
adornatis: et senioribus.i. personis maturis atq; subdi
tis morigeratis: ille in representatione sua dz esse qua
si occisus: qr pre hūilitate dz se reputare mortuū et oc
cisum.i. quasi statim moriturū. Debet habere coronas
septē.i. septē principales virtutes: et septē oculos.i. septē
dona spiritussancti. Ille dz accipere librū.i. sacrā scri
pturā p manibus: et ipsaz a sedente in throno.i. a christo
per deuotionē et orationē acquirere: Ille debet aperire
sigilla libri.i. obscuritates scripture: et eas subditis su
is reuelare docēdo: et tunc animalia et seniores.i. cleri
ci: et seculares.i. bone et honeste persone quecūq;: et ma
xime ille persone que habent citharas et canticum di
uine laudis et gratiarum actionis: et phialas cum odo
ramentis id est fragrantiam deuotionis et orationis
Tales ipsum adorabunt et laudabunt: et canticum lau
dis et recommendationis sibi in cunctis partibus re
sonabunt. Unde dicitur. Laudemus patres nostros ec.44.a
viros gloriosos. Et scdm qd dicitur ibidem: cum ani
malia et seniores laudarent deum/audita est vox mi
lia milium angelorum/qui benedixerunt agnū. Sic
vero quando inuenitur talis agnus id est bonus pre
latus qui ab animalibus id est a senioribus et honora
bilioribus personis bndicit et laudatur: pro certo mi
lia milium angelorum id est multitudo secularium
populorum ipsum similiter benedicunt: et de hoc deū
glorificant et laudant.

¶ Capitulum sextum textus: Et vidi quod G
aperuisset agnus vnum de septem sigillis.
Moralitatum Capitulum. VII.

E T vidi quod aperuisset agnus vnum de se historia
ptem sigillis/et audiui vnum de quatuor ani
malibus dicens/tanq̄ vocem tonitrui. Ue
ni et vide. Et vidi: et ecce equus albus et qui
sedebat super illum/habebat arcum: et data est ei co
rona: et exiuit vincens vt vinceret. Et cum aperuisset
sigillum secundum/audiui secundum animal dicens
Ueni et vide. Et exiuit alius equus rufus: et qui sede
bat super illum/datum est ei vt sumeret pacem de ter
ra: et vt inuicem se interficiant/datus est ei gladius
magnus. Et cum aperuisset sigillum tertium/audiui
tertium animal dicens. Ueni et vide. Et ecce equus ni
ger: et qui sedebat super illum: habebat stateraz in ma
nu sua: et audiui vocē in medio tāq̄ quatuor aialiū di

cētū. Bilibris tritici denario vno/⁊ tres bilibres hor
dei denario vno: ⁊ vinum ⁊ oleum ne leseris. Et cū ape
ruisset sigillū quartū: audiui vocē quarti aialis dicen
tis. Ueni ⁊ vide. Ecce equus pallidus: ⁊ qui sedebat
super eū/nomen illi mors: ⁊ infern⁹ sequebat eū: ⁊ da
ta est illi potestas super quatuor partes terre/interfice
re gladio/fame ⁊ morte ⁊ bestijs terre. Et cum aperuis
set sigillū quintū/vidi subtus altare animas interfe
ctorū/ppter verbū dei ⁊ ppter testimoniū quod habe
bant. Et clamabāt voce magna/dicētes. Usquequo dñe
B sctūs ⁊ verus nō iudicas/⁊ non vindicas sanguinē no
strum de his qui habitāt in terra? ⁊ date sunt eis singu
le stole albe: dictū est illis/vt requiescerent adhuc tps
modicū: donec compleant conserui eorū/⁊ fratres eorū
qui interficiendi sunt sicut ⁊ illi. Et vidi cum aperuis
set sigillū sextū: ⁊ ecce terremotus magnus factus est.
⁊ sol factus est niger tanꝗ saccus cilicinus. Et luna to
ta facta est sicut sanguis: ⁊ stelle de celo ceciderūt sup
terrā/quēadmodū ficus emittit grossos suos/cū a vē
to magno movet. Et celū recessit sicut liber inuolut⁹.
⁊ ois mons ⁊ insule de locis suis mote sunt: ⁊ reges
terre ⁊ principes ⁊ tribuni ⁊ diuites ⁊ fortes ⁊ ois liber
⁊ seruus abscōderūt se in speluncis ⁊ in petris montiū:
⁊ dicūt montibus ⁊ petris. Cadite super nos ⁊ abscōdi
te nos a facie sedētis super thronū/⁊ ab ira agni: qm
venit dies magnus ire ipsorum. Et quis stare poterit?
Post hec vidi quatuor angelos stantes super quatu
or angulos terre: tenentes quatuor ventos terre/ne fla
Eod.c.a rent super terram/neqꝫ super mare/neqꝫ super vllam ar
borem ⁊c. ¶ Item super illo. Et vidi ⁊ ecce equus alb⁹
Mora- ⁊ qui sedebat super illū/habebat arcum: ⁊ data est ei co
litas rona/⁊ exiuit vincēs vt vinceret. ¶ Equus est caro no
uitatem religionis ⁊ ecclesie detractione lacerant et
predant. Sꝫ vere finaliter super tales rebelles/ detra
ctores/litigiosos: et super sathanam. i. sup huius re
Lu. 12. f. latorē: ignis. i. eterna dānatio de celo veniet: ⁊ eos do
Aliter minus dānabit ⁊ eternis incēdijs fulminabit. Unde
Luc. Ignē veni mittere in terrā. ¶ Uel dic ꝙ talis sa
thanas significat maliciosos baliuos: qui nō cessāt
contra ecclesiaꝫ principes cōcitare: quapropter iustū
Aliter est eos in inferno igne interire. ¶ Uel dic ꝙ illi qui in
claustro vel religione vacant circa tꝑalia negocia: fa
ciliter ꝑliantur ꝑ discordiā/⁊ igniūt ꝑ auariciā: terrā
volunt ascendere ꝑ ambitionem: castra circumeunt ꝑ
eo. ca. c. sui obtentationē ⁊c. ¶ Uidit ioannes thronū candi
historia dū ⁊ magnū/et sedentē super eum: a cuius conspectu
fugit celum ⁊ terra: et tunc mare mors ⁊ infernus de
derunt mortuos suos. Et steterunt mortui/ pusilli et
magni in cōspectu throni et libri aperti sunt: ⁊ iudica
ti sunt ſm ea que scripta erant in libris/⁊ ſm opa eo
A rundē: et aptus est alius liber qui erat liber vite: ⁊ qui
Anagogia. non est inuentus in libro vite scriptꝰ/missus est in sta
gnum ignis ⁊ sulphuris. ¶ Thronus iste significat
celsitudinem maiestatis: in qua christus sedebit quā
do in iudicio apparebit. Ista enim magnifice veniet
ꝙa cōspectu suo celum ⁊ terra fugiēt: inꝙ̄tū a statu ⁊
forma pristina mutabunt: ⁊ transibunt ad speciē pul
chriorem. Et tunc mare/infernus/mors ⁊ terra dabūt
mortuos suos: quia resurgent mortui vbicunqꝫ fue
2. cor. 5 b rint: ⁊ stabunt in valle iosaphat in conspectu throni.
idest in cōspectu iudicis nri christi. Uñ apls. Oēs nos
manifestari oportet añ tribunal christi Et nūc libri. i.
singuloꝝ cōscientie aperientur: ita ꝙ alter in alterꝰ
conscientia intuebit quicq̄d boni aut mali fecerit in
hac vita: ⁊ quicquid alij fecerunt dū viuerēt: ⁊ sic ſm
huiōi scripturā. i. opa siue merita vel demerita recipi
ent iudicium vniuersi. Liber etiam vite. i. secretū mē
tis diuine tunc erit apertus. Et qui per predestinatio
nē et acceptationem ibi scriptus nō fuerit ab eterno
necesse habebit dānari: ⁊ in stagno/id est in abundan
tia ignis perpetuis incendijs consignari Uñ Exodi. exo. 32 g
Qui peccauerit in me/delebo illum de libro meo quē Aliter
scripsi ⁊c. ¶ Uel dic ꝙ a conspectu iudicis. i. a consy
deratione iudicij: mors. i. fetidus/ immūdus ⁊ luxu
riosus: mare. i. tumens ⁊ affluctuosus superbus: infer
nus. i. insaciabilis auarus: debent dare. vomere: ⁊ cō
fiteri mortuos suos. i. vitia ⁊ peccata: ⁊ libros cōsciē
tiarum aperire: ⁊ a sacerdote iudicari: ⁊ penam cōde
scendentem subire: alioquin in libro vite. i. eterne glo B
rie nō scribentur: ⁊ sic igne perpetuo cremabuntur. Aliter
¶ Uel dic ꝙ quādo iudex habet ante thronum suos
mortuos. i. suas personas accusatas: tunc vere debet
facere ꝙ libri aperiant: ⁊ ꝙ singuloꝝ merita eluces
cāt: ⁊ ſm ea debet eas iudicare Uerūtamē quicq̄d ap
paret in libris. i. in libellis et accusationibus seu pro
cessibus singulorum ipse tamen a parte sua semper
debet habere librum vite. i. conscientiam bene regu
latam: equitatem et mysterium cum pietate ⁊ clemen
tia moderatam: vt sic ſm merita iudicet equaliter. Et
nota istū iudicē ꝙ celū et terra fugit a conspectu eiꝰ:
qr vere totus mundus solet tremere in cōspectu iudi
cis in iustitia iudicantis. Iudex enim debet esse rigi
dus et austerus in apparentia: mitis ⁊ benignus in Aliter
conscientia. ¶ Uel dic ꝙ liber est volūtas et amor iu
dicis: in quo omnis iudicādus qui scriptus non fu
erit per acceptationē et recommendationem ⁊ mune
rum presentationē: vel alias vere necesse habet mitti
in ignem ⁊ tribulationē: et sine remedio condemnari
quia si quis non dederit more eorum quippiam/su
scitaui super eum prelium.

¶ Capitulū vicesimūprimū Textꝰ. Et vidi
celum nouum et terram nouā Primū enim
celum. Mora. Capi. XXII

Uidi inquit iohannes/celum nouum ⁊ ter historia
ram nouam. Primū eñ celuꝫ et prima ter Mora
ra abijt: ⁊ mare non est. ¶ Celum altum si litera.
gnificat superiores: terra infima/subditos
⁊ inferiores. Celum stellatum significat ecclesiam vel C
religionem: vbi stelle. i. clare honeste ⁊ discrete ꝑsone
debent lucere per doctrinam ⁊ exempla. Terra aūt si
gnificat seculares: Celū igit ⁊ terra sunt hodie noua:
qr oēs mundi status sunt hodie innouati: et a bonis
primis cōsuetudinibus imutati: qr vere moderni sta
tus non vident esse illi qui primi. Primū enim celuꝫ
⁊ terra abijt: sed pro certo mare iam nō est. Et eñ ibi
facta talis mutatio. i. amaritudo penitentie iā cessa
uit in seculo ⁊ in claustro. Ps: Quid est tibi mare qꝺ ps. 113. a
fugisti ⁊c. Nūc eñ mare. i. penitētia: iordanis. i. deuo
tio: fugerunt ⁊ defecerunt. ¶ Ioānes sublatus in spi eo. ca. c.
ritu in montem magnum et altum/vidit quādā no historia
uam ⁊ nobilem ciuitatem: ornatam cum omni lapi
de ꝑcioso: ita mēsuratam: ꝙ lōgitudo: latitudo ⁊ alti
tudo erāt equales: ⁊ erat ciuitas aurum mundū: deꝰ
erat lucerna: ⁊ tēplum eius in ea non erat: nec sol nec
luna illi lucebant: quia lucerna eius est agnus: ⁊ por
te eius non claudebantur die ac nocte: nihil coinqui Tropo
natum intrabit in illam. ¶ Ciuitas ista moraliter est logia.

vir perfectus vel beata virgo. Ista videlicet in mõte
ezec.28. alto.i.in eminentia sanctitatis: ornata est omni lapi
de precioso.i.cum gratia ꝛ virtute. Un̄ dicit: Omnis
lapis preciosus operimentum tuū. Iste igitur est mē
suratus ꝛ adequatus/tēperatus ꝛ moderatus in tri
bus dimensionibus: scȝ longitudine fidei/ꝛ in altitudi
ne spei/ꝛ in latitudine charitatis. Est eñ in fide neces
roma.12 saria mēsura quia non plꝰ sape ꝙ oportet sapere. In
d. spe etiam ne forte spes degeneret in presumptione.
D Etiā in amore: ne forte excat terminos ad corruptio
nem: ꝛ ideo tota ciuitas.i.totus homo debet esse au
rū mundum: Aurū dico: ꝛ ideo dico/ꝙ lucerna eiꝰ est
agnus: quia vere claritas agni.i.scientia debet homi
nem illuminare et illustrare ꝑ spiritualē discretionē.
Debet habere cor mundum ꝛ ideo nihil coinquina
tum.i.nullū vitium debet intrare in eū per opera vel
consensus. Dicitur etiam habere templum suū: ꝛ ni
hil adorare/nihil credere nisi deū. Porte etiam eius/
zac.11.a. scȝ voluntas et sensus debent esse aperte: ad recipien
D dum bonam doctrinam ꝛ bona exempla. Un̄ zacha.
Aliter Aperi libane portas tuas. ¶ Uel dic ad litteram/qd
iob.13.d porta debet esse aperta omnibus per hospitalitatem
Unde Iob: foris non mansit peregrinus: hospitium
meum viatori patuit. Illud maxime habuit beata vir
go: quia semper est aperta ad recipiendum ad miseri
Aliter cordiam peccatores. ¶ Uel dic ꝙ ciuitas ista est ec
clesia vel religio: vbi debet esse ciuium vnitas que re
uera debet esse ornata virtutibus debet esse mūda/au
rea/mensurata: et diuinis gratijs illustrata: cuius tē
plum et lux debet esse deus: quia nullus alterius fidē
vel sapientiam debet recipere. Cuius tamen contrariū
faciunt moderni ecclesiastici audiendo leges. Sem
per debet esse aperta. Non clauditur enim per termi
nos huius vite: sed aperta est ad recipiendum fidem
iob.31.d et penitentiam peccatorum. Unde illud predictum:
E foris non mansit peregrinus ꝛc. Nullus coinquina
tus vel symoniacus debet intrare in eam nec ad eius
officia promoueri. Sed hodie prohdolor verificat il
tren.1.d lud Tren. Uidi gentes ingressas sanctuariū tuū de
quibus preceperas ne intrarent ecclesiam tuam. Dilata
Aliter ti vt sicut in precedenti capitulo. Uel expone de glo
ria eterna: vbi non intrat aliquis coinquinatus: vbi
eo.ca.d. est claritas indefectibilis. ¶ Ciuitas noua hierlm quā
historia vidit ioannes habebat murū magnū ꝛ altū in quo
duodecim erāt porte: postea quelibet duodecim ha
buit angulos: ꝛ nomina duodecim filiorum israel in
portis singulis erāt scripta: ꝛ erat ciuitas in quadro
posita: et longitudo eius tanta quanta et latitudo la
tera eius erant equalia. Hic dicitur etiā ꝙ duode
cim porte duodecim margarite: singule porte erāt ex
singulis margaritis. Illā enim quidā angelus cum
Allego- arundine aurea mensurauerat: ꝛ in suis partibus ad
ria. equauerat. ¶ Per istam ciuitatē: id est ciuiū vnitatē
ps.86.a ecclesiam intelligimus. De quo Psalm. Gloriosa di
cta sunt de te ciuitas dei. Murus istius ciuitatis si
lu.22.d. gnificat fidem christi: que est murus inexpugnabi
lis ciuitatis. Unde Luce. Ego rogaui pro te vt nō de
ficiat fides tua. Per duodecim portas intelliguntur
duodecim apostoli: ꝛ quicunq; boni predicatores et
prelati: qui pro eo porte dicte sunt: quia per eos fide
les murum et ambitū ciuitatis id est fidē ecclesie in
esa.26.a trauerunt. Unde Esa. Aperite portas iustitie: ꝛ ingre
dietur gens iusta. Margarite etiā que sunt candide/
ma.13.f. cōfessores dicti sunt: pro eo ꝙ ꝑ castimoniā ꝛ innocē
tiā canduerūt/ꝛ ꝑ sapientiā splēduerūt. Unde christus

dici potuit similis homini patrifamilias/querēti bo
nas margaritas. Per duodecim angulos intelligi
mus duodecim articulos fidei: quia quelibet porta.
id est quilibet angelus vel bonus predicator vel pre
latus duodecim angulos habet.i.duodecim articu
los fidei credit. Articuli vero fidei anguli dicuntur/ꝑ
eo quia in ipsis scȝ in lapidibus angularibus totius
vite congeries continetur atq; sustinet. Unde Iosue: iosue.4
Elegerunt de medio aluei duodecim lapides durissi
mos. Per duodecim filios israel et per eorum nomi
na intelligo fidem veteris testamēti/ꝛ omniū patri
archarum: quis pro certo et duodecim anguli et duo
decim patriarcharum nomina in portis sunt: ad de
notādum ꝙ duodecim apli et duodecim patriarche
cum eorū sequacibus/duodecim articulos fidei credi
derunt: simulq; in eandē fidem et apostoli et patria
che conuenerunt. Ideo tā apostoli ꝙ patriarche duo
decim esse dicuntur: pro eo ꝙ eadem fides duodecim gen.42.
articulorū ab ipsis creditur ꝛ habetur. Unde in Ge e.
nesi: Duodecim fratres vnius patris filij sumus. Ista
enim ciuitas scȝ ecclesia/dicitur quadrata per quatuor
virtutum cardinalium quadraturam: mensurata per
debiti regiminis prelaturam: dicitur adequata ꝑ de
bitam iustitiam et censuram: quia pro certo latera ip
sius ciuitatis id est persone/debent inter se equalita
tem habere: inquātum proportionabiliter debent in
gradu et statu conuenire inuicem. Dico igitur ꝙ ciui
tas muro fidei circūcincta per quatuor virtutes qua G
drata: et ab ipso angelo testamenti arundine sue oc
culte dispositionis in suis personis proportionabi
liter adequata: duodecim portas.i. duodecim apo
stolos cū duodecim angulis.i. cū duodecim articu
lis fidei habuit: in quibus etiā nomina filiorū israel.
idest antiquorū patrū fidem continuit: ꝛ sic vtrāq; fi
dem noui et veteris testamēti simul conuenire mon
strauerunt et sic etiā christus est paterfamilias: qui ꝑ ma.13.e
fert de thesauro suo vetera et noua. ¶ Uel dic ꝙ ista Aliter
ciuitas est anima: in qua scilicet intellectus est rex/ꝛ
voluntas regina/populus potentie sensitiue: que mu
rum diuine gratie et protectionis continent: et duo
decim portas id est duodecim apostolorum doctri
nas tenet duodecim angulos.i.duodecim articulos
fidei credit: et nomina duodecim patriarcharum/et
sanctorum patrum nomina ꝛ exēpla ꝑ imitationem
ostendit. Que per quatuor virtutes est quadrata/per
iustitiam adequata/per temperantiā debite mensura esa.43.c
ta. Unde Esa. Extendetur super eam mensura. ¶ Uel Aliter
dic ꝙ angelus qui mensurat ciuitatem/est bonus pre
latus qui cum mēsura aurea.i.mediāte iustitia ꝛ pru
dentia debet ecclesiam sibi commissam et etiā subdi
tos mensurare: ꝛ quātū proficiant vel deficiant cogita
re: vt sic possit eos sm̄ merita in officijs et beneficijs eo.ca.c.
promouere. ¶ Ciuitas noua hierusalem habebat in
suis partibus scȝ orientali/aquilonari/occidentali/
australi duodecim portas: quia scȝ ab oriente erant
tres porte ab occidente similiter tres protendebant
ab australi similiter tres ꝛc. sic concludebatur portis
duodecim ꝛc. ¶ Ista que iam de hierusalē dicta sunt Mora-
mystice intelligi et aliter possunt. Sic enim perfectꝰ litas
homo moraliter habet quatuor portas. id est qua- Tropo-
tuor cardinales virtutes: scilicet orientalem que est logia
pars lucida: et hec est prudentia. Aquilonarem que
est pars cōstricta et solida: et hec est fortitudo seu cō- H
stātia. Occidētalē que est pars frigida ꝛ humida: hec
est tēperantia. Meridionalē que est est pars feruida
ꝛ hec

& hec est iustitia: quia pro certo homo iustus seu ciuitas anime vel cordis religio/vel ecclesia debet habere prudentiam ad illuminandum tanquam orientem: Fortitudinem ad mala sustinendum tanquam aquilonem. Temperantiam ad prosperis bene vtendum tanquam occidentem. Iustitiam ad mala puniendum tanquam meridionalem partem feruidam & vrentem.
ezec.1.b Unde Ezechiel. Apparuit rota vna super terram habens quatuor facies id est quatuor virtutes cardinales: sed quelibet illarum partium seu virtutum habet tres portas id est tres particulares virtutes: quia dicitur talis prudentia habet portam sapientie: per quam intrat notitiam superiorum. Portam scientie/per quam intrat notitiam rerum inferiorum. Portam consilij/per quam intrat notitiam actuum & agibilium exteriorum. Unde dicitur. Tres sunt qui testimonium perhi-
1.io.5.d bent in celo/id est tres sunt virtutes que celesti subministrant prudentie: vt de viro prudenti dicatur illud.
2.re.23.a Dauid sedet in cathedra sapientissimus inter eos. Item
A aquilonaris fortitudo tres similiter habet portas id est tres alias particulares virtutes: per quas ingreditur ciuitatem mentis: & iste sunt humilitas/spes & oratio. Spes enim attendit ad premium. Oratio procurat adiutorium. Humilitas debilitat aduersarium. Istis enim tribus virtutibus roboratur fortitudo mentis & corporis. Et per istas tres portas intrant menia domus cordis. Unde de istis tribus partibus fortitudinis po-
2.re.23.e test dici illud. Irruperunt tres fortes castra philistinorum & cetera. Item occidentalis temperantia habet tres portas id est tres virtutes theologicas particulares: scilicet timorem/quo temperantur cordis vanitates. Abstinentiam qua temperantur carnis voluptates. Paupertatem voluntariam/qua temperantur rerum superfluitates. Et sic potest dici de temperantia
esa.40.c illud quod dicit Esaias. Quod ipse appendet tribus digitis molem terre & cetera. Item meridionalis iustitia similiter habet tres portas: id est habet tres speciales virtutes: scilicet liberalitatem/que premiat bonos & seueritatem/que sententiat malos & peruersos: equi-
3.reg.7.b tatem que iudicat inter vniuersos. Unde iustitia potest dici illud atrium maius rotundum: quod habebat ordines de lapidibus sectis. Iustitia enim atrium maius dicitur: quia maior & vtilior ceteris virtutibus perhibetur. Dicitur etiam rotunda: quia ista debet esse plena & vera: & nunquam per fallaciam obliqua/et per dissimulationem variam angulosa. Tres etiam ordines dicuntur habere: inquantum tres partes sue seu virtutes predicte semper debent concomitare. Iste igi-
B tur sunt duodecim partes porte/per quas intrat ad animam spiritussanctus & gratie & virtutes: quia pro certo per portas prudentie intrat deus ad nos erudiendum. Per portas fortitudinis intrat ad nos roborandum. Per portas temperantie intrat ad nos mundificandum. Per portas iustitie intrat ad nos iustifican-
ps.117.c dum. Unde Dauid in Psalmo. Aperite mihi portas
ecc.25.a iustitie. Et de tali triplicitate dicatur illud Ecclesiasti-
Aliter ci. In tribus beneplacitum est spiritui meo. ¶ Uel dic quod ciuitas est ecclesia. Porte duodecim significant fidem/que duodecim articulos habet: sed iste porte in tres distinguuntur: pro eo quod in quatuor plagis terre circunquaque est ecclesia seu fideles: vt trinitatis mysterium credatur: & fides ipsius teneatur
Aliter ¶ Uel dic quod ciuitas est homo: qui in oriente puericie in aquilone adolescentie/in meridie iuuentutis/in occidente senectutis: necesse est quod tres portas habeat id est quod sancte trinitatis fidem credat: vel tres portas: id est tres virtutes theologicas: scilicet fidem/spem/& charitatem habeat. Uel tres portas/id est munditiam cordis/oris & operis gerat: vt dicatur illud predictum. In tribus beneplacitum est spiritui meo. ¶ Noua ciuitas hierusalem multa duodenaria continebat ecc.25.a
Continebat enim duodecim stadia/duodecim portas Eo.c.d
duodecim angulos duodecim lapides preciosos duo- historia
decim nomina apostolorum duodecim nomina filiorum israel. ¶ Cum dictum sit quod ciuitas animam significet: sciendum est quod per stadia que dicuntur Tropo-
a stando/intelligitur sue perseuerantie stabilitas. Per logia
fundamenta que habet/intelligitur virtutum cardina- C
lium firmitas. Per portas eius intelligitur sacramentorum vtilitas. Per lapides preciosos intelligitur suarum virtutum moralium nobilitas. Per apostolorum nomina/doctrine apostolorum autoritas. Per nomina filiorum israel/sanctorum patrum & suorum exemplorum sanctitas siue bonitas. Iste sunt partes ciuitatis moralis/id est anime: sine quibus non diceretur neque hierusalem neque noua: que deus spiritualiter continet. Hierusalem id est pacifica/& noua/id est gratiosa & placida debet dici. Unde dicitur. Uidi ciuitatem
sanctam hierusalem de celo descendentem. Sed quid? apo.21.a
In omnibus istis perfecte anime partibus debet numerus duodenarius/per quem fides catholica intelligitur/relucere. Numerus duodenarius duodecim fidei articulos significat: quos pro certo in omnibus actibus aia sctam portat: quia reuera nulla pars ipsius sufficiens esset/nisi ibi fidei veritas reluceret: quia nec porte sensuum/nec fundamenta virtutum cardinalium/nec lapides preciosi virtutum moralium/anguli sacrorum/nec nomina seu doctrina apostolorum nec exempla sanctorum patrum proficiunt/nisi duodenarius fidei semper assit. Unde dicit Apostolus. Sine fide impossibile est pla-
cere deo. ¶ Uel dic quod ista ciuitas est ecclesia: cuius stadia quod heb.11.a
ipsum mensurauerunt/fuerunt angeli: fundamenta fue- Aliter
runt patriarche. Porte fuerunt apostoli. Anguli fuerunt virtutes. Lapides preciosi fuerunt virgines & confessores. Apostoli sunt prelati & predicatores. Filij israel sunt omnes fideles. In istis autem omnibus duo- D
denarius numerus/id est fides catholica resplenduit: & in ipsis fidei veritas semper fuit. ¶ Uel dic quod
iste duodenarius numerus est nobis stadium ad cur- Aliter
rendum fundamentum ad sustinendum: porta ad intrandum: angulus ad fortificandum: lapis preciosus ad nos ornandum: apostolos ad nos docendum patriarcha ad nos spiritualiter generandum. ¶ Uidit
ioannes ciuitatem nouam/cuius platee erant ex auro cod.c.fi
purissimo: perlucide tanquam vitrum cuius funda- historia
mentum erat ornatum omni lapide precioso. Ibi enim nominat duodecim lapides preciosos/quibus est ornatum fundamentum ciuitatis. Primus lapis fuit iaspis. Secundus sapphirus. Tertius calcedonius. Quartus smaragdus. Quintus sardonius. Sextus sardius. Septimus crysolitus. Octauus berylius. Nonus topazius. Decimus crysopassus. Undecimus hiacynthus. Duodecimus amethystus. ¶ Ista ciuitas
est anima vel quilibet vir perfectus: cuius platee con- Tropo-
scientie debent esse auree per sanctitatem seu vi- logia
tree seu lucide per sapientie claritatem. Fundamentum enim cordis sui debet habere duodecim ornamenta: duodecim virtutes figuratas in istis duodecim lapidibus preciosis: et sic proprie sit illud fundamentum sicut vas au- ecc.50.b
ri solidum/ornatum omni lapide precioso. ¶ Est igi- E
tur primus lapis iaspis: qui phantasmata fugat/et Iaspis.

incantatoribus resistit: sedes oculorum purgat / ⁊ vi-
sum acuit. Hec est fides / que est prima aliarum virtu-
heb.11 e tum: quia secundum Apostolum. Sine fide impossi-
bile est placere deo. Ista enim est que phantasmata id
est demonia fugat: ⁊ incantatoribus / id est hereticis
obuiat: oculum cordis / id est visum discretionis acuit
esa.54 c atque purgat. Unde Esaie. Ponam iaspidē propugna-
sapphi- cula tua. ¶ Secundus lapis est Sapphirus: qui cele-
rus stem habet colorem et secundum Diascoridem / virtu-
tem letificatiuam / per quam significatur spes que to-
ta est lucida: ⁊ celestis / inquantum celestia sperat bo-
na: que etiam desolatos letificat: ⁊ ideo de hoc dicit
esa.54 c dominus anime vel ecclesie. Fundabo te in sapphiris.
calcedo ¶ Tertius lapis est calcedonius: qui secundum Dias-
nius coridem facit vincere causas: ⁊ calefactus attrahit pa-
leas: per quem intelligitur charitas / que aliarum vir-
tutum est seruatrix: que causas / id est temptationes vin-
cit: ⁊ que paleas / id est infimos ad salutem trahit. Un-
1.co.13 c de dicit Apostolus. Charitas omnia suffert. ¶ Quar-
Smara tus lapis est Smaragdus qui est viridis coloris / con-
gdus fortans oculos: ⁊ quiuisu confortat: ⁊ portanti se dat
persuasoria verba: ⁊ diuinare volentibus valet secun-
dum lapidarium. Et per istum intelligitur prudentia:
que oculos aliorum confortat / inquantum delectabi-
le est videre hominem prudentem. Uisum intellectus
seruat: verba persuasoria ⁊ eloquentia dat: diuinare et
predicare volentes super omnia iuuat. Ista enim est
prima cardinalium virtutum / quam homo summe de-
bet appetere scilicet prudentiam: ⁊ hoc quia sine ista ce-
f tere parum noscuntur valere. Ideo bene docet sapiēs
pro.7.e Diri sapientie / Soror mea es: ⁊ prudentiam amicam
Saedo- meam vocaui. ¶ Quintus lapis est Saedonius: qui
nius luxuriam depellit: ⁊ hominem humilem ⁊ pudicum fa-
cit: ⁊ significat temperantiam: que luxuriam / id est om-
nem superfluitatem tollit: humilitatem ⁊ pudicitiam
semper gignit. De qua Prosper in libro de vita contē-
platiua ait. Temperantia facit hominem sobrium / par-
cum / moderatum ⁊ pudicum. Hec enim libidinis affe-
ctum temperat: desyderia sancta multiplicat / vitiosa
castigat: inter nos confusa omnia ordinat: prauas cogi-
Sardi9 tatiōes remouet: sanctas inserit: voluptates extinguit
⁊ totum hominem temperat ⁊ componit. ¶ Sextus
lapis est sardius: qui sanguinei coloris est: in cuius pre-
sentia onyx lapis maleficus nō potest nocere: timorē
pellit: ⁊ hominem audacem facit. Iste significat forti-
tudinem: quia pro certo iste coloris sanguinei debet
esse: inquantum proprium sanguinem fundere non so-
let timere: quinimmo solet timorem pellere: ⁊ homi-
nem audacem facere: ⁊ nocumentum onycis / id est tē-
tationem diabolicam resistendo refrenare. Unde Am-
brosius libro primo de officijs de fortitudine dicit: quod
fortitudo virtutes custodit: iustitiam seruat: contra
vitia est inimica: ad laborem fortis: ad pericula rigi-
Chryso- da ⁊ aduersa. ¶ Septimus lapis est Chrysolithus /
lithus ignem velocissime rapiens qui demones fugat ⁊ ter-
G ret: ⁊ timores nocturnos pellit. Et iste significat iusti-
tiam / que ignē zeli ⁊ seueritatis faciliter concipit: de-
mones id est maleficos homines tollit: timore malo-
rum sublato / patriam securam reddit. Unde de isto la-
pide scilicet de iustitia et iusto homine dicitur illud da-
dan 10 a nielis. Quod ipse vidit filium hominis: cuius corpus
beryll9 erat quasi chrysolithus. ¶ Octauus lapis est Beril-
lus cuius virtus secundum Diascoridem est contra pe-
ricula hostium: ⁊ contra inimicum hominem inuictū
facit: ⁊ inter beryllos ille qui est pallidior / est melior: per

quem intelligitur patientia: que inter lites ⁊ pericula
summe valet: quia sicut dicit Seneca. Cuiuslibet dolo-
ris remedium est patientia. ¶ Nonus lapis est topa- topazi9
zius / siue topazion inde cernabile / lapis clarissimus: qui
secundum Lapidarium ad sanguinem stringendum
⁊ ad aquam bullire non permittendum valet: omnium
lapidum superat claritatem. Et sic iste significat casti-
tatem: que est proculdubio virtus cara: quia cara auis
in terris ⁊ nigro simillima cygno: que sanguinem lu-
xurie restringit: ⁊ feruorem concupiscentie compescit
⁊ aliarum virtutum pulchritudinem antecedit. Unde
dicitur. O quam pulchra est casta generatio cum cla- sap.4 a
ritate. ¶ Decimus lapis est Chrysopassus: quem lux Chryso-
celat: ⁊ prodit obscuritas. In obscuro enim splendet passus.
⁊ sub diuo positus eius claritas absconditur atque pal-
let: ⁊ iste est humilitas que sub diuo: id est hominis
apparentia non querit splendere: sed in obscuro id est
in abscondito ⁊ secreto: quia pro certo humilitas ob-
scuritatem querit: ⁊ omnem hominis presentiam: om-
nemque vanam gloriam semper fugit. Unde illud Mat-
thei. Intra cubiculum tuum: ⁊ ora patrem tuum qui mat.6 a
in celis est: qui videt in abscōdito. ¶ Undecimus la- H
pis est Hyacinthus: qui est lapis secundum tempora Hyacin-
conditionem mutans: quia secundum quod tempus thus
est turbidum vel serenum: lapis iste fit serenus ⁊ turbi-
dus. Et significat virtutem discretionis: que secundū
bona tempora ⁊ personas se solet mutare: ⁊ vnam cum
vno / ⁊ aliā cū alio: nūc clara ⁊ affabilis: nūc obscura ⁊
tristabilis debet esse. Uel dic quod ista est cōpassio: que nouit
cū flentibus flere: ⁊ cum gaudentibus gaudere: exēplo
Apostoli qui dicebat: Omnibus omnia factus sum.
¶ Duodecimus lapis est amethystus / lapis violace9 1.co.9 d
in colore: qui secundum Diascoridem valet contra ebrietates amethy-
bonum confert intellectum: ⁊ hominem facit vigilem stus
Et iste significat sobrietatem: que ad literam ebrieta-
ti resistit: hominem vigilem ⁊ diligentem efficit: ma-
las ⁊ immundas cogitationes repellit: ⁊ intellectum
acuit. Unde Leo papa in summa: De abstinentia pro-
deunt caste cogitationes / rationabiles voluntates / sa-
lubria consilia. Per hanc enim caro concupiscens mo-
ritur / ⁊ spiritus virtutibus innouatur. ¶ Ista sunt duo-
decim hominis fundamenta / seu duodecim fundamē-
ta nostre cōscientie vel gratie: vel etiā ecclesie ornamē-
ta: ⁊ duodecim lapidum preciosorum id est virtutum
spiritualium paramēta: ita quod cuilibet homini sic fun-
dato / vel ipsi ecclesie sic a deo stabilite: vel etiā cuilibet
prelato: qui est subditorum seu ecclesie fundamentum: A
potest dici illud Ezech. Omnis lapis preciosus operi- ezec.28 c
mentum tuum: sardius / topazius / iaspis / crysolitus
⁊ onyx: beryllus: saphirus ⁊ carbunculus ⁊ smaragd9
vt de talibus fundamentis dicatur illud Psal. Funda- ps.86 a
menta eius in montibus sanctis.

¶ Capitulum vicesimumsecundum textus Et ostendit mihi fluuium aque viue splendi dum tanquam crystallū. Morali. Capi. XXIII

Sicut dicit in Apoca. Ciuitas noua nouū ha- apo.22 a
bebat templū: nec sole nec luna egebat: quia ipsam historie
dominus illuminabat. Et lucerna ipsi9 agnus
erat. Ista enī nullā prorsus habebat noctem:
porte eius nullatenus claudebantur: ⁊ nullus coinqui-
natus aut abominatione aut mendacium faciēs illuc
ingrediebatur: immo canes et venefici: impudici ho-
micide: seruientes idolis et mendacia facientes fo-
ris eijciebantur: quia ibi erat sedes dei et agni: et ser-
ui eius

ni eius ad serviendum ei: ad videndum faciem eius
Allegoria omnes ibi solummodo admittebantur. ¶ Ista possunt allegorice dici de ecclesia vel religione: quia pro certo ista non debet habere vel querere templum: id est cuiuscunque hypocrisis vanitatem: solem idest mundane glorie claritatem. Lunam: id est mundane prosperitatis mutabilitatem ⁊ eclipsibilem facultatem: quia pro certo solum deum debet habere pro lumine: ⁊ stellam agni: id est christi gratiam debet appetere pro lucerna: quia ecclesia vel religio a deo debz illuminari nec accipere mundi lumen aut gloriam non querere sed lucem que christus est solummodo affectare. Psal.
ps.118 Lucerna pedibus meis verbum tuum: ⁊ lumen semitis meis. Porte illius debent esse apte qui porte hospitales esse debent et apte ad recipiendum peccatores ad fidem ⁊ ad penitentiam: quia ista non debet claudere gremium penitenti: ⁊ dignos
esa.26.a ad officia vel beneficia admittendum. Unde Esa. Aperite portas: ingredietur gens iusta/custodiens veritatem. Porte ipsius materiales ad pauperes sustentandum/⁊ hospitalitatem indigentibus faciendum: ut sic
iob.31.d dicatur illud Job. Foris non mansit peregrinus: ostium meum viatori patuit. Unde versificator ait. Porte patens esto: nulli clauderis honesto. Quia revera servi dei ⁊ agni/id est viri iusti: debent infra portas ecclesie per promotionem admitti: ut ibi possint deo servire: ⁊ faciem eius contemplari: ut dicitur in Psalmista.
ps.117.c Aperite mihi portas iustitie: ingressus in eas confitebor domino: hec porta domini: iusti intrabunt in eam. Nullus tamen immundus aut peccator ibidem recipi debet: quinimmo canes/idest insatiabiles/cupidi ⁊ avari: venefici id est pestiferi: immundi idest luxuriosi: homicide id est detractores: ⁊ malefici ⁊ idolatre/id est superstitiosi/⁊ heretici/⁊ sortilegi debent foris extra ecclesiam impromoti relinqui. Non enim dignum est quod tales ad fidem dei ⁊ agni/id est ad statum ecclesiastice dignitatis ascendant: vel quod ad portas ecclesie introeant. Psalmist. Quibus iuravi in ira
ps.89.b
mea si introibunt in requiem meam. Cuius tamen proh dolor fit hodie oppositum: quia mali per portas ecclesie introducuntur: boni vero ⁊ servi domini ab ecclesie beneficiis repelluntur. Unde dicitur. Vidi gentes
tren.1.d ingressas sanctuarium tuum: de quibus preceperas ne intrarent ecclesiam tuam ¶ Vel dic quod ista civitas
Aliter est paradisus: ubi non est templum manufactum: nec sol nec luna: quia speculum eius in eternum est deus ipsius luminare ⁊ lucerna. Ista est civitas/que usque ad finem seculi apertas habet ianuas: solos tamen servos dei recipit: coinquinatos ⁊ peccatores alios non admittit: quia secundum Augustinum sicut nulli digno negabitur: ita nulli indigno conferetur. ¶ Vel
Aliter dic quod in malo significato talis civitas est anima peccatrix/vel ecclesia moderna: quia iam non est templum devotionis/ubi deficit sol discretionis: vel cessat luna recte compassionis: ubi non clauduntur porte sensuum delectabilium: nec porte beneficiorum clauduntur ambitiosis/seu munera apportantibus. ¶ Vel
Aliter dic quod civitas est verbum iusti: in quo est sedes dei ⁊ agni per gratiam: que a deo illuminatur per fidem
D ⁊ sapientiam: ita quod non habet noctem/id est errorem aut ignorantiam: nec querit templum/id est ecclesiasticam dignitatem: nec solem/id est mundane scientie claritatem: nec lunam/idest mundane opulentie facultatem. Portas cordis ⁊ sensuum habz apertas: ad recipiendum res que ad salutem sunt necessarie. Verumtamen nihil coinquinatum/idest nulla mala cogitatio aut affectio mala debet ibi recipi per alicuius male complacentie voluptatem. Unde illud Matthei. Elegerunt bonos in vasa sua: malos autem foras miserunt. ¶ Vidit ioannes fluvium aque vite splendidum tanquam crystallum in medio platee civitatis: procedentem de sede dei vivi ⁊ agni: ⁊ ex una parte fluminis lignum vite: afferens fructus duodecim per menses singulos: reddens fructus ⁊ folia sua ad sanitatem gentium. ¶ Per istum fluvium intelligitur voluptas eterne glorie: que satiat/potat ⁊ refrigerat beatos: et que in civitate dei/id est paradisi de ipsa sede maiestatis divine immediate influit. Psalmista: Torrente voluptatis tue potabis eos: quoniam apud te est fons vite. Iste igitur fluvius eterne vite vel glorie duas habet partes/scilicet christi divinitatem ⁊ humanitatem quia in istis duabus pendet tota contemplatio beatorum: sed ex utraque parte istius fluminis invenitur lignum vite/id est ex una natura vitales/perpetua ⁊ eterna: videlicet natura angelica ex parte eius divinitatis: ⁊ natura humana ex parte ipsius humanitatis. Homo enim ⁊ angelus sunt duo ligna vite: que percipiunt visionem beatam: ⁊ potantur flumine voluptatis eterne. Unde de quolibet beato dicitur illud Psalmiste. Quod ipse sit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius/idest decor eius non defluet: ideo quecunque faciet/semper prosperabitur. Sed pro certo ista ligna/idest beati: proferunt per menses singulos fructus duodecim. Mensis enim dicitur a mene quod est defectus: eo quod in quolibet mense luna deficit: ⁊ significat defectus huius mortalis vite: fructus vero ligni vite/significant gaudia et premia paradisi. Oportet enim ostendere quomodo per menses singulos/idest contra duodecim defectus quos patitur ista vita: ille arbores paradisi/scilz beati: habent duodecim fructus/idest duodecim gaudia sive premia: ita ut singuli fructus singulis mensibus: ⁊ singula premia sive gaudia singulis huius vite defectibus applicentur. Menses igitur/id est defectus nostri: in hac vita sunt sex quantum ad animam: scilicet oblivio in memoria: in intellectu ignorantia: in affectu concupiscentia: dolor presentium malorum/timor futurorum/languor virtutum naturalium. Quantum ad corpus sunt alii sex scilicet passibilitas sine sanitate: gravitas sine agilitate: obscuritas sine claritate/⁊ plena cecitate: condensitas sine subtilitate: labor sine quiete: mors cum necessitate. Sed pro certo contra istos duodecim menses seu defectus/sancti habent duodecim fructus: id est duodecim gaudia. Et primo scilicet quantum ad animam: in memoria firmitatem: sine oblivionis fervore: in intellectu veritatem/sine ignorantie errore: in affectu sufficientiam: sine cupiditatis ardore: in animo voluptatem/sine tristicia vel dolore: in statu securitatem/sine dubio vel timore: in natura prosperitatem/sine desyderio vel languore. Item quantum ad corpus habebunt sanctitatem sine passibilitate: ⁊ agilitatem sine ponderositate: claritatem sine obscuritate: subtilitatem sine densitate: quietem sine turbatione: vitam sine mortis terminatione. Et sic beati qui sunt ligna vite/per singulos menses habent singulos fructus: remedia vel profectus: ita quod quelibet anima potest dici illa mulier de qua dicitur. Signum magnum apparuit

Right margin: mat.13.f · eod.c.a · historia · Anagogia · ps.35.b · psal.1.a · E · psal.1.b

apparuit in celo: mulier amicta sole: ⁊ luna sub pedi-
bus eius: ⁊ in capite eius corona stellarum duodecim.
Aliter Tropologia ¶ Uel dic quod lignum vite quod sedet super oram flu
minis dei sedentis / est vir iustus: qui super fluuium
deuotionis / compassionis ⁊ compunctionis sedet: qui
fluuius a sede dei ⁊ agni / id est inspiratione vel influ-
entia christi procedit: quia pro certo iste duodecim fru
ctus solet portare / id est duodecim pietatis opera fa-
cere: ⁊ inde alios recreare: qui fructus / id est pietatis
opera sunt duodecim: scilicet sex spiritualia ⁊ sex cor-
poralia: qui in istis duobus versibus continentur. In
strue / castiga / remitte / solare / fer / ora. Uestio / poto / ci-
bo / recolligo / visito / condo. Ut sic de homine pio ⁊ fru
3.re.11.f G ctuoso dicatur illud Regum: quod Ahias diuisit pal
lium suum in duodecim partes. Pallium enim bono
rum nostrorum tam spiritualium quam corporalium
in duodecim partes diuiditur: quando duodecim pie-
tatis opera a nobis in alios diffunduntur. Et procul
dubio folia istius ligni / id est verba viri iusti ad sani-
tatem aliorum proficiunt: inquantum verbis talium
Aliter alij boni fiunt. ¶ Uel dic quod illud lignum signifi-
cat crucem cum suo crucifixo: quod in medio ciuita-
tis ecclesie super fluuium deuotionis est situm quia
pro certo per menses singulos / id est contra singulos
viciorum defectus ibi inueniuntur duodecim gratia
rum / virtutum ⁊ exemplorum fructus. Mensis enim
dictus est a mene quod est defectus: ⁊ significat mun-
di defectus vel vitia. ¶ Est enim primus mensis in an
Januarius no peccati Januarius: qui dicitur quasi anni ianua:
significans superbiam / que est initium ⁊ ianua pecca-
eccl.1.b torum. Unde illud Ecclesiastici. Initium omnis pec-
cati est superbia. Et illa pingitur cum tribus facie-
bus: eo quod triplex est superbia / scilicet preferre se
maioribus / paribus ⁊ minoribus. Uel eo quod super
bia nascitur ex tribus causis: scilicet eminentijs / diui-
tijs / ⁊ ex gratijs naturalibus. Uel istas tres facies ha-
bere dicitur: pro eo quod superbus supra plures ho-
mines valere se opinatur. Unde dicitur. Quatuor fa-
ezech.1b cies vni. Et ideo sol in aquario tunc dicitur esse: qui
scilicet pincerna deorum dicitur fuisse: ad denotandum
D quod superbi summe gaudent in magnatum officijs
Februarius alti esse. ¶ Secundus mensis est Februarius: dictus
a febre: quia pingitur se calefacere ad ignem: ⁊ signifi
cat defectum luxurie: qui facit eam per mala desyderia
calefieri / ⁊ febricitare: ⁊ semper in igne concupiscentie
ecc.38.c estuare. Unde illud Ecclesiastici. Uapor ignis vret car
nes eius: ⁊ in calore fornacis concertatur. Et tunc sol
in piscibus esse dicitur: quia scilicet sol / id est ratio lu-
xuriosorum: in piscibus / id est in carnis voluptatibus
Martius implicatur. ¶ Tertius mensis est Martius / dictus a
marte deo belli: qui pingitur scindens vineam: et in
ipso sol est in ariete: ⁊ significat iracundiam: que con-
tra homines per impatientiam mouet bella: atque vi-
neas / id est simplices scindit ⁊ ledit: ⁊ more arietis ip-
sos litibus ⁊ contentionibus percutit ⁊ inuadit: ver-
bis ⁊ verberibus ⁊ accusatione non modica ipsos fe-
ecc.28.a rit. Ecclesiastici. Homo homini seruat iram.
Aprilis ¶ Quartus mensis est Aprilis: vbi terra se incipit ape-
rire: qui pingitur homo armatus / vadens ad bella su
per equum. Et tunc est sol in thauro: qui significat pec
catum crudelitatis ⁊ seuitie: quod est semper armatum
ad vindictam de aduersarijs sumendam: ⁊ more thau
ri semper seuitiose incedit: ⁊ terram seu patriam suam
rapinis ⁊ exactionibus aliorum virescere facit. Con-
tra quos dicitur illud Ecclesiastici. Non te extollas eccl.6.a
in cogitatione tua / sicut thaurus currens doinestu-
cos tuos. Quia sicut dicitur ibidem. Qui vindicare ecc.28.a
vult / a deo inueniet vindictam. ¶ Quintus mensis est Maius A
maius: a madificatione pluuiarum dictus: qui pin-
gitur iuuenis: floribus circumseptus: significans pec
catum lascivie: quo fatui iuuenes floribus: id est cu-
riosis vestibus ⁊ moribus se adornant: ⁊ nihil aliud
quam flores mundane glorie optant: ⁊ delicijs carna
libus pre ceteris se madidant ⁊ humectant dicentes il
lud quod dicitur in libro Sapientie. Uino ⁊ vnguen sap.2.b
tis preciosis impleamus nos: ⁊ non pretereat nos flos
temporis. Coronemus nos rosis antequam marce-
scant. Ideo sol tunc videtur esse in geminis: quia isti
letitiam suam geminant et duplicant. ¶ Sextus men Junius
sis est Junius: in quo iam terra calescit ⁊ siccatur. Et
ideo prata tunc temporis defalcantur: quia iste cum
falce secando herbam depingitur. Et sol in cancro eius
medio subinfertur. Et significat peccatum parcitatis
⁊ auaricie: quod est in male seruando: quod scilicet fa
cit terram nostri cordis per cupiditatem calefieri: et
incompassionem secari: ⁊ quod herbas: id est diuiti-
as falcare ⁊ amplecti: ⁊ sibi per parcitatem retineri cu
rat: ⁊ nihil expendere: omnia autem seruat: ⁊ quod so
lem: id est animam in cancro (quod est animal retro
gradum) intrare facit: inquantum ipsum a celestibus
ad terrena retrogredi procurat. Unde Innocentius
de miseria humana dicit: quod auarus nec patienti-
bus compatitur: nec miseris miseretur. Sequitur.
Iste est qui deo prefert aurum: paradiso preponit ar-
gentum. ¶ Septimus mensis est Julius: in quo ori Julius
tur stella que dicitur canis: ⁊ sol in leonem intrat: in B
quo maximus regnat calor: ⁊ iste pingitur quasi sege
tes secans: quia tunc solent arua segetibus expoliari:
significans detractionem ⁊ inuidiam: quam concomi
tatur canis mordens: ideo ore fetens: id est mordax ob
locutio / ⁊ fetida inflammatio: quia detractor ⁊ inuidus
solent segetes ⁊ virtutes ⁊ sufficientias aliorum falce
sue lingue truncare: ⁊ ipsos bonis suis ⁊ honoribus
spoliare. Unde Job. Agrum non suum demetunt: et iob.24.
vineam eius quem vi oppresserunt: vindemiant. ¶ Oc b.
tauus mensis est Augustus: qui dicitur ab augendo: Augustus
tunc enim segetes triturantur: et grana segetum au-
gentur: ⁊ ideo iste blada triturans ⁊ excutiens pingi-
tur: ⁊ sol in signum virginis tunc mouetur: significans
vitium rapine ⁊ auaricie: quod est in male acquiren-
do: quia auaricia non cessat grana segetum: id est di-
uitias pauperum per rapinas ⁊ vsuras excutere: ⁊ di-
uitias diuitijs adaugere / ⁊ ipsos pauperes tribulatio
nibus triturare: ⁊ ideo sol: id est animus talium tunc
temporis solet virginem / id est sterilitatem virtutum
subintrare. Unde dicitur. Ephraim vitula docta dili- ozee.10c
gere trituram: ⁊ ego transiui super pulchritudinem
colli eius. Ephraim enim interpretatur augustus: et
designat illos qui diuitias suas augere non cessant.
Unde in Prouerbijs dicitur. Calumniatur pauperem pro.22.c
vt diuitias suas augeat: dabit ipse ditiori: et egebit. C
¶ Nonus est September: in quo vina colliguntur: ⁊ September
ideo vindemians: seu in dolijs vina fundens depingi
tur: ⁊ significat ebrietatem: seu deliciarum voluptatem
que de vinis ⁊ delicijs curam gerit. De quo dicitur in
esa. Ue qui potentes estis ad bibendum vinum / ⁊ ad se esai.5.c.
ctandum

ctandum ebrietatem vsq; ad vesperam. Et ideo tunc
temporis sol intrare libram dicitur: quia isti ad nihil
aliud vacant nisi ad librandum/ponderandumq; cui
vinum prefertur/ad ipsaq; vina libandum domino vē
tri suo. ¶ Decimus mensis est October: in quo semi-
Octo- na in terram proyciuntur: ideo in forma hominis se-
ber. minantis pingitur: quia tunc primos fructus per se-
mina noua alios recuperare conantur: et significat vi
tium inconstantie: quod fructus bonorum operū nō
custodit: immo quotidie per ipsū perdit illos: et quo
tidie semina bonorum propositorum recuperare con-
tendit. Ideo sol tūc in scorpione dicitur: pro eo quod
sol/id est mens talium more scorpionis in cauda/id
est in fine: a facie id est a principio/diuersificari dicit.
Ita quod talibus seminatoribus potest dici illud qđ
leui.26 c dicitur in Leuitico. Frustra seretis sementem/que ab
hostibus deuorabitur. Iste enim mensis nunq̄ come
dit quod seminat: sicut nec homo inconstans fructū
capit de bono quod inchoat. Unde in euangelio Lu-
ce dicitur. Iste homo cepit edificare/et non potuit cō-
luc.14 c summare. ¶ Undecimus mensis est Nouember: in
Nouē- quo tantum frigus viget/quod pori terre et animali-
ber um clauduntur: et labor exterius impeditur. Ideo tūc
D quiescunt aues: et amplius si cibum habeant impin-
guantur. Ideo in forma hominis pascentis et impin-
guantis suos porcos/et excutientis glandes depingit.
Sol tunc signum sagittarij peragratur: significans
carnalem affectionem: et ex frigore indeuotionis por-
tas cordis et aures claudit: et vires anime taliter strin-
git/quod laborare per bona opera nō permittit: quin
immo ista facit possessores suos quieti et ocio vacare:
et suos/id est filios vel nepotes et consanguineos car-
nales diuitijs et beneficijs impinguare. Ita quod so-
lent pro istis glandibus/id est pro terrenis bonis suis
acquirendis quam plurimum laborare. Unde sol/id
est animus talium sagittariorum dicitur percutere:
quia constat quod isti mali ecclesiastici et vsurarij ra-
tione sue carnalis affectionis pro filijs suis ditandis
et etiam nepotibus/solent alios sagittare: et quādoq;
rapinis et exactionibus molestare: vt sic possent glan-
des bonorum temporalium excutere et habere. Unde
Hieronymus. Quanta mala nos compellit facere car
nalis affectus. ¶ Duodecimus mensis est December
Decem qui corpora frigorum fortitudine ledit: qui in figura
ber hominis porcum occidentis pingitur: pro eo quod
tunc temporis porci et animalia que impinguata fue
rant occiduntur. Sol etiam tunc temporis per signū
capricorni vagatur. ¶ Iste igitur mensis duriciem et
Moro- seueritatem significat: que solet alios frigore et tribu-
sitas latione percutere: et quoscunq; porcos/id est homines
E peccatores et infirmos sine misericordia occideret cor
rigere. Sicut ad literam patet in crudelibus iudicib9
et prelatis qui sine compassione crudeliter puniunt de
linquentes: nec quacunq; leui occasione homo deli-
querit/eidem miserentur. De quibus dicit Seneca in
libro de Clementia. Crudeles vocabo/qui puniendi
causam habent. Isti igitur capricorni dicuntur: quia
dato quod quandoq; pre ceteris vitijs feriant alios:
tamen peccatores cornu petere et cornu ventilare ni-
mis austere noscuntur. Unde dicitur. Ecce hircus ca-
dan.8 b prarum veniebat impetu fortitudinis sue. Isti sunt
duodecim mali menses: id est duodecim defectus hu

mani: contra quos pro certo (sicut iam supra dictum
est) lignum vite/id est crux cum crucifixo portat duo-
decim fructus/id est duodecim virtutes speciales/et
duodecim bona exempla: vt singuli menses per fruct9
singulos/id est singula vitia per virtutes singulas tē-
perentur. ¶ Dico igitur quod de isto ligno vite/idest
cruce et crucifixo tu potes colligere contra Januari-
um/humilitatem in capitis inclinatione: quia incli-
nato capite emisit spiritum/id est superbiam. ¶ Con-
tra Februarium/luxurie timorem in capitis spinea per-
foratione/et in oculorum ad terram depressione: quia
puncture timoris domini in consyderatione terre/id
est mortis carnis concupiscentia. Unde dicit in Pro-
uerbijs. Per misericordiam et fidem purgantur pecca f
ta: per timorē domini declinat omnis a malo. Mēs pro.15 d
iusti meditabitur obedientiam: os impiorum redun-
dat malis. ¶ Contra Martium/iracundie patienti-
am in auris auscultatione: quia dato quod impropre-
ria multa audisset: tamen cum malediceretur non ma
ledicebat: cū pateretur non comminabatur. Trade- 1.pe.2.d
bat autem iudicanti se iniuste/dicens illud Psalmi-
ste. Ego autem tanquam surdus non audiebam: et si-
cut mutus non aperiens os suum. ¶ Contra Apri- ps.37.e
lem vindicte et seuitie/collige misericordiam/in beni-
gna lingue locutione: in hoc scilicet quod crucifixori
bus misericorditer indulsit: dans exemplum de hoc
quod ipse docuit/dicens: vt habetur in euangelio Lu
ce. Dimittite et dimittetur vobis. ¶ Contra Maium
lasciuie et inanis leticie contritionem et dolorē in dus luce.6.f
felica et amara potatione: dicens cum Ezechia: Reco-
gitabo tibi omnes annos meos/in amaritudine ani- ps.68.e.
me mee. ¶ Contra Junium parcitatis collige libera- ma.27 d
litatem/in manuū perforatione et extensione. Manus esa.38.e
enim perforata male continet quod immittitur: exten
sa vero alteri porrigit quod appetit. Da igitur libera- eccl.4 d
liter iuxta verbum Ecclesiastici. Non sit porrecta ma-
nus tua ad accipiendum et ad dandum collecta. ¶ Cō
tra Julium detractionis et inuidie/collige charita-
tem in corde et lateris apertione: quia cor suum vide-
tur nobis velle dare/dum latus tenet apertū. Unde Ber G
nardus. Respice vulnera pendentis et cetera. Unde di-
citur. Maiorem charitatem nemo habet quam vt ani ioā.15.b
mam suam ponat quis pro amicis suis. ¶ Contra
Augustum rapine et auaricie/collige paupertatem in
corporis denudatione. Nudus enim in cruce mansit:
et nuditatem et paupertatē in hoc diligere nos instru
xit. Iuxta illud Gregorij. Nudi post nudum curra-
mus. ¶ Contra Septembrem deliciarum et volupta-
tum/collige asperam penitentiam in corporis flagel-
latione. Caro enim eius non fuit in delicijs ibi/sed in
penis et supplicijs: dans eundem exemplum/quod ma-
gis sunt diligenda aspera quam prospera. Unde iob. iob.33 d
Consumpta est caro eius a supplicijs. ¶ Contra Oc-
tobrem inconstantie/collige perseuerantiam in pedis
conclauatione et confixione. Ita enim fuit conclaua-
tus/quod nec iudeorum insultationibus/nec inimi-
corum tentationibus crucem dimittere voluit: dans
exemplum perseuerandi in cruce/id est in cruciatu et
labore assumpto: Unde Seneca. Utere officio quod
semel sumpsisti turpe est enim oneri cedere. ¶ Contra
Nouembrem carnalis affectionis/collige contemptū
cuiusq; amoris superflui in discipulorum fuga et deser

Materie singl'aresope

ris/reductor/ij moralis super totam Bi bliam: ordine aptissimo secundum numerum librorum ac capitulorum necnõ foliorum: vna cum elementorum appositione hic colliguntur: vt facilius occurrat quod candidus lector optat.

Curie

Hismael

Ja Iacob fuit filius re

Malis

Prelatus

Ratio itelligitur per Ra.

Sacerdos

Finem sortitur repertorium illustrium sententiarum operis (dubio procul) frugiferi tropologiarum seu mysticarum enarrationum sacre scripture Editi a venerabili viro Patre nostro Petro Bertorio Benedictine religionis et sacre theologie professoris laudatissimi

Registrum

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z et Omnes sunt quaterni preter x y z et qui sunt terni.



De detem[illegible]

[illegible] 39 6

[illegible] e

[illegible] c 119 [illegible]